OCTA. HOR.
ET
GORDON

PRISCIANUS (Theodorus) or HORATIANUS (Octavius)

Sig K4 wanting from 5256

Alsaharavius

Actuarius [illegible] de medicina

OCTAVII HORATIANI rerum Medicarum LIB. Qũatuor.

¶ Per Heremãnum Comitem a Neüenar, integro candori nuper reſtitutus Autor.

ALBVCASIS CHIRVRGICORVM omniũ Primarij, LIB. tres.

☞ Cum gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſtatis ad Quinquennium.

¶ ARGENT. apud Ioannem Schottum M. D. XXXII.

Deperet de Maury d. m.

Sum P. ... medici.

Reuerendiſs. in CHRISTO Patri ac domino, domino Heremanno, ſanctæ Colonienſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, ſacri Romani Imperij per Italiam Archicancellario, Principi Electori, Vueſtphaliæ, & Angariæ Duci, Legatoq; nato. &c. domino meo gratioſiſsimo

Audio, reuerendiſsime domine, tuam amplitudinem, quicquid temporis a grauiſsimis Colonienſis dioceſeos curis ſuffurari poſsit, Medicinæ cognitioni libenter impendere ſolere. Quod quidem ſtudij genus, ut patruus meus Heremannus Comes a Neűenare, clariſsimus ſane uir, pro ſua uirili promoueret, aliquot eius artis autores, undecũq; ſumma cura collegerat, quos a mendis repurgatos in lucem ſtudioſis emitteret. Ex quibus & hunc OCTAVIVM HORATIANVM innumeris mendis ſcatentem, diligenter emacularat, T. A. abſolutum opus conſecraturus, ni partim iſti operæ imperfectæ adhuc, partim T. celſitudinis negocijs Auguſtę Vindelicorum ante diem immortuus eſſet. Nihilominus ut intelligeret T. D. quam ſtudioſe in hoc Scriptore eſſet aduigilatum, uolui ego T. A. pro Patruo meo eundem Scriptorem, utcũq; purgatum, dedicare. Quem ſpero pergratum futurum: cum quod ad palatum faciet: tum quod eſt e corrupto fere in integrum reſtitutus. De ipſius uero uita quum nihil certi, nobis ſaltẽ, conſtet, ſtylus tamen Africanum indicat. Tractat autem omnia fere argumenta, tituliſq; Librorum ijſdem quaſi utitur quibus Aurelianus alter. Præceptorem habuit Vindicianum, qui archiatrus fuit Imp. Valentiniani, quemadmodum lib. 4. ad Euſebium filium teſtatur. Ego R. D. cum ingenij uires ætate & iudicio mihi creuerint, mea (quod aiunt) Minerua, partum opus offeram. Dominus interim ſeruet nobis T. A. diu incolumem, cui me uelim quamcommendatiſsimum. Datum Bedburgij, Anno Domini M. D. XXXI. Pridie natiuitatis Ioannis Baptiſtæ.

Infra fol. 81. b.

Reuerendiſsimæ P. T.

deuotus,

Heremannus ex Comitibus de Neűenare.

¶ INDEX Capitum & earũ rerũ quæ scitu digniora.

FINIS.

¶ Capita Partis Primæ Albucasis.

¶ Capita Partis Secũdæ Albucasis.

ℭ Capita Partis Tertiæ Albucasis.

FINIS.

Capita Libri PRIMI, qui LOGICVS dicitur.

¶ OCTAVIVS HORATIANVS Medicus, EVPORISTO. A

NVPERRIME collegę Olympĳ exhortatione prouocatus, cõfeci nõnullos pręsentaneę libellos, quos uel mediocris fama retinet, sed græco stylo, quam medendi industriam sermone claro hæc natio publicauit. In his igitur uoluminibus non studium teneo gloriæ, neq; eñ eloquentiæ hic opus est, sed laboris. Quippe quia fragilitas humani corporis remedium efflagitat, & celeris beneficĳ natura consentiente componi. Non omnis enim ualetudo medendi patitur tarditatem. Quapropter amice charissime, quæ ornatui nostri corporis, uel saluti procurandę, custodiendęq; conueniant ordinata remedia, nunc in tuam gratiam nostro sermone digessi, non sine famæ lucro, ut arbitror. Ipsum enim in utroq; genere Opus, plures testes habebit quam iudices.

¶ OCTAVII HORATIANI, in Primum Operis sui librum, qui LOGICVS dicitur, ad EVPORISTVM PRAEFATIO.

SI MEDICINA MINVS ERVDITI B ac rustici hominis, natura tantũ imbuti, non etiam philosophia occupati essent, leuioribus ægritudinum incommodis uexaremur, & faciliora remedia caperentur. Sed hæc uia ab illis omissa est, quibus eloquentię studiosis, scribendi ac disputandi gloria maior fuit. Nam scire uelim, qui fieri possit, ut cum quid rectum, aut contrarium, quid salubre, aut incõmodum sit, huiusce artis professores inter se dissentiant, diuersorumq; sentẽtias singuli seruare conentur, iactetur æger magna tempestate morbi: tunc nostri collegĳ caterua concurrit, tunc nos pereuntis admiratio possidet: nec cõmunis naturę conditio conuenit, sed tanquã in circo & agone, alius eloquentia, alius disputando, alius destruendo, quisq; inanem gloriam captat. Interea dum hi inter se luctantur, atq; æger sic casui proprio datus, nonne uidetur natura ipsa rerũ hæc dicere, O frustra occupatũ mortaliũ genus: occiditur ęger, non moritur, et mihi fragilitas imputatur? Sunt infiniti morbi, sed desunt remedia? Latent in fruticibus uenena, sed non germinant salutis officia? Absit hoc. Nescio quæ perturbat rerum disputatio, atq; iste loquacitatis uanus amor. Hæc ego saluti mortalium remedia nõ dedi, sed magna semina, ac frugum, herbarumq; potestates, et quicquid propter homines genui, hæc dixi. Nõ ut tibi amice, error noster sit charior, quia de ægrotis certandi studium, & infructuosa uerba deferimus. Hinc est, ꝙ ego huiuscemodi opus aggressus sum, ut facilioribus, potiusq; naturalibus medicemur remedĳs: ut disputatione garrula careat Medicina, q̃ iactanti oratione miseros & afflictos teneamus: hoc est, euporistis, suc

In medicos argutulos & scholasticos.

C cis, tritico, farina, & hordeo, herbisq; uarijs, uel metallis, & similibus cæteris, quibus manifesta remedia natura signauit. Neq; enim quum ęgrotus quispiam afficitur, adhibendus est Pontus, aut interioris Arabiæ ostrea, uel castores, uel reliquæ fruges, quas orbis longinquus familiares habet. Ideo Medicinam etiam in uilibus herbis, parens natura disposuit: ut nullo bello, uel tempore medendi desit officium: quum ubiq; possit esse remedium. Hoc igitur uolumine bonam hominis ualetudinem expediui, & ut aiunt, rusticis curationibus firmatã, in uulgus exposui. In quo gratior est ægris Medicina, quam celeritas ac facilitas famulatur officij. Qua de re est nobis de Capite, tanquã ἀρχῶ, ad reliquam curam corporis descendendum, In quo quanto preciosior est sanitas, tanto est molestior ægritudo. Si quis igitur in sene, & quantulęcunq; scientię me dico, hanc simplicẽ curationis uiam, illaboratamq; miratur, nouerit me ☞ in utroq; genere facere, quam docere potius elegisse.

In hunc fere modum de sciencia Medicinæ Cor. Celsus disserit in prefatione operis sui.

¶ De infectionibus CAPILLORVM. Caput I.

AD DENIGRATIONEM Capillorum. Spumæ argenti, terrę cimoleę, calcis uiuę, sing. semiuncia, trita cum aqua. Identidem conteri facies usq; in pinguedinem mellis, & capillos linies. Linimentum uero cum siccare cœperit, loca fricando discuties, & lauabis ex pusca in qua terram cimoliam tritam cõmiscueris. Ne autẽ ustio D nem incurras, procura frequenter, ut quũ lauare cœperis, loca ipsa oleo roseo irrigentur. Ferri purgationẽ, & rasuram plumbi uncias senas, in sextarijs tribus aceti uiscidi coques, ut ad medietatem coctura perueniat. De hac coctione frequenter loca lauabis, et oleo anethino continges. Ciconiarum oua in uas plumbeum adijcies, & agitabis: ex hoc capillos unges. Cum uero linimento siccauerint, ex aqua in qua betæ decoctę fuerint tepida, delauabis. Aliud. Capparis radicem confringes, & tribus diebus in lacte infundis asinæ: post uero coques molli uapore, usq; in mediam partem, & frequenter loca confrices. Fungos arboris nucis cõburi facies, ut carbo fiant: postea uero teras, mixto oleo quoad libuerit. Hoc utaris unguento diurno, ut ulterius albi non nascantur. Betarum rubearum cum radicibus suis libram.I. teras cum ãmoniaci salis uncijs II. & admisces olei cedrini uncias.III. ut confectio siccari nõ possit: & uteris. Flauos uero Capillos si facere uelis, lupinos amaros in aqua per dies.XII. infundes: & postea ex hac aqua in balneis caput assidue lauabis. Alumen, quo infectores utuntur, cum aqua conteris, & capillos ex his infundito: quod permanere facies diebus tribus: postea lauabis ex aqua in qua nitrum resolueris. Sane si tibi multum rubri uisi fuerint, ex ea aqua lauabis in qua cimoliam terram resolueris. Si candidare aũt uelis, hyrundinum stercus, cum felle taurino contrita, loca continges frequentius. Sed hæc superflue nos ordinare, certissimum est. Cæterũ albi

Ne crines albescant.

Ad Capillos flauos.

Abli capilli.

prohibendi sunt potius q̃ procurandi. Sane si crispare intẽdis, Asphodeli radices in uino teris, & ex hoc frequenter infundis. A

De CAPILLIS cadentibus. Caput II.

INSTRVAM etiam de Capillis cadentibus, qui aut longa ægritudine, aut abundantia uaporis cadentes, ante senilem ætatem nudare caput consueuerunt. Ordinamus itaq; confectionis genus, quo non solum cadentes retineri, possideriue possint, sed etiam forte qui ceciderint, reparentur. Accipies q̃plurimas Napas, & in uase fictili clausas incendes: & postea cum oleo conteres, & caput illinies: sane sollicitus, ne frontem tangas, ob tumores emergẽtes: licet falso tumore terrearis. Melanthion super carbones cum torrueris, teres, & cribrabis, & cum aqua commixto, caput illinies. Hoc & alios innasci faciet q̃maxime. Si supercilia curare uelis, Ladanum cum uino teri facies, & oleum myrteum admiscebis, & uteris ut pinguissimo linimento. Nuces uirides immaturas quassabis, & eas in oleo fremiali infundes, & aluminis humecti tertiam partem, & in uase fictili nouo repones diebus. 20. in subdiuali: & post uteris unguento probato. Nigræ myrti folior ũunciã. I. gallarum quassatarum unc. II. similiter in oleo infundis ut supra, & uteris. Hoc etiam superciliis utile est quod Græci τριχίασις appellant, Herbam Peristereon cum radicibus suis siccatas teris, & cribras, & oleo cõmisces, et uteris. De experimentis. Adeps ursinus, cum ladano & adiantho subactus, illitusq;, capillos effluere non patitur. Et sandaraca cum aceto contrita, idem facit. Capita muscarum cum melle contrita, par beneficium faciunt in continendo capillo, ut capilli etiam post combustionẽ exeant, si fieri uelis. Ficus folia sicca tundis, & cribrellas, et ex eo puluere loca confricas, aut cum aqua dulci decocta proderunt. Alcyonij radices combures, & teris similiter, & præuapbratis locis asperges. Sed quoniã aliquando supercilia, uitio imminentis elephantiæ, aut siccitate nimia corporis cadunt, ut in capite sæpe contingit, hi sic constringendi erunt. Cedrinũ militrum combures, & eius nidoris puluerem colligis. Vnde hoc supercilia tangere debebis.

Vt crines crescant.

Ad Supercilia.

B

Ne Capilli cadant.

Contra Superciliorum casum.

De crementis Capillorum. Caput III.

ALIVD generaliter omnibus ad capillorum crementa. Polytrichi herbæ radices pondo duo, flores eius pondo. II. cedrini olei pondo. III. oua gallinarũ. X. olei hispani pondo. XXX. gallarum pondo. III. Radices herbarum in aqua infundes, Flores uero supradictos in sole siccare facies, Oleum uero utrũq; in uas mundũ mittis cum ouis, & cæteris speciebus, & agitas q̃diu, ueluti calefactum proprium odorem exhalet, & similiter quotidie agitas diebus octo. Postea uteris unguento. Attamen gallico sapone caput lauabis. Aliqui uero consultius agentes, post capitis loturã hac usi sunt unctione, Olei cedrini pon

C do.II.uini libra,ouis.III. Nardini olei pondo.V.commiſcebis. His omnibus mixtis,& agitatis.

¶ Ad defectionem CAPILLorum,quibus ægritudine prolixa carere ſæpe contingit. Cap. IIII.

CORIANDRI ſeminis uncias.II. cymini anatolici uncia.I. herbæ periſterei uncia.I. Omnia infundes in olei myrtei,& uini cretici ſextarijs.II. Et poſt tertiũ diem molli uapore coques uſq; dum materia conſumat̃,et ita uteris. Adipis urſini uncias.II. ueretri aſini combuſti uncias.II. polytrichi unciã.I. polygoni uncias.IIII.myrtei olei pondo II.Omnia tuſa,& cribellata,cõmiſces,& uteris pſilotro. Capillos locis proprijs defugabis, ſi ueſpertilionũ cerebra lacte muliebri contrita cõmiſceas,& adhibeas. Aut ſi marrubij ſucco lac aſinæ cõmiſceas,& ſimiliter loca contingas. Hoc & tunni piſcis fel,ladani lachryma cõmixtũ facit. Et ſi leporis ſanguine recẽti loca cõtingas. Sandaraca,& hyoſcyami ſucco æquis ponderibus mixtis, loca continges, & capilli cadent, nunq; ulterius exituri. Cicutæ herbę ſuccũ cum aqua diligenter contritum,euulſis ex oculis pilis,adhibeo dieb. tribus,& ulterius non naſcentur. Cimicis ſanguine q̃maxime mulieribus loca cõtinges. Veſpertiliones q̃plures uiuos accipias, & eos in uas cũ cedria infundas, quãdiu illo tẽpore putreſieri poſſint,& ex eo loca contingas quæ a capillis ſemper immunia eſſe uolueris. Agreſtis urticæ ſemine cum oleo contrito,loca continge. Pini arboris comas accipies,& cum melle conteres,& repones. Cum uero uti uelle cœperis,loca confricabis.

Ad caſum Capillorum.

¶ De PEDICVLOSIS Caput. IIII.

D STAPHIS Agriæ uncijs.II. ſandaracæ unc.I. cum oleo,& aceto poſtq; contriueris, omne corpus perungendũ eſt. Sic gæraſteros, & nitrum, & oleum facit. Folia tamariſci in aqua bullian̄t,& ex ea decoctiõe fricen̄t. Et aliud. Poſtq; capillos abſtuleris,aut melle,aut cedria loca continge. Lupinos amaros in aqua infundes per plenũ diem: alia uero ſequenti coqui facias, & ex ea decoctione loca frequẽtius delauabis. Hoc pyretri,& gallarũ puluis ex æquo cõmixtus, in balneis adhibitus, facit. Poſt hunc uero puluerem,ſucco betarum loca lauabis. Staphiſagriam tundes,& oui album admiſcebis,& cõmixtione loca fricabis.

¶ De ACORIS. Caput V.

Acoræ.

ACORAS, papillas dicimus, quæ per cauernas breuiſſimas humorẽ pinguiſſimũ mittunt. Hæ frequẽter in capite,uel facie, & cęteris mẽbris emergunt. Quibus & cęterę papillę ſunt ſimiles, quas Theriones appellamus. Sed & diſtant: ꝙ Cериones plures cauernas egeſtionis habent, & humorẽ multo pinguiorẽ emittunt: Acora aũt unam cauernã habet,& humorẽ egerit aquatiorẽ. Eſt nãq; utriſq; cauſſa una, uitiorꝝ naſcendi neceſſitas. Quæ cum ſe plenã mõſtrauerint, ordine tali curandę erunt. Primo purgatione totius corporis uti cõueniet: ut origo

Cериones.

quæ hæc effecerat, egerat: Purgatione inq; tali. Scãmoniam, aloe, colocynthida æquis ponderibus contritas, succo cauliculorũ temperamus, & catapotia in modũ erui grani conficimus. De quibus erit nobis plena datio grana. VII. Secundę. V. & ut se ratio ætatis, & caussæ qualitas attulerit. Incipientibus uero caussis, etiã sola unguentorũ frequenter beneficia suffecerunt. Terra cymolia cum aceto contrita, seu creta argentaria similiter. Sic pompholix cum aceto adhibetur: sic spuma argenti: sic chartę cõbustę cinis cum aceto medebitur. Quibus uero hæc uulneratio obuenerit cum dolore, Primo ex aqua calida fouendi sunt, in qua decocta sint aut rubus, aut sparagi radix, aut * saluiæ olia. Hoc & lenticula cocta, & cum melle contrita curare consueuit. Ante tamen lauanda loca erunt succo betarũ mixtis fęnigreci pollinibus. Pini corticis combusti cinis mixtus cerotario, & oleo roseo adhibetur. Sic et cadmia, sic & cerussa, sic & spuma argenti adhibetur in balneis. Certũ est namq;, in fœminis cauendam esse aceti adhibitionẽ. Vnde magis eis uino omnia medicamenta tẽperanda erunt. Item nitrũ combustum uino stiptico extinguis, & contritũ in balneis adhibebis. Similiter & mirobalanũ oleo coniungas. Quod apud Apolloniũ probatum esse cognouimus. Aliud. Olei rosei, uel myrtei unciã mittes in mortariũ plumbeum. Accipies etiã pistillum eiusdem metalli, & teris quãdiu oleum pinguescat & nigrefiat. Item in aliud mortariũ cuiuslibet metalli, mittes spumæ argenti libram unã, tantundẽ ex cerussa, & eorum puluerem combures cum oleo supradicto. Ex hoc omnes acoras ubi fuerint linimẽto curabis. Hoc medicamentum & in papulis, & in pudendis ragadijs, uel cõdilomatibus, quæ semper pro loci natura acrioribus medicaminibus cõmouentur etiam prodest. Apud aliquos hoc genus medicamenti Ricotia appellatur. Aliud Rutatum. Spumę argenti ÷ VIII. rutæ uiridis foliorum ÷ V. olei myrtei ÷ VIII. acori libram unam, misces omnia contrita diligenter, & loca fricando curabis. Prius succo betarum similiter ut superius, loca lauanda sunt. Cerussę ÷ III. spumę argenti ÷ II. olei myrtei. IIII. sulphuris uiui ÷ I. soluta cõmisces, & simili modo uteris non solum hoc capiti, uel quoquo loco emergentibus exanthematibus prodest. Apollonij iudicio comprobatum.

A

Alias * salicis

Apollonij experimentum.

B

Ricotia.

¶ De ALOPETIOSIS. Caput VI.

CONTINGIT dupliciter passio cadentium Capillorũ: ut aliquando defectu quodam cadant, & nudando partem capitis turpent: & aliquoties, ut illis ueluti uulnerũ horridus plærũq; uisus occurrat. Ergo defectus ut prius diximus, quũ contigerit, caluiciem facit. At fœditas illa, nexo uulpini uulneris similitudinẽ quandã exhibet: deinde etiã serpentis squãmosi superficiem mẽtitur. Vtrũq; genus passionis fœditatem exhibet capillorũ. Sane hæc passio cõparanda est fru-

C ctibus ex malis ſuccis terræ naſcentibus. Hinc cauſſa aliquando eſſe poterit, qualitas nutrimenti: & ſi forte ſterilis terra fuerit, fructus cum raritate degenerat: ſin uero humor corruptus, etiam fruges degenerant. Ad hanc ergo formam, etiam in Capillorum uitijs debemus aduertere. Talis enim erit eorum poſitio, qualem qualitas oſtenderit capitis. Eſt ergo utriuſque accedentibus uitijs, manifeſta & æqualis origo naſcendi, unde ſimili curatione iuuari debebunt, licet diuerſa cognomenta ſortita ſint pro ſui accidentis qualitate: ut Alopetia ex cognomento uulpium, ὀφίασις, ex ſerpentium ſquammis cognomentũ accæperit. Eſt namq; huius paſſionis diſtantia, quæ profecto ex humorum colore originem cauſſarum atteſtatur: ut aliquando rubra, aliquando etiam nigra uideatur. Purgantur adeo proprijs purgationibus ſuis. Nam ſuadeo propriam totius corporis curam & diligentiam decernendam, quoad ulterius acerbi & corrupti humoris pertinaciam, per inferiora depoſitam, a capitis hactenus inquietudine deuocemus. Sũt itaq;, ſi de flegmate cauſſa uel origo peruenerit, apoflegmatiſmi adhibendi tales. Pyretrum, & ſtaphiſagria, cum granis maſtiches, æqualibus ponderibus mixta, & contuſa adhibeantur, & ſales cum pulegio cõtriti ſimiliter, & cum oxymelle mixti ſint, ut diutius teneantur. Ergo quoniã ſingula accidentia proprijs ſuis purgationibus liberãtur, ſuperaddo purgationis genus, quod in commune ſine alterius humoris præiudicio operetur: quo omne corpus diuerſis humoribus infeſtatum releuari poſſit.

Alopetia. ὀφίασις

Apoflegmatiſmi.

D Colocynthidos interiorum ∸ I. aloes ∸ I. ſcammoniæ ∸ I. abſinthij ∸ I. omnibus con tritis & mixtis cum ſucco cytoniorum catapotia conficimus, quæ pro qualitate corporis atq; cauſſarum adhibeo. Accipi autem debebunt, ſi breui accidit in modum lentis, aut. VII. aut. IX. aut certe. XI. Si autem in anu, aut homine uetuſto fuerit, maior cura exigitur, unde cum aqua calida competẽti, intermiſſis etiam diebus dabo quod poſt ordinabitur.

Poſt beneficia itaq; harum purgationũ, quæ toto corpori prodeſſe prius potuerãt, etiam particulis, hæc ſunt adiutoria ſocianda. Euforbium tritum cum oleo pro linimento adhibemus, aut oleum ſolum laurinum, aut naſturtij ſemen cum oleo, aut ſulphur uiuum cum nitro combuſtum, æquis ponderibus cum aceto, aut erucę ſemine cum oleo, aut urſinis adipibus tantummodo cõfrixẽtur. Similiter etiam alcyonium combuſtum cum aceto, uel cedria, operabitur. Hoc etiam murium fimus cũ aceto, hoc amygdala amara, hoc cepe tritũ cum oleo, hoc thaphani cortex cũ melle contrita facit. Nam etiam ferri purgatio cum aceto, uel hordeum combuſtum cum muriũ fimo, & aceto ſiccare poteſt.

Omnes confectiones quę mediocriter calefacere poſſunt, mediocribus & delicatioribus corporibus adhibendæ ſunt. Prius ergo loca linteolo uſq; ad ruborem, ante curam confricentur mediocriter, ne uulnerẽtur. Quæ ſi uulnerabunt, oleo roſeo, uel adipibus anſerinis recuranda erũt.

A

¶ De AVRIVM caussatione. Caput VII.

AVRIVM dolor uarijs frequenter ex incommodis excitatur. Nam & frigora, & lauacrum importunũ, & quassatio eiusdem cauernæ, uel sordium conspiratio, aut altior nerui tactus, aut si per longam ægritudinem humor uitiosus illic aggregatur, æque molestiam auribus faciunt. Si de frigoribus etiã dolẽtibus emerserit, in oleo cepas coqui facias tepido, aut piper tritũ cum oleo, similiter & rutaceum. Sic etiam laurinũ curat. Si de humore balnearum aures fuerint inquietatæ, oleum tepidum infundito, & postea lana mollito. Sed & ceparum succum, cum anserinis adipibus mixtũ: similiter initio, & oui alborem cum lacte mulieris. Et si dolor innatus fuerit, basilicon in nardino oleo solutum adhibeo, & castoreum cum lacte muliebri similiter. Vtile est interea, ut spongia molli uaporetur ex aquis calasticis: & post lana detergatur. Sane si cum illa indignatione doloris etiã deriuatio fuerit saniosa, alumen melle & oleo resolutum infundito. Et galbanum in oleo similiter resolutum inijcito. Ventositas uero si interclusa erit, aphronitris in aceto resolutis excluditur. Hoc & draconteæ herbæ succus, & centaureę facit. Si uero sonare aures cœperint, oxyrhodone tepido curandę erunt. Si autem idem ex ęgritudine sonitus obuenerit, ex aqua primo uaporibus aures in qua absinthium ponticum coques, & continuo oxyrhodonem infundis, aut raphanorum succum cum oleo, aut hellebori nigri puluerẽ cum aceto, aut solum acetum tepidum cum melle commixtum: aut porri succum cum lacte muliebri, & oleo roseo, aut amygdala amara cum aceto & oleo. Hoc & cepæ, & allium cum adipibus, uel porci felle infusum remedium procurabit. Si uulneratæ aures fuerint, glaucium, cum aceto contritum infunde. Si tamen dolor non maior fiat, uel etiam humor, lamina ferri purgati cum aceto trita iuuat. Si audire tardius cœperint, quod difficile nouimus purgari posse, puluerem nitri marini contriti commisce, & antea caput purgabis. Deinde uentrem purgatione procurabis. Auribus uero absinthij herbę decoctionem tepefactam infunde. Lauri quoq; folia, & betarum cocta superpone. Aliquando nitrum in pusca resolutum infundimus, aut bouis, uel tauri, aut caprarũ, siue porcorum fel, cum oleo roseo, uel rhaphanorũ succo, similiter tepefactũ profuit. Quibus uermes innati fuerint, bouillas carnes in carbonibus superpone, aut humorem ex hinc manantẽ collige, quem auribus tepidum frequenter infundes.

Ex frigore.

Ex balneo inordinato.

Innatus dolor aurium.

Sanie fluẽtes.

Ventositas aurium.

Ex ægritudine.

B

Aures uulneratæ.

Vermes in auribus.

¶ De PAROTIDIS. Caput VIII.

TVMORES repẽtinos sub auribus innatos, Parotidas uocamus: quas aliquando ex ægritudine, aliquando etiã spontanee apparuisse cognouimus. Easdem frequenter per initia mollientes spongia in puscula infusa compescimus, assidue cõmotando. Quæ uero ex ægritudine emergũt, ęque per initia, cucurbita mediocri imposita, ad su

Parotidæ.

C perficiē prouocādæ sunt. Si uero cū grauiori augmēto minaces accesserint, tūc neq; cucurbitę, neq; similia adiutoria quę ex altitudine aliqd euocare possint, adhibenda sunt. Frequēter em̄ ex doloris acerbitate, febres, et uigiliæ ꝓcuratę, eliminatis uiribus uitę periculū intulerūt. Paragoricis uero ijsdem adiutorijs, sic morigerandū erit, ut ex pane mundo, infuso, contritoq; cataplasmentur: quod frequentius mutari debet. Similiter etiam de tritici pollinibus faciendum est sic de hordei, superadditis tamen porcorū adipibus. Sic oryza mutata cum butyro. Si aūt ijs adhibitis quæ mitigare consueuerunt, locis iam maturatis sanies apparuerit manifesta (quod ille ait) continuo culpā ferro compesce. Post uero resecatis caussis, uulneribus solenni diligentia seruiemus, curationibus tamen euacuaturis, & extenuantibus. Ad hoc maxime etiā tunc medicinæ incumbat industria: ut frequentibus etiam fomētationibus, doloris illis penitus inquietudo quiescat. Sunt autē adiutoria hæc, quæ post doloris impetus adhibenda sunt. Arnoglossa cōtrita, cum salibus, aut lapatij radicibus in uino decoctis, & rutę folia uiridia, trita, ac mixta cum cerotario, & oleo roseo temperata, & sulphur uiuū cum cymolia, æquis ponderibus, iuncta axungia. Sic fici pingues decocti & contriti, similiter caussas latentes euocauerūt, quibus in principio hæc adhibenda sunt adiutoria, qn̄ per saniem digestionē uolumus ꝓcurari, post fomentū aquarū calasticarū ex seminibus lini, uel fęnogreci, et hordei pollinibus cū mellicrato facto cataplasmate seruiemus. Sūt nāq; adiutoria quæ & euocare, & ad maturitatē cogere parotidas uel apostemata ualeant. Hordei farina cū mellicrato, aliqn̄ etiā cum aqua marina, & oleo roseo temperatū cataplasma adhibetur. Et fici similiter pīgues, in muria, uel in aqua marina decocti, & contriti imponunt. Et betæ coctæ in aqua, & contritæ similiter temperant, & agrestis cucumeris radix, in mellicrato cocta & contrita adhibet. Aliud de exprimentis. Rutā, & hyssopum teris ęquis ponderibus: & ficus siccos contusos sub duplo pondere cōmisces, mellis quippiā adijciendo, idipsum operabit, ut apostema ex interioribus ad maturitatē procuret. Aliud. Capparis corticē in aqua elixa, et cū uino cōmisces, & cataplasma facis. Aliud. Irios illyricę puluerē, cum hordei farina in mellicrato coques, & uteris. Aliud. Guttā ammoniacā teres, & similiter cū farina hordei in aqua cocta adhibebis. Hoc & alumen, scissum, contusum, cum hordei farina faciet.

Vergilius. *Maturatiua.*

D

¶ De FVRVNCVLIS. Caput IX.

Cura Furunculorum.

SVLPHVR uiuū, tusum, cum resina terebinthina misces, & in lineo lintheolo inductū imponis, aut uuam passam enucleatā tundis, & mediā quantitatē salis īmisces, & uteris. Similiter ut facilius erumpant, soli adipes caprini, uel bubuli colati efficiunt. Origanū uero, myrrha, & sal simul tusa, & cōmixta cum aqua, continuo ad maturitatē perducunt. Et caricę contusæ cum resina. Deinde cū hijs adiutorijs adhi-

bitis collectiones maturatæ eruperint, uulneribus medeberis his medicamentis, quæ solennis edocuit consuetudo. Sin uero magno flegmate superueniente, solui non potuerit Furunculus, uel Parotida, sed callositate permanente, chœradas fecerit, ad duriores chœradas, alia dispu tatione, pro sui difficultate, curã & operam adhibebimus. Chœradas quas frequẽter in collo, uel sub mẽto, uel sub ascellis nasci nouimus, hac cura uisitamus, qua duricies indigestibiles soluere possimus: ut prçeuntibus catholicis adiutorijs, quç & capitis reuma constringere, et corpus reliquũ catharticis purgare possint, sic easdẽ soluere ualeamus. Lenticulã coctam in aceto tritã, imponere perseueremus. Vtamur etiã capricisis in aqua decoctis, & cõtritis. Similiter etiã lupini in aceto cocti faciunt. Hoc fici folia in aqua cocta, & trita sicut cataplasma. Hoc asphodeli radices in uino tinctç. Scylla quoq̃, si contrita in uicem cataplasmatis imponatur, quatuor diebus permanẽs continuis, duricias soluit. Et erui puluis, cũ aceto, & cyminũ conterit̃, & similiter operat̃. Imaturas uero, & in tarda duricie permanẽtes, per prassij uiridis folia, porcinos, aut bubulos adipes, rutam æque uiridem, simul oĩa contũdi, et inmisci suado, ut in lintheolo locis maturandis adhibeat̃. Hoc etiã sordes de parietibus palestræ collectæ, in panno inductæ faciũt. Hoc calcis flos, cerotario mixtus, facit. Hoc lapis molaris tusus, & resinæ cõmixtus. Sic puluis ammoniaci, et manna thuris cũ resina cõmixtus terebithina, saniem maturius procurabit. Sic sandaracæ puluerẽ, cum adipibus miscentes adhibemus, aut calcem uiuã cum adipibus similiter. Q. si tibi durum emplastrũ uisum fuerit, oleum competens misceamus, ut temperari bene possit. Sic puluis etiã pumicis, & asphodeli radices coctæ, uel crudæ, cum hordei pollinibus, ut cataplasma adhibendæ erunt, aut hyoscyami folia cum oxymelle, corrumpunt interea, uel putrefaciunt chæradas. Si allium tritũ cum cataplasmate, seminibus mixtũ coquas, & perseuerare permittas diebus quinq̃, hoc de expertis habemus. Aut si chamçleontis herbæ radicibus tusis, puluerem locis asperis, aut si betas coctas cum oleo contritas imposueris. Aliqui etiã unctionibus perseuerantes, chœradas frequẽter fugarunt, sic ut cineribus aut uitium, aut ficis cum oleo mixtis ungerent. Sed & ferri, uel çraminis purgamẽta, contrita cum oleo, similiter & stercus bubulum, aut asini combustum, & cum oleo mixtum, cõmodius adhibetur. Et origani puluis cõtritus cum aceto idem facit. Hoc hyssopi, hoc thymi, uel absynthij, uel centaureç, uel abrotani, chamelçæ, aut singulç, aut certç coniunctæ, & mixtæ cum aceto, perficiunt. Iuuant sane, ut superius memorauimus, ad hæc implenda, etiam totius corporis catholica beneficia. Nam & ciborum continentia, & potionis, exercitia quoq̃, & lauacrorum diligentiç, & uomitus, uel purgatiões, capillorum releuatio, sanguis de naribus prouocatus, hæc omnia chœradas duras, & difficiles, & in cura positas, adiuuerunt.

A

Chœradarum cura.

B

¶ De OCVLORVM caussis. Caput X.

C OMNES particulæ corporis, proprijs indigent curationibus. Oculi aũt curationes multæ, magnæq; sunt. Hij nanq; quum primo leuiter, seu uapore, seu frigore, uel cæteris q̃busuis originibus fu erint attentati, frequẽter frigidæ pustulæ, fomẽtatione nos cõuenit obuiare. Si de frigore ergo obuenerit, uini mixti calida potione fouendi sunt. Quibus uero, cõmotionibus tã doloris, q̃ grauedinis, aliq̃n etiam uenæ frontis inflatę, plenitudinẽ sanguinis attestabunt, hijs phloboto mo subuenire cõuenit: si tñ nulla aut ætatis, aut tẽporis, uel reliquarum causarum certa ratio prohibuerit. Si uenter constrictus fuerit, clystere, seu purgatione prouocandus est. Iisdem uero oculis impatienter dolentibus, fenogręci succus, palmarũ indulcatus decoctione, aut oui recentis tenuis liquor infundatur. Similiter etiam lac muliebre iuuat. Est etiam cataplasmatis utilissimũ adiutorium, quod de oui uitello, & meliloti puluere, pane quoq; infuso in aqua, & oleo roseo, simul mixto, adhibetur. Nos etiam croci, & opij quippiam coniungimus. Si uero collyrij experimento uti placet, cuius probationem habeas, in ipsis commotionibus, cum oui albore tepidum infundendum esse suadeo: ita tamen, ut aut dialibanum, aut de libano, apto contra graues commotiones adhibeamus, præmundatis interea oculis, molli & tepido penicil-

D lo, a pituitis ægrotis oculis inhærentibus, iuuatis ciborum continentia, & uini detractione. Sane si capilli nimis onerosi fuerint, detondendi sunt: ut sub maiori beneficio, cucurbitarum adhibitione, & sanguinis detractione liberentur. Aestiuas namq; perturbationes oculorum, etiam decoctio rosarum sola curat calida. Curat etiam gargarisma, cum per initia adhibetur, Origani in aceto decoctio. Si autem declinantibus quidam tumor circa interiorem oculorum partem apparuerit, quem hypopium dicimus, hoc modo reprimendus erit. Pusca frigida frequẽter infrigidetur: post uero pollinibus hordei ex oxymelle coctis cataplasmetur. Similiter etiam de lenticulæ pollinibus fiat. Aeris flos, tritus in lotio inuestis pueri per. VII. dies, quod postq̃ siccauerit, ex eo puluere melle mixto imposito, competens beneficium præstat. Nam & caseus recens, tritus, & impositus, sæpe illum tumorem repressit, & absynthij herbæ puluis, cum cerotario, hoc idem facit. Si ex moro pingui locum primo foueamus e, tiam cyclaminum, cum uua passa cõmixtum, & contritum, curat. Et bulbi candidi cum melle contriti, similiter operantur. Sic rhaphanorum cortex cum uua passa medetur. Sic & rosæ folia, cum felle taurino, uel porcino. Sic fici pingues, in moro coctæ sæpius profuerunt. Ad repentinas autem sanguineas maculas oculis inhærentes, flores, uel semen hyssopi herbæ, in limpido lintheolo, colligabis, & in aqua calida infundis, & agitaudo exiccabis: qui succus uelut sanguineus fiet. Ex quo, infundẽdo, illas sanguineas maculas

A frigida caussa.

Ad maculas sanguineas.

depurgamus. Poſtea thure maſculo, & aphita æquis põderibus, carbo-ſibus impoſitis, fumigandi ſunt. Si uero cæſi, aut percuſſi hanc maculã ſanguineam cum dolore procurarint, hijs columbi matre ſubducti, repentinus ſanguis infuſus prodeſt ꝙmaxime, ſi de pennis mollioribus exprimatur: ubi liquor tenuis, tepidus infudendus eſt. Item ſi in eadem hora, ouium lana infuſa ſuperponatur. Idem puluis roſarum facit, uel ſemen earum cum aphitis, ſi in uino cõteratur, & ſuperimponatur. His etiam & ſulphuris uiui fumigium prodeſt, ſi idem fumus patentibus oculis hauriatur. Si oculi reumatizauerint, quod grauiſſimum eſt tædium oculorum, hijs uini & carnium parcitas indicenda eſt. Ventris purgatio frequenter fiat, & puſca frigida oculi foueantur, & æris flos in eadem puſca reſolutus, ſatis iuuat. Odores acres & putentes effugiant lucernarum, uel ſolis claritudines uitent. Fumi, uel pulueris declinent cõmotiones, In nocte uero aqua frigida, uel uino infuſas ſuperimponis faſciolas molles, ijſqꝫ cõtinendo oculos lauas. Si his adhibitis, reuma cum dolore perſeuerauerit, phlobotomandi ſunt. Ciborum, uel potus continentia cuſtodienda erit. Sitire etem̃ omnib. reumatizantibus ſatis prodeſt. Fronti uero peponum uiridia folia frequenter imponantus. Similiter & de rapi folijs. Nã & ſuccus earum frequenter fronti illinitus, & ſambuci folia, & citoniorũ, & portulacæ ſimiliter, & ex his cum aphitis & uini cataplaſmate ſepe curati ſunt. Et caſeus recens, cum apiorum folijs contritis impoſitis, ſæpe oculos liberauit: & panis mundus uino infuſus, & cum oleo roſeo tritus, par beneficium prẹſtitit. Omnes ſpecies ſupradictẹ, generaliter quẹ oculis reumatizantibus ordinatæ ſunt, cum uino & aphitis ſemper in cataplaſmate profuerũt, & decoctiones earũ: quibus ſẹpe oculi fomentandi ſunt, Sane ſi calidus fuerit reumatiſmus, ex caulium folijs & aphitis, cum aqua cataplaſmãdi ſunt. Sic de ocimo, ſic de ſamſuco, ſic de agreſti papauere, ſic de cicutẹ ſucco, ſic pulicariæ, uel apiorum, uel ſtrychni. Si uero ſiccitas palpebrarũ emerſerit, lintheolum mundum butyro infuſum ſuperimponito. Aliquibus uero humorem conuenit procurare per lachrymas ẹquas aut fumo, aut terrore, uel plagis extorquendas eſſe credimus. Sane ſi in prima oculi tunica ſanguinea, nimia ueluti caro apparuerit, quam Chẹmeſin appellamus, hoc adiutorio curatur. Muſcas ꝙplurimas, cum oui uitello cõterimus, & in lintheolo mundo ſuperimponimus. Licet etiam collyrijs uarijs cauſsæ competentibus ſẹpe curati ſint. Derbioſos oculos, quos nos impetiginoſos dicimus, aſperitatum uitijs laborantes, ſic curare cõſueuimus. Allium accipimus, cuius interioribus melle contritis, oculis poſtquã ex eo humore, uel ſucco rapuerit inungito: & ex eo pruritus & ſupradicta uitia depurgabis. Aliud. Grana tritici, in lamina ferri calida imponis, & ſimiliter ex ſucco qui manauerit, cum uino commixto, inungito. AEris flos tritus cum melle, fronti illitus, iuuat. Si pruritus maior palpebras

A

Ad Oculos reumatizãtes

B

Reumatiſmꝰ calidus.

Siccus

Cura Chæmeſis.

Ad oculos Derbioſos.

C occupauerit,ut etiam capillos amittant,has oportet ex oleo cedrino un=
gere, aut erugine,cum afronitis, & melle contritis, aut aſphodeli ſucco
cum paſſo cõmixto. Nam & murica decocta,& mixta cum oleo, aduſti
onem curat,& capillos reparat:& murium fimus,et hircorum cornua,
utraq; combuſta,cum melle,& eodem modo adhibita. Si pruritus ſim
pliciter ex ſole,uel puluere fuerit,aquæ calidę fomenta ſufficient, aut ro
ſarum, aut rubi,aut lentis decoctio. Et roſa ſicca,cum uino trito imponi

Ad oculos caligantes.

tur,& in nocte oleo ſimplici loca tangunt, Caligantes uero oculos hoc
modo curamus,ſi uulneris aliquid non interfuerit pręiudicium. Herbę
paritariæ ſuccum,bitumine iudaico trito,ęquis ponderibus miſcemus;
oculos inungentes, Et perdicum fel ſimiliter facit. Et marrubij ſuccus,
cum felle taurino,& melle attico,ęquis ponderibus cõmixtus ita curat.
Et urſinum fel,cum aquæ dupla menſura,ſimiliter purgat. Si autem ob
ſcuritas hęc ſenectutis magis q̃ oculorum uitium fuerit, ſuccũ maligra=
nati,melli attico ęqua menſura cõmiſces,& uteris. uetuſtatum tamẽ ma
gis operabitur:ſane ſi q̃ plurimo tempore uas ſub diuo facias permane
re, Hoc etiã ſcriptoribus & pictoribus ſępe profuit. Aliud. In oleo mũ=
do folia marrubij miſcemus: & quũ tempore illic macerauerint, proie=
ctis folijs,ex ſolo oleo obſcuritates expellimus. Hoc belug fel mixtũ mel
li facit. Hoc ſuccus rutæ cum melle ſimiliter. Nam & chelidonię ſuccus,
D & feniculi,lactucæ quoq; agreſtis,& mellitoti,cum aquæ menſura, cali
gines & obſcuritates,aliquando etiam ſuffuſiones liberauerunt. Et tau=

Cura Nyctilopum.

rinum fel mixtum melle,ſic profuit. Nyctilopes uero qui per noctẽ ui=
dent,& per diem obſcuritatem patiuntur, ſic curandi ſunt. Accipies hir
ci iecur,et ſcarificabitur:humor uero qui ex ſciſsuris emanauerit,oculis
diebus duodecim infundendus eſt,& uitium corrigitur. Aut idipſum
iecur in carbonibus ponitur:quumq; exudauerit,de eodem humore in
ungendi ſunt. Hoc item iecur coctum etiã inter cibos accipiunt comedẽ
dum. Et columbi ſanguis infuſus oculis,iuuat:& fimi aſinini recens ſuc

Ad oculorũ Alboras.

cus proderit. Alboribus uero oculorũ, nitrum bene tritum cum oleo
infundẽdum eſt,aut anethi ſemen cum aqua tritum. Et ſuccus cucume=
ris dulcis. Et rhaphanorũ ſuccus ſic medetur: & ammoniaci cum aquą
contrita. Nam & lactanti ſuo mater guttam ammoniaci maſticando,&
exhalando, albores oculi,ſimiliter & albas maculas filij,ſanguinem fe=

Glauci oculi, ut nigri fiant.

moris ſui infundendo,ſępius permundauit. Glaucos uero oculos ſi de
nigrare uolueris,ſic facies. Gallarũ puluerem tenuiſsimum, cum aqua
bene coctum miſces,& leporis fel,mixtum melle,glaucos oculos reno=

Ad Hordeolos palpebrarum.

uat in naturam. Si hordeoli in palpebris naſcantur, hordei decoctione
calida oculos fomentabis,& poſt cera liquefacta locum tangis. Et ſi mu
ſcarum capitibus locum confricas,hoc idem facit. Capillos uero con=
trarios ſic non naſci facies:ſi his euulſis,loca ſanguine cimicis tangas:&
ſanguiſugarum combuſtarum cinis locis appoſitus, eodem modo cura

bit. Et chamæleontis herbæ folia ſicca trita in puluerem, & commixta ſanguine ranarum uiridium. Poſt unctionem Capillorum pro collyrio inungimus, fel uulpis ſolum ſimiliter. Staphilomata uero, hoc eſt, quum in modum uuæ crepantis, prioris tunicæ tumor quidam erumpit, ſic curabis. Alumen ſciſſum teri facies deligenter, & adipes anſerinos admiſces, & uteris pro collyrio. Nam & melli commixti adipes, ſupradicta Staphilomata diligenter curant. Et ſoli adipes bene colati, ſufficient. A

Staphilomata.

¶ De NARIVM morbis. Caput XI.

OZENIS, & Polypis, uno eodemq; modo cura eſt adhibenda. Conſtringẽdus in primis eſt detonſis capillis reumatiſmus. Poſt raſuram uero emplaſtrum Diatheon, aut Barbarum. Et de cocleis ſimile eſt adiutorium. Accipis cocleas minutas, albas numero ducentas, intritas, admiſces myrrhæ, & thuris maſculi uncias ſingulas, pro cataplaſmate raſo capiti diebus nouem permanſurum. Naribus uero ſpecialiter ſic medeberis. Succum nepitæ frequenter infunde, aut eiuſdem ſiccatæ & contuſæ puluerem, per cannalem exufflato: aut batrachij herbæ ſuccum, cum melle commixtum. Et ſuccus roſarum, contuſus cum pinguedine, item prodeſt. Sic Irios illyricæ, & Sandaracæ pulueres ex æquo cum melle commixtos adhibebis. Polypis itaq; eminentibus, æris florem, & ſynopidem ex æquo comburis, & ex eo puluere ſanabis loca. Et cornu ceruini combuſti puluis, cum ſandaraca ſimiliter ſpargendus eſt. Sic brioniæ herbę radices combuſtæ, ſic auripigmenti puluis cum melle. Ego uero ſic e naribus polypos cecidiſſe probaui. Puluere ex calcite, admixto æris flore, æqua ponderatiõe cõfecto.

ὀζῆναι. πολύπους.

Emplaſtra Diatheon. Barbarum.

B

Expertum Autoris.

¶ De fluxu ſanguinis NARIVM. Caput XII.

PRIMVM inſtrato melle, in extremo baculo molli lana obuoluto glebas ſanguinis e naribus purgare nos conuenit, poſt lana identidem obturando procludere. Aliud. Linteolo combuſto, & infuſo in acri aceto, aut in ſucco polygoni herbæ, aut cymæ, uel porri ſectiui ſimiliter. Si perſeuerauerit, ſine mora flobotomandus erit, & fimi aſini combuſti puluere, cum oleo roſeo mixto, collyria facta ſupponimus. Et de ſiliquę mollibus folijs contuſis facta ſimiliter collyria profuerunt. Sic portulacæ, ſic ſtrychni, ſic terræ alexandrinę cum ſuccis ſupradictis puluis ſępe profuit. Caput eorum ſucco lini ſeminis frigido fouendum eſt. Circa frontem uero gipſum cum ouo, uel luto figulorum ſimiliter mixtum, inlinire debemus. Sic æris flos, * ſic pini cortex combuſtus, ſic fimi aſini, ut ſupra ſignificatum eſt. Si uero iſtis adhibitis adhuc perſeuerauerit fluxus, ignita cucurbita, ſi ex dextra nare manauerit, dextro lateri admouenda eſt: ſi ex ſiniſtra, ſiniſtro lateri: ſin uero de utriſque, & utriſq; igneas cucurbitas applicabo. Aliqui uero faſciolis lineis natu-

* Alias cum hoc habet, ſic muſin, uel cytin.

C ram, & testes eorum aligando mollius constrinxerunt: si in fœminis, femoralia.

De LABIIS crepitantibus. Caput XIII.

GALLAE tunsæ puluerem, resinæ terebinthinæ limpidæ admisces, et uteris cum emplastro ueteri, seu hyssopi ceroto, cum melle, aut adipibus caprarum colatis tantummodo. Aliud. Sulphur uiuum, morum, et thus masculum, ex æquo succo herbę paritarię commisces: & sic trociscos conficies, quos cum aqua resolues, & linies. Aliud. Mel terebinthinũ, adipem anserinum, oleum roseum, hæc omnia ex æquo mixta teris. Si odor insuauis Oris fuerit, pusca frigida os frequenter colluere oportet, & cymoliæ pulueribus, cum salibus tostis, simul mixtis, & tusis, dentes & uicina loca fricare. Aliud. Hordeum, & sal, in lintheolo collectum comburis æquis ponderibus, & teris, & cum melle commisces, & mundas. Siligo, cum illyricæ puluere similiter commixta operabitur. Aliquoties etiam cum uino melius commiscentur. Masticare autem his conueniet aut arboris pini folia molliora, aut anetum, aut glicirrhyzan, aut herbam quæ Sonchora appellatur. Sed & cornu ceruini combusti puluis, & fœtorem oris, & dentium semper compescuit imbecillitatem.

Ad fœtorem oris.

De DENTIVM curationibus. Caput XIIII.

D DOLORES Dentium fimus asini siccatus, & tritus, pro dentifricio, sine dilatione compescit. Mixtus quoque cum aceto, ori diutius remorando, æque profuit. Et betarum succus tepidus similiter profuit. Et decoctio ex cucumeris agrestis radice in uino, similiter. Et nitrum cum oleo tritum, & decoctio rosarum in uino, uel rubi in aceto, & cypressorum fructus, tedæ pingues in uino decoctæ, sine cunctatione Dentibus relaxatis atque dolentibus profuerunt. Si omnes interea doluerint, cædriã in ore teneat, & continuo mitigantur. Sin uero malę dolent, herbæ paritariæ radicis succus, in balneo ore contineatur, & statim medetur. aut si eiusdem radix coquitur. Similiter & pyretri radix profuit masticata continuo. Item alcyonij radix, in carbonibus posita, Dentes dolentes fumigando compescuit. Physicum. Canis dens combustus, similiter profuit. Et si æris florem in oleo tritum Dentibus admoueas, & lac asinæ recens ac tepidum, constringit & mitigat. Similiter quibus putres cauernæ obuenerint, Melanthium elixum in aceto commixtum, & si solo puluere aluminis scissi easdem cauernas impleas. Hoc & gallarum puluis cum melle commixtus facit. Si uero percussus quidem Dens, uel mola fuerit, resolutum coralli puluerem apponito, & continuo constringitur. Si longo uitio laborantes, spontaneos cadere uolueris, pyretri, uel artemisiæ pulue-

Si omnes dentes doluerint. Aut Malæ.

Dens percussus.

rem, cum aceto commiſcebis, & dentem circumlinies, & ſpontanei exilient. Aut ſucco tithymali cauernam adimple, & ſpontanei cadent. A

Phyſicum. Lacertum ſolum exſeca, & ſicca; & eius puluere dentem, uel cauernam attinge, & continuo cadet. Poſt ſcarificationem coccus gnidius tunſus, cum galbano, ſimiliter operatur. Et apophlegmatiſmum hoc profuit. Si ſtafiſagria ad maſticandum detur, aut ſi cum pulegio miſceatur, aut cera cum gallarum puluere contuſa, aut ſalicis, uel myrti folia uirida in aceto coquantur, & in ore contineantur. Poſtea uero ſi nauſea conſequatur, oleum tepidum roſeum in ore contineant, & origanum in oleo coque, et ex hoc dentes calefacito. Et ſaccellus calidus impoſitus de ſalibus, uel milio, forinſecus adhibitus, prodeſt. Omnia hæc ccalida, ſecundum Hippocratis præceptum, dentibus profuerunt. Nam & dentifricia hæc, & ſaluti, & ornatui, ſemper uitioſis dentibus profuere. Salibus melli commixtis, & combuſtis, & contritis, quippiam myrrhæ miſcendum eſt, & utimur, ut moris eſt. Hoc & maratri puluis ſolius facit. Nam & lanæ ſuccidæ combuſtæ pulueri, tertiam partem ſalium commiſcemus, & utimur ſimiliter. Poſt uero, uinum, in quo Irim Illyricam decoxeris, cum puluere conueniet: & Tithymalus in uino decoctus, multum proderit. Si ex hoc bis per menſem tepido collueris dentes, facies eos ſemper ſine uitio permanere. Gingiuas uero cum gargariſmate ex aceto tepido, in quo herbę mercurialis radices decoxeris, ſine mora mitigabis. B

Ecce Autorē Hippocrati poſteriorem;

¶ De uitijs FAVCIVM, uel ORIS. Caput XV.

PER INITIA cum commoueri aliquid in faucibus ſenſeris, generaliter omnibus ex decoctione ſiccatarum roſarum, uel dactylorum elixorum, aut lentis, aut cantabri; uel cæterarum ſtipticarum mediocriter ſpecierum, conuenit tepidum gargariſma: cui etiam mellis quippiam deſpumati commiſcemus. Nam & lac ouillum, uel capri num, cum melle tepidum iuuat. Similiter rhodomel, ſimiliter diamoron. Quod ſic conficere conſueuimus: ut ad duas partes ſucci mororum, una mellis adhibeatur. Sic etiam aliquid ex ſucco rubi & melle, ueluti diamoron confecerunt. Alij etiam de citoniorum ſucco eadem afferunt. Item de malo granato, ſed ſtiptico. Alij uero eadem mala quaſſantes, in paſſo cōegerunt, quæ omnibus querelis faucium prodere putant. Hæc omnia licet ſpecie diſſimilia eſſe uideantur, uirtus tamen una omnibus, idemque beneficium. Sane frequenter accipiant & cibos, qui magis ſorberi, ꝙ maſticari uideantur. Si his adhibitis, faucibus adhuc perſeuerauerit moleſtia, ſic ut uulnerare partes attentet, quę etiam Synanchin minetur: tunc nos fortioribus oportet occurrere cataplaſmatibus, hordei, uel lini ſeminibus paragoricis, mixto aliquan-

Diamorou;

C to nitro, uel salibus: quo Hippocratis nostri præceptis custoditis, sic curando, ab interioribus euocare sollicitudines ualeamus. Præstant interea cataplasmatis beneficio, etiam fomenta calastica ex similibus supradictis, & hybisco confecta. Vulneratio uero si faucibus apparuerit, sic a nobis sollicite curanda erit. Fimus cauum albus, tritus cum melle, & tumorem reprimit, & uulnera delicate permundat. Et hirundinum combustarum cinis, cum melle similiter proderit. Aliud. Omnibus uulneribus, & tumentibus, & sordidis, utilissimum multorum ueterum autoritate probatur hoc, quod conficitur sic: Thus masculum, Irin Illyricam, herbam et radices aristolochiæ, omnia æquis ponderibus tunduntur, & melli miscentur, uel mellicrato, & sine molestia eduntur. Item, Antheræ, quæ omnibus nota est, Irios Illyricæ, sandaracæ, cyperi uncias binas, aluminis scissi, myrrhæ, croci, crocomagmatis semuncias singulas, in uino omnia tunsa, & cribellata adhibebis: & cum necessitas cöegerit, aut cum puluere, aut cum melle commisces, & uteris. Nam & Musæ trociscus, ubique diffamatus, cum succo roris syriaci, & melle, uel mellicrato adhibendus est. Si uero uua dimissior fuerit, & faucibus indignatis reumatisauerit, gargarismate ex speciebus stipticis confecto, tepido imminebimus, & ex dactylis in aqua, uel mellicrato decoctis, aut rosis siccis, aut uitium turionibus mollissimis, aut sorbis, aut mesphilis, uel certe gallis infusis, & decoctis adhibebimus. In tumore uero positæ, cũ amplius reumatizauerint, sales triti cum melle multum prosunt adhibiti, & dactylorum ossa: & si D nuces uirides immaturas comburas, & ex his puluerem facies, & admisceas. Similiter aut modicum mellis, aut mellicratum, et alumen humidum, in uase uictili coquas. Sic de puluere radicum caulium combustarum. Sic etiam de anetho, et postea puluere facto. Vuam siccas, et continuo desiccata, si inflatum os fuerit, quod Afatham appellamus, nimia ustione accedente, rosam siccam cum melle tritam locis impone, et portulacam in melle similiter infundimus, et manducandam damus: et oliuæ folia uiridia in uino decocta, ex quo tepido, os frequenter colluendum est. Nam et auellana cum despumato melle contrita, pro electuario semper adhibenda est, ut oris ustio purgetur.

Faucium uulneratio.

Trociscus Musæ.

Fauces reumatizantes.

Faucium tumor.

Afatha.

¶ De PAPVLIS minutis ubique nascentibus. Caput XVI.

QVIBVS IN facie q̃maxime, ueluti leuissimus tumor repente innascitur, humorem aliquando pinguem, aliquando aquatiorem mittens, pruritus & uulnerationes procuramus oxymelle, & aceto acri, & melle, æquis ponderibus confecto, et confricatione curantur. Item amygdala amara cum aceto acri contrita, similiter operantur. Nam & trocisci ex hoc confecti, & in aceto soluti, medentur. Post uero etiam subscripto lauare linimento conueniet. Si uero

Papulę faciei.

ueluti exanthemata, quas ſcabies dicimus, in facie, uel genis, ex humorum acredine, uel plenitudine apparuerint, hederæ agreſtis folia ex melle contrita, pro linimento adhibenda erunt: aut certe allium cum ſalibus tritum, mixto oleo roſeo ſimiliter adhibetur. Sic galbanum cum oleo reſolutum. Sic fęces uini, & Iris Illyrica, utraque contuſa, & cum oleo roſeo commixta medebuntur. Et cedria cum reſina, & cęra, æqua ponderatione commixta; et adipes anſerini ſimiliter cum reſina, et oleo, & melle operantur. Nitrum quoque cum porcinis adipibus. Nam & myrrha, cum tripla ponderatione albi mellis mixta, continuo id præſtat. Et ſpuma argenti, cum folijs rutæ uiridibus, & acri aceto mixta, papulas ſupraſcriptas & ſcabies totius faciei percurat. Si uero tumor permanſerit poſt curationem, ſales foſſiles triti cum aceto compeſcunt, aut taurinum gluten cum ſynopide, et aceto. Si impetigo ex hoc faciem, uel cætera membra occupauerit, per initia triticum in lamina candentis ferri ſuperimponito, & ſucco qui ex hoc emanauerit adhuc tepido, penna perungito. Et myrrha ſimiliter operatur. Frequentius & gutta ammoniaca, cum aceto contrita perungenda eſt. Sic ſuccus menthæ. Sic thus maſculum. Sic apium contritum cum ſalibus & aceto. Sic gluten taurinum in aceto reſolutum: cui manna & thus admiſcendum eſt, & puluis ſimiliter adhibendus. Aliud. Sulphur uiuum, cum aceto et pice commiſce, et utere. Si papulæ plures innatę ſint, aceto tepido primo foueto: poſtea nitro cum aqua colluito. Item de ſupradictis linimentis. Si autem lõgi temporis fuerint, aut acres, tunc plumbi raſuram, ſulphur uiuum, gluten taurinum in aceto uiſcido coctum, & ſolutum inungamus. Aliud. Lilio agreſti, lachrymarum loca perunge, aut lapathij radicis corticem cum aceto cõterimus, et cataplaſma adhibemus: ante tamen nitri puluere loca defricando. Aliud. Maluę agreſtis ſemen immaturum colliges, et ex hoc ſuccum elicies, quo cum frequenter linieris, & antiquatas, et agreſtes percurabis. Aliqui ex diuerſis ſupraſcriptis componentes trociſcos, ad maiores curas hoc modo compoſuere. Alcyonij combuſti ſemiuncia, chamæleontis nigræ radicis uncia I. aſphodeli radicis uncia. I. ſulphuris uiui, thuris maſculi, pyretri, afronitri, ana ſenunciæ ſingulę: glutinis uncia. I. omnia cum aceto coquantur, & operamur. Cum uero mũdatę fuerint & percuratæ, tunc aſini adipibus loca perungue, et poſt ſerenatas maculas, colorem reſtituas naturalem. Hæc omnia quo fieri poſſit, catholicis primo purgationibus releuandi ſunt.

A Exanthemata faucium.

Tumor poſt curationem.

Impetigo.

B

Contra papulas antiquatas.

De VSTIONE calida, uel ignis. Caput XVII.

VSTIONES antequam fluidas ueſicas erigant, murium oliuarum frequenter infunde, & eaſdem oliuas ſalſas contritas imponito.

C Et lactucæ tritæ cum salibus, pro cataplasmate impositæ, continuo cu- rant. Et fel taurinum cum aqua plurima infunditur. Aliud. Alumine scisso cum aceto contrito omnes ustiones ungo. Nam & thus masculum cum aqua tritum similiter operatur: & sales cum oleo roseo triti inliniuntur, & betæ elixæ contritæ imponuntur: & pollines tritici, cum ouis crudis mixtis superimponuntur. Sic etiam hederæ agrestis folia in uino cocta curant.

Si uero post easdem unctiones uesiculæ inquietarint, myrrham cum uino tere, & imponito: aut calcis uiuæ puluerem cum cærotario tempera, & in lintheolo linitum impone. Si uero etiam uulnera fecerint, porros terito, & locis impone: aut maluarum folia elixa, & cum oleo superintrita impones: aut lenticulæ puluerem, cum melle commixtum induces. Sic & columborum stercora combures, & in lintheolo linis cum oleo contrita, quibus omnes exustiones uenientes procurabimus.

De CARBVNCVLIS. Caput XVIII.

GENERALITER his omnibus per initia phlobotomo subueniendum est. Specialiter uero locis superimponendũ est cataplasma, de arnoglossa cum pane mundo, & lenticula cocta. Vulneribus uero acriora & calidiora medicamenta ordinamus: ut Andronyci trociscos, aut Polybij: qui sollicitius cum dulci uino, aut pingui infusus, & in mortario contusus, sub cataplasmate uulneri imponatur. Si uero his adhibitis, uulneris radix occupauerit altiora, cauteres admouendi eidem loco: si nullum obstiterit præiudicium, ut loca uitalia periclitentur, quæ sunt in musculis, aut neruis attingentibus, neque ignis poterunt sustinere tormenta. Qua de re, frigido cautere utimur, quod frequenter approbabimus. Aquam, in qua calcis uiuæ puluerem extinguimus, miscemus feculæ, nitro, & saponi, æqua ponderatione: & ex eo linimus loca quæ comburi placet.

[Margin: D — Andronyci trociscus. Polybij trociscus. — Cautere frigidum.]

Super cataplasmata, loca tegenda sunt, donec illa cadant quæ altius inhærebant. Sunt & alia, quæ os Carbunculi sepeliant: uidelicet, uuæ passæ, enucleatæ, solæ contritæ. Aut ficus siccæ in uino decoctæ, & tritæ. Sic lupini in uino similiter, & purgati teruntur, & imponuntur. Sic stercora columbarum cum melle contrita. Sic mentha cum aqua contrita. Sic nitrum cum ruta uiridi, & aceto tritum. Sic rapa, cum uua passa, & porcinis adipibus, admixta etiam pice liquida, omnibus sub æqua mensura temperatis, & adhibitis, ulcerum semper loca periclitantia liberata sunt.

De VVLNERIBVS uarijs casibus infixis. Caput XIX.

A

SI TELO, seu morsu canum, aliarumue ferarum, seu ex quolibet casu neutro uulnerato, quos Neutrotos appellamus, inpactis uulneribus omnibus, generaliter continuo hoc adhibendũ erit, quod glutinare & curare ualeat membra uulnerata. Myrrhæ puluerem aspergo, quem permanere faciam sine aliquo humore: continuo etenim glutinat, et colligit. Et rubus elixa & trita, hoc facit. Hoc Iris Illyrica tunsa, et melli mixta, atque in panno lineo imposita. Et aristolochiæ puluis cum aqua mixtus hoc idem facit. Idemque ossa sæpius colligabit. Et omphacinum tritum cum uino sic curat, per initia adhibitum. Sic puluis thuris masculi. Et myrrhæ puluis, cum uino & melle coctus, et temperatus, continuo medetur. Sane sub his adiutorijs, quæ semper futuris obstant feruoribus, utilis est sub uno schemate, etiam patientia uulnerati. A lauacri uero, a foci, a solis calore, uel aëris frigore, a clamore, uinolentia, usu uenereo, iracundia custodiantur: ne quod iam aut collectum, aut glutinatum est, his occasionibus soluatur. Hæc etiam prætermittere non debui amice, per omne corpus recentibus uulneribus frequenti approbatiõe laudata. Allij igitur combusti puluerem uulneri asperge. Sic etiam Scyllam tritam imponito, & sub utrisque adiutorijs, quatuor continuis diebus penitus maneat inquietatũ, quo continuo percurari possit. Nam & myrrhæ, & lanarum succidarum combustarum cinis uulneri aspersus, similiter operabitur. Item aliud. Maligranati folia, cum melle trita, mixto uino, imponito, desuperque lintheolum infusum resina & terebinthina superaddito. Item lanis operiãtur, uino & oleo diligenter infusis. Item aliud. Fabæ syriacæ radicem siccam tundis, cribellas, & loca eius puluere aspergis. Item aliud. Oliuarum amurcam coques primum igne fortiori, ad primam mundationem, secundo, & tertio molli uapore, quo pinguescere possit. Cum uero cõagulauerit, reponis in uas mundum, & cum frigescere cœperit, lintheola infusa loco percusso opponimus. Operabitur uero fortius medicamentum, si gallarum puluceres admisceamus. Aliqui eandem amurcam cum eodem puluere coquunt, et sulphuris uiui, & origani puluerem æqua mensura uulneri aspergunt. Qui uero ferro in altum uulnus suscipiunt, fel bouis unciarum. II. & ficus nigræ lachrymum ÷ II. & adeps caprinus ÷ III. in uinum commiscetur, & temperatur, et hoc medicamento curatur. Aliud. Baccas lauri cum resina tunsas, locis imponimus. Glutinantia uero adiutoria hæc sunt. Resinæ Syriæ puluis, capilli hominum, æqua ponderatiõe cum thure masculo tunsi, & cribellati. sed cum puluerem aspergere cœperis, præungendum est uulnus picrę solutione. Particulam utris uinarij, & resinam ex æquo comburis, et uteris puluere collecto: qui & sanguinis fluxus ualeat prohibere. Et mandra-

Neutroti.

A quibus abstineat uulneratus.

B

Glutinantia.

Contra sanguinis fluxũ.

C goræ folia trita cum uino, & aqua cataplasmabimus. Aliud. Malogranati dulcis grana cocta in uino diligenter terimus, & in uicem cataplasmatis adhibemus, adiutorium approbatum. Sed & betarum surculos, exceptis folijs, elixos & tritos imponimus similiter.

Ad morsum Canis.

Si canis morsu quis fuerit uulneratus, cõtinuo spongia, aqua frigida infusa, aut oxymellite imponenda est, quæ frequenter ex hinc irriganda erit. Primo uero eiusdem uulnerati lotio uulnus, secundum physicos, fomentandum est. Et porri cum melle triti, & impositi, eodem modo medentur. Et lachryma arboris ficus continuo si ungas, hoc idem præstas. Et spongiæ rudis combustę cinis cum liquamine mixtus, optimum beneficium facit. Sales triti, ac in lintheolo ligati, aceto infunduntur, & ex hoc uulnus tamdiu apozimandum est, uel infundendum, donec sanguinem eliciat. Postea uero cum sanari cœperit, eruum tritum cum melle uulneri impone, aut lentis puluerem cum melle despumato similiter. Quæ uero in feruore fuerint, spuma argenti cum melle trita, & imposita, continuo mitigat: præfomentanda sunt interea uulnera aqua gelida. Etiam qui humanos morsus patiuntur, adiutorijs supradictis percurantur.

Vulneratio nerui.

Si uero his accidentibus uulneribus, etiam neruus fuerit uulneratus, in quo graue periculum frequenter euenit, cuiusque patefactio prius custodienda est, ad humoris ex uulnere ueniemus digestionem: quo ex hoc impetus & dolores auerti possint. Frequenter etiam ferro hanc anastomasin procurare debemus. Conuenit interea præ omnibus etiam his phlobotomum adhibere: conuenit etiam eos uentris purgatione iuuare. Aquarum sane calidarum fomenta fugienda sunt, quæ putredines & indignationes sæpe procurarunt: sed oleo sabinensi, uel dulci, tepido, aut certe uetusto, frequenter uulnera ipsa fouenda sunt. Viride uero oleum, uel gremiale penitus uitandum est. Vtimur tamen post fomentationem olei calidi supradicti, sola terebinthina resina, lintheolis infusis & appositis: utilius, si terebinthinę etiam euforbij quippiam pulueris admisceamus. Fœminis uero, uel pueris, delicatiora corpora habentibus, etiam solius terebinthinæ sufficiet beneficium. Cæteris uero, ut superius comprehendi, terebinthina cum euphorbio, & oleo miscenda est: addenda & cęra propolis, addendum sagapenum, addendum laser, addenda & opopanace: quibus coniũctis beneficium atteftamur.

ἀναστόμασισ.

D

Oleum Sabinense.

Experimentum.

Item aliud, quod in experimentis, ad neruorũ uulnerationes adhibemus, iuuat. Calcis puluerem diebus canicularibus ex aqua marina lauamus, quã custodiemus. Huic medicamẽto mixturi euphorbium, sulphur uiuum, puluerem calcis lotæ deligẽter in uncijs singulis, terebinthinã, ceram, picem, in uncijs tribus. Interea per initia ad uirorũ uulnerationes cataplasmate tali uti nos cõuenit, ex melle, aceto, oleo roseo modice admixto, cum fabæ pollinibus coctis, & tẽperatis. Post cataplasmatis uero beneficiũ, hoc est aptissimum adiutoriũ. Euphorbium,

cera, resina, in singulis libris: oleum in duabus: sed euforbium cum aqua prius terimus, & superioribus solutis, ut moris est, admiscemus. Superaddimus interea etiam salis quippiam: ut os patulum humoris noxii digestionibus procuremus. Nam & Melanchorus trociscus semper his utilissimus fuit, cum aceto tritus, & aliquando cum cerotario temperatus. Sunt etiam alia adiutoria his caussis aptissima, sub una uirtute uariæ composita: sed paucis magis, & probatis uti nos conueniet, quarum perseuerantiæ, effectum facillimum potuerunt procurare. A

Trociscus Melanchorus.

¶ De VVLNERIBVS ex se nascentibus. Caput XX.

VVLNERA VARIA, aut ex humorum acredine, uel plenitudine generantur, aut præeuntibus diuersis ictibus acquiruntur: quæ imperitia medicorum frequenter, aut adiutoriorũ inopia procurata, uetusta & Chironia fiunt. Igitur cum uulnera recentia & caua fuerint, sic curanda, uel replenda erunt. Mel, & resinam terebinthinam æqua ponderatione in cacabo facies solui: item addes butyri tantundem, & ex hoc infusis lintheolis uteris. Aliud. Resinæ puluerem, ceram, & adipem misces, & similiter adhibebis. Cum æqualia in superficie fuerint, hoc uteris medicamento. Spumæ argenti ÷ III. resinæ ÷ II. olei ÷ IX. conficies, ut moris est, ad emplastri temperamentum, quo cicatrices utilius ualeas procurare. Sin uero transcendens planiciem, plus excreuerit, acrior eruptio, phrygium lapidem tundis, & eius puluerem aspergis. Aliud. Aeris purgamentum tunsum similiter adhibendum est: id aceto temperabis, humore importuno permanente. Et dum uulnus a sanitate prohibetur, hoc adiutorio percurandum est. Plumbi purgamenta, eruginis uncias singulas: aloe, & calcis uiuæ uncias binas tundis, & cribellas, & uulneri aspergis. Si cicatricem ferri sanare uolueris, hoc emplastrum facies. Ceræ ÷ II. resinæ ÷ I. thuris, & eruginis uncias singulas, olei cyprini ÷ VIII. conficies, ut moris est, & imponis, emplastrum probatissimum. Si nimis antiqua uulnera fuerint, ceræ in Sole liquefactæ commiscendus erit puluis floris eraminis, ut ad temperamentum emplastri perueniat, & uteris: neque frequenter soluere, sed etiam fasciola custodire debebis. Item Chronicis, uel Chironiis uulneribus, hoc emplastrum approbabimus. Lapidis chalcitis, cera in unciis singulis: aluminis scissi uncia. I. his commixtis & temperatis utimur.

Ad uulnera caua.

B

Aequalia in superficie.

Excedẽtia superficiem.

Ad cicatricem ferri.

Ad uulnera antiqua.

Sunt & alia uulnerum genera quæ serpunt ad loca uicina, atque his adiutoriis percurantur. Lenticula cocta, & melli commixta, & folia caulium cum melle similiter. Et coriandrum uiride cum melle. His etiam ex lini seminis puluerem, cocti in uino, & oleo catapla-

Serpentia.

C ſmata ſemper adhibui. Sic ex milij pollinibus feci. Sic etiam hede=ræ folia in uino coxi, & cum melle trita ſuperimpoſui: foui etiam de eadem decoctione uulnera frequenter.

Vulnea calloſa.

Si calloſitas emerſerit, in qua ſemper eſt tarditas uulneribus ad ſana-tionem, æris florem coctum terimus, & ex eo puluere uulnera ſanabo, & tithymali lachrymam cum uino & melle mixtam, in uicem catapla=ſmatis adhibeo. Si madefactio permanſerit, his adhibitis, ſales tritos cum melle imponam, & deſuper ficubus tritis, & incoctis cataplaſma-bo. Et amygdala amara ſic curant, locis adhibita, & cum melle con-trita. Sic porri in uino cocti eodem modo curant. Sic erui puluis cum melle, & oliuarum uiridia folia in uino cocta, & trita adhibentur: ex quo uino prius fomentari loca ſuadeo. Similiter ex aqua etiam in qua alumen ſciſſum infundendum eſt.

❡ De IGNE SACRO. Caput XXI.

HVIC MVLTiformis eſt cura deligenda. Aliter enim in febricitantibus emergens curatur. Aliter in eo cui febres ſu=perueniunt uiſitatur. Nam & omnibus partibus corporum generali-ter adiutoria adhiberi ſimilia poſſunt: excæpto tamen capite, uel facie, quorum eſt ꝙ maxime cauſſa ſollicita. Vicinitatem enim appetendo i-gnis ille ſerpens, oris aliquando, uel linguæ, aut gutturis partes facili-

D us pulſat, & ueluti ſuperficiem derelinquens, continuo inſtat interio-ra moleſtare, in quibus uitæ periculum formidandũ eſt. Nam & Hip=pocrates hac eos ſententia uiſitat. Ignis ſacer, ait, ſi interiora appetiue=rit, moleſtum erit: ſi in cutibus perſeueret, curari poterit.

Hippocratis ſententia de igne ſacro.

Ignis ſacer cũ febribus.

Ergo ſi cum febribus, & in ſupradictis partibus apparuerit, intra tertiũ diem phlo=botomandi ſunt, & purgandi, a cibis penitus abſtinendo, ſi tamen ui=rium non occurrerit fœtoſa debilitatio. Dabis adhuc cataplaſmata calida, & fomenta humectantia: frigienda ſunt ignem, cauſſæque do=lorem augentia: ſed lenibus linimentis, euocatorijs, & curantibus, quæ ſine grauedine poſſunt afferre utilitatem, ungendi ſunt. Si phloboto=mus ſane, uel cathartica, certa de cauſſa prætermittenda ſunt, clyſteri=bus aſſiduis imminebo: quo competentibus, & aſſiduis purgationi=bus uentris, quod phlobotomo negatum eſt, poſſimus compenſare. Frigidi tactus, & acres, uitandi ſunt. in frigidatæ enim partes facilius commouentur. Declinantibus febribus hoc trociſco uti conſueui, omnibus temporibus & locis aptiſſimo. Spuma argenti, ceruſſa, ſul=phure uiuo, croco, opio, ſub æquo tunſis, & cribellatis, & cum paſ-ſo, uel ſuccis ſtrychni temperato. Nam iſtorum euporiſtorum fre=quentium ſemper beneficia profuerunt. Butyrum cum ſtrychni ſuc=co adhibetur: & acacia cum aceto, uel aqua: & ſpuma argenti cum

ſucco porrorum, uel betarum, & gutta ammoniaci cum aqua, & cy= A
molia cum aphita, & ſtrychni ſucco, & oua recentia in aceto, cum o=
leo, & bulborum combuſtorum cinis cum melle. Oleum cyprinum
cum melle mixtum, & ceruſſa cum aceto, & uaſorum fictilium puluis
cum aceto, & thus maſculum cum ceruſſa: omnibus, aut ſingulis com=
mixtis. aliquibus mixto pane. aliquibus ex aqua coctis, & contritis.
Nam & folia in uino cocta, & contrita, impoſita ſæpe profuerunt igni
ſacro. Si etiam poſt hæc ignis ille ſacer adhuc inſanierit, & ruboris
ſollicitudo perſeuerauerit, iam cataplaſmatibus de ſeminibus cum mel=
le coctis imminendum erit. Adhibeo etiam locis ſcarifationem: adhi=
beo fomenta aptiora, & ex eiſdem deſuper cataplaſmatibus frequenter
requiro beneficium. Periculoſum eſt etenim, cauſſa permanente adiu=
toria uariare.

Ignis facer poſt febres.

De APVM percuſſibus, uel ſcorpiorum, cætero= rumque ſerpentum. Caput XXII.

APVM percuſſus maluarum folia impoſita continuo curant:
& ſiſami folia, uel ipſum tritum, & appoſitum. Et lauri folia
molliora trita cum uino, potui data, ſæpe curauerunt. Scorpionum
uero percuſſus, ſales frixi, & cum oleo contriti, loco appoſiti. & ci= B
nis cum aceto mixtus, & impoſitus ſimiliter, & allium cum oleo tritum,
& origanum cum aceto coctum calido ſaccello, continue medetur. Et
porrum tritum impoſitum, & ſardinia trita, & folia oliuę trita cum ſa=
libus, et impoſita, & ſcylla cruda trita imponitur, & ſtatim curat. Sed
& his ſemper potionibus liberantur. Ariſtolochiam rotundam, gen=
tianam, myrrham troglodíten, baccas lauri, omnia tunſa ex æquo, &
cribellata: aut puluerem, cum uino, et calida identidem in tempore da
bimus. Hoc etiam contra cæteros ſerpentes uſi ſumus. Aliud. Pi=
peris, & papaueris ſemiunciam unam tundis, & cribellas: ex his co=
cleare cum aceto dabitur, & bacca lauri cum folijs rutæ uiridibus tun=
ſa, cum uino, aut aceto ſemper datur: & Irios illyricæ puluis cum ui=
no calido ſimiliter. Quin & fraxini folia cum uino trita,
bibenti dantur.

Apum ictus, Scorpionũ.

De turpibus RECEPTIS, & laten= tibus. Caput XXIII.

TITIMALI maioris molles & uirides ex acumine turiones
tolles, & hos calidis cineribus ſubijcies: & poſtq̃ combuſti fuerint, pro
iectis ſordibus in mortariolo contundis, & eorum pulueri aphitam ſi=
militer immittis, & uino cõmixta, patefacto orificio, uulneri imponis,
& continuo telum, aut aliud quod diu latuerit excludetur. Aliud.
Ariſtolochiæ puluis patefacto uulneri ſimiliter imponendus eſt, & ue=
locius exiliet. Sic etiam de dictamni folijs, uel radicibus contuſis, uelo=

Vt tela latentia ex uulnere proſiliant.

C cius fieri conſueuit, ſecundum ueterum teſtimonia. Et euſeſami ſemen contuſum una cum calchanto, uulneri appoſitum, ſimiliter operatur. Et lacerti caput contuſum, & impoſitum, ſecundum phyſicos ſimiliter facit. Si uero in fauces aliquid tranſiuerit, aquam & oleum calidū contineant in ore, et ſpontaneum exibit ſine mora. Sunt et alia phyſicorum beneficijs publicata, ſed ſuo loco & tempore conſcribentur.

❡ De TESTIVM indignatione. Caput. XXIIII.

FERVORES teſtium, uel indignationes, cyminum cum melle & oleo tritum, & appoſitum curat. Et ſemen lini frictū, & cum uino ſimiliter uice cataplaſmatis temperatum. Sic faba in uino cocta, aut in mellicrato cum melle trita, operatur. Sic ex coriandro, uiridi cum faba in aqua cocto, et ſimul trito cum melle cataplaſmabimus. Sic etiam de hyoſcyami folijs. Similiter & uuam paſſam enucleatā, ex æquo cum nitro adhibemus. Et naſturtij puluerem cum lini ſemine ex æquo cataplaſmabimus. Sic rutæ, & lauri folia uiridia in uino cocta, cum aphitis profuerunt. Et cymini puluerem mixto butyro, & reſina, & pampinos molles tritos cum aphitis adhibemus.

❡ De VERETRI, hoc eſt, de naturæ uitijs. Caput XXV.

D VERETRI dolores, fel taurinum cum nitro contritum curat: & butyrum cum terebinthina ex æquo mixtum. Similiter ex lini ſeminis puluere, & myrrha ex æquo, reſinæ quippiam ſuperadditum, in aqua coctum cataplaſma impoſuimus. Quibus uero tumuerit, pampinorū folia molliora triginta, thuris & ceruſæ ſemuncijs ſingulis commixta, pro cataplaſmate imponimus, ante tamen ex aqua marina frigida fomentabis. Nam & teſtes tumentes, cymolia trita frequenter cum aqua perūges: poſt uero myrti ſiccę pulueres, & myrrhę ſimiliter aſpergendi ſunt. Vulneribus uero in eodem cole, lepidos cyprinæ puluerem ſatis confidentur aſpergo. Et afronitri ſolius triti puluis eodem modo operatur. Et alumen ſciſſum contritū, ſimiliter & myrrha cum paſſo trita. Si ueluti carbunculus innatus fuerit, liciū cum melle tritum ſuppono: frequenter per diem inſpergo mel tepidum. Fomentandū eſt interea ex aqua de ſeminibus, quæ in aqua coqui debent, aut myrti uiridis, aut lentiſci folijs, aut rubi, aut oliuæ, aut roſæ ſiccæ: cuius puluis ſi poſt fomentum aſpergatur, continuo operabitur. Sic etiam de herbarum ſupradictarum cataplaſmate innuendum eſt, cum melle commixto. Nam & uini, & mellis ſpecies prætermittenda non eſt. Continentia uero ciborum, & uentris purgatio frequenter prouideri debet. Efflaterij quoque puluere tangendum erit. Aliqui minimorum piſcium capita trita impoſuerunt.

Tumores teſtium.

λεπὶς eſt ſchoria, ſiue ſquāma, cuprinā uocat λεπίδα, quę ex ære, ſiue cupro fit.

A

De HERNIOSIS. Caput XXVI.

Herniæ infantium.

HERNIAS uero infantium frequentius emergentes sic curabimus. Resinam pituinam siccam, nitrum, cyminum, ex æquo cum melle miscemus, & sub emplastri temperamẽto imponimus, superaddita ligatura quæ contineat medicamentum. Et uuam passam purgantes, in uncijs. VI. nitri uncia. I. cymini uncijs. II. cum melle conteriuimus, & ita usu sumus. Vitandi cursus, & saltus, et auster, uentris quoq; conatus, & ciborum nimia præsumptio. Aliud probatissimũ. Caduci malogranati ÷ I. gallarum semiuncia, asphodeli radicis ÷ I. narcissi radicis ÷ I. hæc omnia in uino coquenda, & tundenda, et malaxata in primo adhibenda sunt. Hoc herniarum perseuerantiam intus sub ligatura, etiam ueterum percurabit, & hydrocelas, & sarcocelas, & enterocelas similiter. Itẽ Cinopoli emplastri expono maximũ & probatissimum remedium. Spumæ argenti ÷ VI. aceti ÷ XVIII. olei & opij, spuma argenti pleniter comburis, & supradicto aceto restinguis, & teris diligenter. Omnia simul mixta coques, agitabis spatula olosidera, & ita ut dactylon coques, ac in lintheolo adhibendum diebus cõtinuis V. imponis. Hoc hydrocelas, & similes collectiones sine dilatione curabit. Carnes cochlearum teris, & his myrrhæ puluerem misces, et in lintheolo inductum impones sub fascia, ut facilius reprimatur: & passum cum acacia tritum, et aquã similiter temperatum supponẽdum est. Item etiam cochleas ex arbore lauro collectas comburimus, & tritas imponimus, ut umbilicum in naturam propriam reuocemus.

ὕδρον, σάρκον, & ἔντερον, Herniæ sunt spẽs ab Hippocrate & Galeno descriptæ, quæ etiã plures & apud Galenum & Paulũ Aeginetam numerentur.

B

De diuersis uitijs in ANO nascentibus, uel Syringis, hoc est, Fistulis. Caput XXVII.

DIFFICILES in his locis caussæ euenire consueuerunt, pro accidentium qualitate. Est enim loci natura delicatior, & qui ad omnes acerbos quàm maxime contactus, facile commoueatur. Nascitur ergo in hoc sæpissime indignatio, uel feruor: fit ragadium, fit condiloma, erumpũt hemorrhoidæ, nascuntur exocadia, fiunt & syringæ, frequenter etiam intestinorum effusio, et cetera, quibus omnibus suo ordine remedia designabo. Quando ergo indignatio, uel feruor locum attentauerit, pingues dactyli, in passo, uel mellicrato infusi teruntur, superaddito quopiam de oleo roseo, e quibus factum cataplasma tepidum adhibemus. Superimposita tamen ligatura, quæ adiutorium continere debet. Nam etiam de musteo similiter faciendum est, sed quod piper non habuerit. Sic etiam de bulbis albis, cum melle contritis, loca cõmota frequenter curata sunt. Et licium inde contritũ cum cerotario, et ex oleo roseo temperatũ adhibuimus, & sæpissime sulphuris uiui quippiam triti superadijcimus. Est & hoc genus adiutorij utilissimũ. Spuma argenti, & cerussa, uncijs singulis: thus masculum, et crocum in semuncijs singulis, cum uino & oleo tritum, et cõmixtum adhibendum est, et oui ui-

Ani accidentia.

Feruor Ani.

C tellum coctum, tritum cum melle & oleo, commixtumque, loca indi=gnantia satis iuuat. Sic butyrum cum medulla ceruina, & sepum ceruinum, & thus masculum, omnibus ex æquo tritis, immixtis oleo & uino, similiter temperatis curati sunt frequenter. Huic medicaměto etiam licium indicum admiscendum est. Si Ragadium factum fuerit, hoc medicamento uti nos conueniet. Oleum roseum solum, tritum in plumbeo uase, & ex pistillo simili, usque in pinguedinem, & caricarum pinguium combustarum cinis, uino tepido prælauatus, ac impositus, prodest. Sic rosæ flos, & pompholix simul trita, similiter spargitur. Et molybdæna cum folijs rutæ uiridibus teritur, & cum oleo myrteo pinguí temperatur, & similiter iuuat. Sic hyoscyami folia, sic corij puluis asperſus similiter loca curauit. Sic etiam lintheorum combustorum cinis cum amylo, ex æquo succo foliorum oliuæ temperatur, & subpingue fiat linimentum. Quibus Condilomata fiunt, uel Exocadia, hoc adhibendum est medicamentum. Ceræ libra una, picis ÷ IIII. medullæ ÷ II. adipis taurini ÷ III. mellis ÷ IIII. uini ÷ III. guttæ ammoniacæ ÷ I. thuris masculi ÷ II. myrrhæ ÷ V. sicca cum uino teruntur, & solutis calentibus commiscentur. Aliud. Calcis uiuæ ÷ III. nitri ÷ II. utraque teruntur, & cum aruina miscentur, & ex eo pingue facies linimentum. Quod cum siccauerit identidem superaddis, & hoc modo per

D seuerando facilius consumentur exocadia. Sic chalcantum teris, & eius puluerem cum oleo dulci molli uapore coques, & pinguefacto, loca frequenter tangantur. Nam & alumen missum in uase nouo, coctum, atque tostum, puluerem facit. Hoc tacta exocadia, spontanea frequentius ceciderunt. Hemorrhoidas uero erumpentes, sic compescere, uel temperare consueuimus. Butyrum, crocum, cerussam, mel ex æquo omnia commiscenda sunt, & oui albore temperanda, & imponenda. Sic arnoglossa trita cum aceto facit. Sic pulueres cerussæ cum aceto contritæ. Fomentabis uero loca ex aqua, ubi alumen scissum, tritum mitti facies, & æris florem excoques in tertiam partem, & ex hoc fouendi sunt ante linimentum. Sed ut etiam in tempore aliquando de physicis adiuuentur, in ea aqua coquendæ sunt species supradictæ, unde ægrotus is qui hemorrhoidas patitur, frequentius elauatur, & ad supradictas species, in uncias senas, aquæ sextarios decem mittis.

Si uero conclusas resoluere uolueris, tapsiæ succum, & apij similiter ex æquo conterimus, & loca contingimus, quæ solenni digestione fuerint impedita. Laser cum aceto contritum imponendo, frequenter usi sumus. Nam & Musa rrociſco, omnibus approbato, in aqua in qua calcem uiuam extinximus, resoluto, imminuimus, & profecimus. Qui trocis cus hoc modo a nobis conficitur. Aluminis scissi uncias. III. aloe ÷ III. croci ÷ II. crocomagma ÷ II. chalcanti ÷ III. caduci malogranati ÷ II. uino omnia trita commiscemus, ut trociscos faciamus.

Marginal notes: Ragadium Ani. — Condilomata, & Exocadia Ani. — Hemorrhoidæ Ani. — Physica remedia frequẽter ab Autore uocantur ea, quę absq; certa ratiõe data, prodesse comperimus. — Syringæ. — Trociscus Musa.

A

Etiam hic puluis nobis experimentum dedit, omnes syringas & expurgandi, & glutinandi: qui ista ratione conficitur. Iris Illyricæ ÷ V. erui ÷ III. mannę thuris ÷ III. lepidos calcis ÷ III. aristolochiæ ÷ III. s. omnia tunduntur, & cribellantur, & fictilis puluis, cui nomen est Acopali, commiscetur eodem modo, ad linimentum quemadmodum Musa trociscus supradictus. Quibus uero intestinum exierit, mori* syluestris dolori fomentatio adhiberi debet: & post acacia trita cum aceto linimentum facit: & cyclamini succus cum melle ex æquo mixtus, & coctus usque in pinguedinem. Aliud. Puluis ellebori albi, qui cum aceto coctus est, admixto cærotario ex oleo roseo, satis iuuat. Et hyoscyamus in aceto tritus, & similiter adhibitus, intestinum effusum similiter reprimit.

Puluis ad idem.

Intestini exitus.

alias * uiscido.

De PERNIONIBVS. Caput XXVIII.

PERNIONIBVS quę cum pruritu sunt, aquæ marinæ fotus satis prodest. Similiter etiam si uino calido stiptico foueantur. Sic si etiam decoctiones betarũ, quibus alumen sciſſum infuderis. Post quod fomentum, cæra liquefacta linire conuenit. Nam & ex aluminis puluere, cum hordei farina, & uino cataplasma adhibendum est. Sic cæræ, & picis resolutæ sola unctione curatæ sunt. Et gluten solutum in aqua profuit liniendo. Sic oliuarum uiridia folia cataplasmate adhibita profuerunt. Sic gallæ cum aceto contritæ, sic uini fęces impositæ curauerunt. Quibus uero iam uesicauerint, rhaphanos tundes, & ex eorum succo bene proderunt linimenta. Et lenticulæ coctæ, & tritæ cataplasma proderit. Et caduca malogranati, in calidis cineribus tepefacta, & trita adhibita, conuenerunt. Sic etiam scylla cocta, similiter contrita, profuit. Quibus uero increpuerunt, & uulnerati fuerint, his spuma argenti trita, mixto adipe porcino, pro emplastro apponi debet. Sic adipes anserini cum cęra & oleo tepidi adhibendi sunt. Et cochlea cum testa combusta, & trita, & in puluerem redacta, si aspergatur, continuo medetur. Eruum in uino coctum, & cærotatrio similiter curat contritum.

B

De RAGADIIS pedum, uel digitorum. Caput XXIX.

OMNES CREPIDInes in calcaneis pix liquida illinita percurat. Et spuma argenti, cum cerussa, & alumen sciſſum ex æquo contusum, & uino mixtum, medebitur similiter. Quibus uero pili inhærentes molestiam fecerint, ferro subtili loca ante purganda sunt, & melantherium cum locio pueri tritum apponendum. Et gutta ammoniaci cum aceto trita similiter adhibet. Et mysi, & aristolochia ex æquo contusa cum melle adhiberi debet. Hoc & rasura cucurbitæ trita faciet.

C

¶ De PARONYCHIIS. Caput XXX.

PARONYCHIAE in initijs lana ex aqua infusa imposita cu rantur, eaq; frigidiore frequentius irriganda erunt. His etiam aphita, cum aqua trita adhibenda erit. Sic & thuris masculi puluis cum melle mixtus medebitur. Sic etiam gallarum. Si saniem sane collegerit, locum pungis: ad eius uero digestionem, & lenticulam coctam cum melle contritam superimponis. Et myrti folia uiridia trita, similiter cum melle adhibentur. Sic etiam rosarum, & sic oliuæ folia similiter. Sic cadmiæ puluis aspersus curat, sic erui, sic etiam thuris masculi. Quibus uero etiam ungues quassi fuerint, folijs myrti uiridibus, uel malogranati tunsis cataplasmandi erunt. Quibus autem forte aliqua loca nigrescunt, farina tritici, cum pice folia admixta curantur. Et sulphur uiuum hoc cum porcino adipe tunsum, & commixtum præstat, ne ipsi ungues exiliant. Et lini seminis puluis. Simul etiam & * asturacus cum melle commixtus imponitur. Et cæra sola liquefacta superimposita. Sed his omnibus adhibitis, diutius perseuerandum est. Calefacti etenim perseuerantia adiutorij ungues, melius gubernantur. Scabiosos, ueluti elephantiosos si quis forte ungues habuerit, uini fæx sicca, trita, & cum cærotario imposita curat. Et ficus sicca, purgata, & tunsa, superimposita, æque medetur. Et lapathi agrestis radix in aceto cocta, & contrita, et sulphur uiuum cum sandaraca, ex æquo tritum, & aspersum, continuo curat. Interea sub his omnibus adiutorijs, ungues ipsi primo ex pice liquefacta ungi debent: quos superiori medicamento & fasciola munire & gubernare oportet.

alias * Asteratticus.

Vngues scabiosi.

D

¶ De PRVRITV, uel SCABIE totius corporis, uel uarijs maculis in corpore. Caput XXXI.

SI IVVENIBVS hoc bene habentibus obuenerit, phlobotomo prius sub gemina detractione subueniendum est. Item uentris purgationes frequenter deinde adhibendæ erunt. Cibis plane sorbilibus nutriendi sunt. Lauacris frequentibus uti conueniet, in quibus thuris masculi, sulphuris uiui, & nitri puluere aspergendi erunt. Si hoc adhibito adiutorio, aut pruritus, aut scabies pseuerauerit, lapathij agrestis radix trita, & cum aceto commixta, in balneo similiter adhibenda est. Sic linimentum cum melle commixtum. Quo linimento, frequenter etiam in sole adhibito liberati sunt. His frequenter etiam frigida lauacra profuerunt, & postea oleo roseo, uel lentiscino, aut myrtino, admixto uino, se utilius perfuderunt. Scabies uero si uulnera habuerint, mirabolanum, & sulphur uiuum, ex æquo tūsum, cærotatio ex oleo myrteo liquidiori cōmisceo, ut leui unguento eorum in balneis uulnera pertractentur. His sane calidum lauacrum aquarum dulcium pro-

Loquit de linimentis quę in calce huius Capitis descripta habetur.

curandum est, in quo supradicta linimenta adhibenda sunt. Nam & thuris masculi, et pulegij ex æquo puluis, ibidem in balneis commodissime adhibetur. Commodius, si etiam cum uino Capnitis succus, sic nitrum cum uino, sic Capnitidis succus, qui frequenter etiam cum aceto mixtus, plus profuit.

A

Capnitis est ea quæ Fumus terræ uocatur a neothericis: a ueteribus etiam Fumaria dicta.

De ELEPHANTIOSIS. Caput XXXII.

SVNT QVIBVS certis ex accidentibus, maculæ in corporibus frequentius inhæserunt. Sunt nigræ, sunt albæ, uelut elephantiasin aliquando annunciantes: quibus hoc modo medendum erit. Myrti folijs uiridibus in uncijs duabus, nitri, & aluminis singulis, contritis; in balneis fricandi erunt. Aliud. Sulphuris, nitri, & aristolochiæ puluis ex æquo contritus, in balneis adhibendus est. Sic gutta ammoniaca, trita cũ oleo, profuit. Sic fici folia cum sulphure uiuo, & cum aceto medentur. Nam & sub sole de hac confectione curãtur. Et cyminum, cum aceto tritum sæpe sic profuit: & quinque diebus superaddendo linimenta, non delauatis prioribus. Sic cymolia, nitrum, & bacca lauri cum aceto commiscentur, & similiter, ut priora, medentur. Aliud. Fenogræci puluis, aphronitri in uncijs binis, et alcyonium, & cyminium in uncijs singulis, similiter cum aceto adhibendum erit. Et ex betarum folijs coctis, & tritis, cataplasma his imponendum est. Et piper cum myrteis folijs uiridibus tritum, & sub sole in balneis adhibitum, utrasque maculas permundabit. Sæpe his perseuerantibus maculis, ad elephantiæ uitium, frequentius declinatum est, cui per tempora nunc ordinabo remedia. Per initia huius passionis, cum sanari plene uitium supplices orauerint, phlobotomandi erunt, & purgandi frequentius. Faciem uero in qua huius uitij magis horret imago, mirabolano cum aceto, & oleo roseo, uel myrteo, uel lini semente fricare conueniet. Aquis naturalibus frequenter utantur, & marini lauacri. Continentia sane uitijs his quam plurimum prodest. Cibis digestibilibus, & dulcioribus frequenter iuuantur, lactis acceptatione quam maxime, si aquæ eius accipiant quod greci ὀρρόν appellant. Nam & succus Neptæ herbæ frequentissime hoc uitium releuauit: & hæc eadem herba, par beneficium præstitit sæpe cibo data: & cõagulum νεβρόυ, id est, hinnuli, quẽ nos ceruũ lactentem dicimus, cum oxymelle ieiuno datum, uel temperatum, sępe profuit. Si ijsdem adhibitis, morbus ille adhærescens omnino fuerit publicatus, tunc neque phlobotomo, nec catharticis uti conueniet. fieri enim non potest, ut humor corruptus insaniens, quique omne corpus suo horrore funestarat; his adiutorijs purgationum adhibitis, ad interiorem originem identidem reuocatus, uenenati sanguinis, geminatis effusionibus arceat. Sed uomant frequentius, & lactis beneficio per cibos, per potiones enutri-

B

Elephantiasis cura.

C antur, & educentur. Locis uero contaminatione uulneratis, omnia ſtiptica adhibenda ſunt, quibus illa caro corrupta, & effœminata, ualeat durari, uel ſtringi. His frequenter Ciros trociſcus profuit, qui conficitur ex ſinopide, alumine ſciſso, ęrugine, & cymino ſub æqua ponderatione in aceto diſpoſitus. Omnia etiam linimenta, uel fricamenta quæ pruritui in ſuperioribus, nec non etiam ſcabiei conuenientia ſignificauimus, etiam his apta, ſeu utilia aſſeueramus. Aliqui uero etiam illis carnes uipereas miniſtrauerunt, quaternos digitos in menſura, tam in capite, quam & a cauda præcidentes, quæ oleo & ſalibus conditę profuerunt. Addis

Trociſcus Ciros.

* de græco quamplurima.

De LVXATIONIBVS. Caput XXXIII.

PER INITIA, ut moris eſt, primum auulſa reponenda * ſunt locis ſuis. Item embrocis uti neceſſe eſt, ex herbi pollinibus, uel certe cineribus, oleo, ſapone, & ouis commixtis, laniſque mollibus, infuſis ſuccis loca munienda ſunt, & pro locorum natura, faſciolis continenda, & conſtringenda. Si ſub hoc adiutorio, loca naturaliter cuſtodita quieuerint, eiſdem uſque ad perfectam ſanitatem imminendum nobis erit.
D Si uero aliqua aduerſitate, locis proprijs auulſa minime potuerint reuocari, tunc adiutorijs catholicis, doloribus creſcentibus, ſubueniendum erit: ut eſt phlobotomus, uel catharticum, et cataplaſmata paragorica. Quibus perſeuerantibus, ſi dolorum declinauerit inquietudo, fomento lauacri, cerotarijs, uel certe emplaſtris calaſticis imminendum eſt. Poſtea uero malagmatibus perſeuerandum, quibus curanda loca poſsint perpetuo ſolidari.

LIB. PRIMI Finis.

¶ OCTAVII HORATIANI in Secundum Operis sui librum ad EVPORISTVM PRAEFATIO. A

NVNC secundi Operis partes aggrediar, quibus proden-dæ, discutiendæq; rõnis delegauimus functionẽ. Quę q̃m oculis cõprehendi non poteſt, q̃d officiũ liber ſupior occupauit, idcirco paſſiones interiora poſſidentes, in hoc uolumine, aut accidentibus conuincent̃, aut prodent̃ indicijs. Studio quippe ueritatis nolui fruſtra diſputatiões ingerere, qn potius in utroq; opere, certis, deprehenſisq; morbis remedia cõſtitui, uel curis medendo facilioribus, uel tuendo matereiã uitiorꝶ. Q̃nquidẽ in Logico ope obſcuriſq; piculis, non opus eſt aſſertore, ſed iudice. Omnes acutę Febres uel ægritudines, de qbus nũc dicere cõſtitui, aliq̃n paſſiones præueniũt, aliq̃ties cõſequunt̃, quæ certa prodũt indicia, qbus morborꝶ poſſit materia cõprehendi. De chronicis uero ſecundis partibus promiſſos ſermones expediã. Hæc eſt itaq; ſub oĩm ueterũ autoritate febriũ diffinitio, qbus etiã nos aſſenſum libẽtiſſime accõmodamus. Ineſt nobis calor ignitus, qui cũ ſe in altioribus p̃cordiorꝶ locis, repẽtina aliqua neceſſitate cõmouerit, & uelut aduectus tẽpeſtate, loca aliqua naturaliter quieta turbauerit, uaporẽ acriorẽ procurat, & tũ quidem ex altitudine ſtomachi febriũ ſerit originem.

¶ CAPITA primæ partis LIB. II. De Acutis paſſionibus. B

¶ CAPITA Secundæ partis LIB. II. de paſſionib. Chronicis.

C ¶ LIBRI II. pars prima, De OXYORIS, seu acutis paſsionibus.

¶ De FEBRIBVS. Cap. I.

SIC IGITVR q̃maxime omnibus in locis, ſiue climatibus, omniq; ætate, morbis omnibus certa ex neceſſitate uel imminentibus, uel præeuntibus, hæc ſociantur. Febricitantibus itaq; generaliter omnibus, unum magnum remedium cunctorum cautum eſt autoritate, præcipue ſeruire temporibus: ut per conditionem cauſsarum ægri omnes, adiutorijs competentibus releuentur, ſimiliter etiam cibis congruis nutriantur. Conueniens profecto, in utriſque aliquando congruum, bonum tempus. Poſsunt enim in hijs officere, quæ æque utilia iudicarentur, ſi in competenti tempore ſuggerantur. Docuit enim natura omnium gubernatrix, initijs omnium exagitationum, ſub quacunq; forte cauſsarum aduenientium, quando præſentis commotionis tempeſtate, naturalis ille uapor turbatus, receſſus interiores petierit, & cum * ex materia articulos frigus uel tumor quaſſauerit, uel occupauerit, tunc nihil penitus a Medicis tentari, uel adhiberi debere. At uero imminente declinatione, tranſactis augmentis, cum paulatim uapor exaſperatus, omnia illa exteriora membra perfuderit, tunc adiutorijs potius competentibus ſeruiemus. Ergo quomodo aliquando ſub certis accidentibus manifeſta declarantur nomina paſsionum, ſic aliquando ſimplex febrium imago conſpicitur, quæ uentris ſemper conſtrictionem procuret, capitis dolorem, linguæ aſperitatem, aliquando inſomnietates, cum leuibus mentis erroribus. Hæc etenim ex eadem Febrium origine, uapore naturaliter ſuperiora appetente, præcipue capiti ſollicitata contingunt. Quæ accidentia licet etiam in cæteris paſsionibus, cum alijs ſignis plurimis miſceantur, tamen cum per ſe ſola fuerint, febribus ſociata, febrium magis ſimplicium quam figuratarum ſpeciem deſignare noſcuntur. Ergo cum ſimplicium Febrium cauſsa conſtiterit, per initia commotionum, cum adhuc articulos poſsidet frigus, manibus calidis, uel uaporibus, cætera omnia membra calefacta contineo: tunc etiam ſomnos inhibeo, nihilque aliud inhiberi permittam. Cum uero ex altitudine uapor exiliens, corpus omne calefecerit, & emergens inflammatio impatiens, uiſcera uniuerſa ſiccauerit, tunc poſt clyſteris ſimplicis beneficium, etiam enemate, quod ex ſicco lini ſeminis, & oleo roſeo, uel chamęmilo temperatur, in uncijs tribus, igneis illis ardoribus ſuccurrendum eſt.

*Alias, * exteriora articulorum.*

D

Cura.

Enema.

At uero quinta tranſacta die, & primis iam temporibus ægritudinis refrǫnatis, cum ſub quadam maturitate qualitas cauſsæ humanior apparuerit, tunc poſt augmenta commotionis præſentis, lini ſemine, & hordei pollinibus, cum aqua & oleo, ut moris eſt, præcordiorum lo-

ea iuuanda sunt: ex quo aut ignem illius commotionis temperemus; aut sudorem oportuno tempore procuremus. A

Monitum te interea uolo, ex urinarũ inspectione, supradictæ ægritudinis maturitatẽ, sic considerari debere. Aduertendũ est itaq;, ex urinis naturalibus & consuetis, quantũ in contrariã partem natura deuiauerit: ut ex hoc, quid aut præsens status, aut futurus ægritudinis exitus allaturus sit, instruaris. Est autẽ urina naturaliter, quę corporis eius qui emittit, sanitatẽ manifestat, rubra mediocriter, & subpinguis, & tactu calida, habens naturaliter nebulas, in aquã maxime appetentes. Quantitatẽ uero ex accæpto nosse conueniet. Hæc itaq; cum inspexeris, de maturitate ægritudinis bene confidẽs, adiutorijs cõpetentibus uisitabis. Superueniente igitur declinatione, tẽporales cõmotiones, etiã prioribus adiutorijs procurato. Tunc & linguæ curationi, & cæteris, quæ cibos impedire consueuerunt, seruiendũ erit. Aliquando etiam lixoperita pro cataplasmatis adhibita, q̃maxime profuerunt, quę infundere ac nutrire magis, quã infrigidare corpora ardentia uideantur. Quę conficere hoc modo consueuimus. Spuma argenti uncias tres, mellis ÷ III. succi lini seminis ÷ VIII. cęræ ÷ III. olei rosei, uel chamęmelini libras. II. conficis ut moris est, et uteris in uicem cataplasmatis, cõmotiones competenti tempore iuuaturus. His igitur adhibitis, simplices ægritudines sic uisitare consueuimus, usq; in plenam uisitationem: quo etiam lauacris adhibitis, & reparare sanitatem, & reparatam custodire possimus. Igitur postq; illius ægritudinis species, quæ solis Febribus cum proprijs accidentibus designantur, hac pagina compendiose composui, in sequenti ordine, acutas omnes passiones, proprijs nominibus, atq; etiã accidentibus designabo. Sumimus itaq; initium de Phreneticis, febrium acutarum necessitate fluctuantibus, adiungentes adiutoria competentia. B

Vrinæ iudicium.

¶ De PHRENETICIS. Caput II.

PHRENETICORVM caussam, certa accidentia manifeste designant. Sunt enim acutæ febres, cum terribili mentis alienatione, sunt iuges insomnietates, ex miningę tensione, uel indignatione uenientes. Vnde quum speciale accidens, hos tantũmodo manifestauerit, uel si floccos intensius legerint, cõmotionum temporibus, uti iam ante pręmonuimus, seruiendũ est. Docet natura, exasperatis nulla penitus adiutoria admouenda, ex his præsertim, quæ importunis temporibus q̃maxime adhibita, nocere probata sunt. Per initia itaq; huiusce passionis, lucidum ac temperatũ primo cubiculũ prouidendum est. Ciborũ obseruanda continẽtia. Et si prædicta adiutoria, quibus passio publicata est, intra tertiũ diem apparuerint euidentia: & si nulla nos aut ætatis, aut temporis ratio remoretur, phlobotomo subueniemus, licet ad detractionem sanguinis, cunctatior * non facile peccauerit. Cum enim

Cubiculum Phrenetici.

Alias * cunctator.

C ſanguinis, cõmodiſſimi elementi, copia laborantes, etiam alienis poſ- ſint iuuari remedijs, eo ſane detracto, uel amiſſo, difficile reparantur.

Venter. Ventris item ſi conſtrictũ fuerit officium, per clyſterem ſimpliciſſi- mum procurabo, mellicrato calido, oleum tantũmodo admiſcens, nihil aſperum, neq; diureticæ qualitatis adijciens. Certũ eſt enim, febricitan- tibus omnes collectiones miningæ ſociari. Vini, uel aceti penitus in his odor fugiendus eſt. *Cibus.* Cibus humectus & lenior eſt adhibendus. Aptis tẽporibus caput oleo roſeo infundendũ. Et ſi his adiutorijs contem- ptis, paſſio augmẽta perceperit, ita ut extenſioribus uigilijs, & febribus, & alienationibus adhuc moleſtiſſimis terreamur, oleum chamęmilinũ, uel anethinũ calidum, in quo papauer, uel lactucæ ſemina, uel menthæ, uel hederæ ſuccos coxeris, miſcebis, & eorũ capita frequẽtius irrigabis.

Vigiliæ. Si uero impatientius ſe luctando quaſſauerint, quod eſt omnibus ui- gilantibus accidens ſpeciale, mollibus ligaturis faſciarũ alligatos quieſce- re faciemus. Etem plus incõmodi accidere poterit ex uigilijs inquietis, q̃ ſi inter luctationes nimias intercepti, uiribus fatigent. *Vultus.* Vultus eorũ ante cibos, aqua calida, ubi agreſte papauer, aut lactucæ ſemen, & cæte- ra illa quæ ſignificamus decoxeris fomentent. *Articuli. Lingua.* Similiter etiã articuli eo- rum, lingua quoq;, ex melle, & oleo mixto roſaceo, aut certe ex ſucco li- D ni ſeminis irrigent. Febribus etenim perſeuerantibus, ægri amplius ſiccitate linguæ quatiunt. *Lectus Phrenetici.* Lectus eorũ ſuſpendendus eſt, & ad uicem geſtationis agitandus. Frequenter enim, ex illa lecti motione, ueluti & mentis oculis, & mentibus occupatis, ſomnos his dulciſſimos procura- bimus. *Media.* Media eorũ, conſideratis tẽporibus, oleo dulci calido fomen- tanda ſunt, aliquãdo mixta aqua calida pertigmatibus infundenda. Si- militer etiam inguen eorũ, huic q̃ maxime compatiens ægritudini. Fre quenter etiam ſeminum cataplaſmatibus media eorum iuuanda erunt.

Raſura capillorum. Iuuat interea multum detonſio capillorum, aut ſi raſo capite admotæ cucurbitæ, cũ ſanguinis detractione adhibeant. Ex hoc etenim adiuto- rio, quantũ ſæpe probatũ eſt, ad plenã cauſſæ perductę ſunt digeſtionẽ.

Hæc eſt amice, ſimplex Phreneticorum medicina, quæ naturę bene- ficijs, & adiutorijs ſic ordinatis, competenti tẽpore adhibitis, continet. His etenim rite cuſtoditis, facilius poteſt ægritudo uicta ſuccumbere.

¶ De LETHARGICIS. Caput III.

LETHARGICIS & Phreneticis ſimile eſt capitis aut mi- ningæ ſub extenſione uel conſtrictione periculum, utriq; acutis febribus agitantur. *Phreneticorũ, & Lethargicorum differentia.* His tamẽ accidentibus differunt: quòd Phrenetici, manentibus inſomnietatibus & alienationibus eriguntur. Lethargici uero ſub ſimili incõmoditate uigiliarũ, grauedine moleſtiſſima, & falſo ueluti ſomno, moleſtius deprimunt. Sunt hæ differentiæ, ex ſimili paſſi one ſubortæ, ita tamẽ, ut plus lethargici periclitent. Nam phrenetici am plius grauati, lethargici fiunt: Lethargici uero reuelati, in phreneticos

mutantur. Vna eſt ergo & æqualis in utriſq; cauſſa uitiorum, eadem & iam in uiſitando diligẽtia eſſe debebat. Sed phreneticis quies & patientia indicenda eſt: lethargicis uigiliæ procurandæ ſunt. Ergo lethargicis fotus capitis ſimplex adhibendus eſt, ut phreneticis: exceptis herbis illis, uel ſeminibus ſapores afferentibus, quibus media præcordiorũ ſimiliter adiuuanda ſunt. Linguę ſiccitas eodẽ modo riganda, riteq; uentris officium procurandũ. Caput quoq; ſic detractione ſanguinis releuari debebit. Vno eodemq; modo, uel tẽpore, etiam ciborũ qualitate nutriendi ſunt. Vnũ tamen pręcipue curandũ, ut ſi per ſpinæ tantũmodo admonitionẽ febres adhuc acutas perſeuerare intellexeris, frequẽtibus eos ſternutamentis releues, tunc acerbis adiutorijs ptarmicis imminere nos cõueniet, in lucido ſane & tẽperato cubiculo. Articulos uero eorũ ungo frequenter oleo ueteri, uel cucumeratio, mixto nonnunq; nitro, aut pipere, aut caſtoreo: et uncta follicitius defricabo. Et ſi frigidi adhuc fuerint, etiam ſinapi puluerẽ admiſceo. Nam & aliqui etiã ſanguiſugas fronti eorũ, uel temporibus recte adhibuerũt. Perſeueranti uero grauedine, & ſenſus occupatione demerſis, expedit accipere ad menſuram cochlearis unius cum mellicrato caſtorei puluerem. Expedit etiã apophlegmatizare ex oxymelle, & hyſſopi, aut origani, aut thymi, aut pulegij, aut rutæ decoctionibus. Et ſi adhuc iſta ueterẽ capitis depreſſiõem non deponant, etiã ſinapiſmus adhibendus erit, unguenta quoq; ex caſtoreo, & oleo ſicionio. Iam tunc etiã odores naribus admouendi ex caſtoreo, pulegio, origano, thymo, & baccis lauri. Hoc & ex cornu ceruino, & galbano fieri, cõmodum probauimus. Hęc igitur grauatis lethargicis adhibenda ſunt, ubi febrium acutarum non interuenerit neceſſitas, quæ quidem nos omnia eis quæ phreneticis accõmodari ſolent adiutoria, uel illis ſimilia adhibere compellit.

A — πτάρμικα, adiutoria uocat, quæ ſternutationẽ prouocent.

B

¶ De PLEVRETICIS. Caput IIII.

PLEVRETICORVM hæc eſt certiſſima definitio. Dolore inſuſtentabili, & perſeueranti, circa interiora lateris afficiuntur, Febribus æque acutis minime deſiſtentibus: & tuſſi moleſtiſſima compreſſi, ſputa uaria eijcient. Super quod latus iacuerint, tolerabilius aſſeuerant. Nam loci dolentis, ad ſaniores partes in tempore demigrat preſſa materia, ac tum loca ipſa languentia releuantur. Febrium itaque temporibus ſeruientes, adiutoria & cibos congruos adhibebo. Cubiculum procurabo calidum & lucidum. Ex initio mellicraton ex deſpumato melle ſuggeram, omni ægritudinis tempore miniſtrandum.

Pleureticorũ accidentia.

Interea ſi ſtatim nos augmenta terruerint, retractantes ægrotantis ætatem, temporis qualitatem, prouinciarũ naturam, intra tertium diem phlobotomo ſubuenire nos conuenit. Item uentris officium procurandum eſt, aut balanum ſupponendo, aut cliſterem ſimpliciorem.

βάλανος, glãs. Balanũ, peſſariũ, ſeu peſſũ inſtar glãdis.

Lateri uero dolenti, ex oleo ſamſucino calido fomentum adhibeo, et

C ex samsuci puluere, uel rutæ siccæ, loca affatim aspergo dolentia. Post uero succidas, aut sulphuratas calefactas lanas appono, uarijs & frequentibus cæteris uaporibus loca mitigabo: & aliquando saccellis ex cantabro: aliquando ex milio, uel salibus calefactis, aliquando oleo supradicto samsucino, uel rutaceo adiecto, uesicam uaporamus. Adhibemus etiam uentosarũ suis temporibus aptissimũ adiutorium. Perseuerantibus uero doloribus, etiam cataplasmata calastica cum melle de seminibus addo, detrahẽs semen fœnogreci. Febrientibus caput semper dolore & inflatione sollicitatur, quod expertus es. Cibos uero usque ad ægritudinis digestionem, cõmodis tẽporibus, matutinis q̃maxime, sorbiles ministrabo, & calidos. Semper eñ naturę certa ratione, uespertinæ horæ crassiores accessus, ægros animos ad tristicias quasdam adducũt, et uitia ueluti renasci cogunt, cõmotionem interea addẽtes. Eoq; facilius ægritudinem refrenabis, si per dies singulos semel tantũmodo cibos adhibeas. Sub hac igitur uisitatione, si necdum ægritudinis augmenta recesserint, diebus pluribus ex mellicrato, aut hyssopum, aut rutam uiridem decoquam, & ex hoc frequenter eos potabo. Locis uero impatienter dolentibus, etiam ἐσχάρας ustionis impono. Ita etenim frequenter ad peripulemoniacorum non permittetur æger uicina peruenire pericula.

ἐσχάρα.

D Dolentes uero latus sine febribus, & cæteris accidentibus pleureticorum remotis, quos iam non pleureticos, sed latus dolentes proprie appellabo, ex subiectis alia diligentia uisitamus. Piper, uel cyminũ, uel castoreum, aut rutam siccam terentes, mellicratoq; miscentes, potui dabimus. Oxyporia adhibenda erunt. Item acopo calido, cõmixto opobalsamo, aut glaucino, aut laurino, latus ipsum est perungẽdum, & fricandũ. Quibus adhibitis, si necdum dolor quieuerit, super illam decoctionẽ quam superius ordinauimus, fraxini radicem, aut capparis admiscebo. Dabo interea etiam antidota apta frequenter pleureticis, superaddens samsuci puluerem, ijsdem semper adiutorium cõmodissimũ. Nam & emplastra, uel malagmata, his sæpissime profuerunt, ex rutæ foliorũ uiridium contritorũ, cum axungia, et cętera q̃plurima, quæ sibi quisq; in tempore caussæ probatæ utilia esse cognouerit.

Contra dolorem laterũ.

De PERIPLEVMONIACIS. Cap. V.

PERIPLEVMONIACOS hæc accidentia manifestant. Febres acutæ, thoracis pondus, quod etiam laterũ sollicitet uicinitatem. Iacere supini non facile patiuntur, sed magis sedendo releuantur. Facies attestantur infectas ueluti quodam rubore genas. Anhelitũ tardum, & suspiriũ patiuntur. Tussiunt frequenter, sputa sanguinea & sordida digerunt, pulmonis periculũ designantia. His primo lucidũ, & calidum, utpote calasticũ cubiculum prouidendũ est. His febriũ temporibus seruiens, adiutoria, et cibos moderatius administrabo. E succis ptisanæ, aut alicæ, mellis quippiam despumati habẽtibus, mellicraton

Peripleumaticorum accidentia.

faciendum est: ficuti etiam in Pleureticis ordinatum est: cui concoqui debet ruta uiridis, hyssopus, uel origanum, aut Iris Illyrica, quæ quàm maxime perseueranti tussiculæ mederi consueuit. Si uero digestio sputorum tarda, & difficilis fuerit, uel si pectora eorum uiscosa quadam pinguedine percludantur, ad mensuram cochlearis, ieiunos recentis butyri frequenter accæptione iuuamus. Ventris officium assidue procurabo. Thoraci eorum, hoc est, pectori, adiutoria omnia Pleureticorum adhibeo, tam in fomentis, quàm in cataplasmatibus, cæterisque uaporibus constituta. Cærotaria quoque ex oleo cyprino, habentia sinapi puluerem, adhibenda sunt: quibus ad exteriorem cutim, pulmonis laborantis, caussa interior prouocetur. Nam & uentosæ impositæ par beneficium etiam mitigando præstiterunt. In declinatione uero huiusmodi ægritudinis, emplastris, & malagmatibus amycticis pro tempore aptis uti nos conueniet, nec non & humanioribus lauacris, cæterisque, quibus ex tanta ægritudine, reparare membra lassiora, & roborare possimus. A

¶ De SYNANCHICIS. Caput VI.

DVPLEX Synanchicorum species. Vna quæ cum tumore nimio, uel indignatione gutturis, & uuæ, & faucium, & uicinarum partium efficitur. Altera sine tumore, ijsdem tamē inhærentibus signis, uel accidentibus: quæ plus periculi facere consueuerunt. Meatus utrisque in transglutiendo difficilis fiet, & de conclusione eorū locorum, uel suspirio, uel etiam nauseando periclitantur. Hi hoc modo curandi erunt, Cubiculum maius, & calidum procurandum est. Clysteris ardore officium uentris cogemus. Et si ætas eorū adhuc calidior fuerit, phlobotomo liberantur ex uenis sub lingua apparentibus, eo sane tempore, quo necessitas coëgerit detractionis. Vbi enim febrium timor defuerit, etiam post tertiam diem sanguinis detractio non negatur. Gargarismatis uero has caussas faucium, frequentissime tali modo nouimus releuari. Mellicrato, in quo aut cantabrum coquendum est, aut ficus siccæ, aut gallæ quassatæ, aut rosa sicca, aut lenticula, aut omphacium, aliqua ex his, aut certe omnia, ut superius contexímus, concoquenda erunt. Nam Andronici trociscus omnibus merito approbatus, si cum passo, aut careno teratur, & molli penna his locis adhibeatur, satis iuuat. Sic etiam de flore rosarum, & alumine scisso, & de phrygio lapide simul combusto, confectus puluis, similiter temperatus, commodius adhibetur: & cætera medicamenta: ut anthera, & his similia, anteriorum compositione probata. Interea saccellis, uel fomentis, cataplasmatibusque calasticis, & paragoricis, locis faucium periclitantibus, & pectoris uicinis partibus imminebo. Cibis uero temporibus competentibus humidis, calidis, & tenuioribus nutriendi sunt. Acutæ etenim ægritudines, utilius gubernari non poterunt.

Synanchia duplex.

B

Synanchicorū accidentia.

Cura.

Andronici Trociscus.

C

De APOPLECTICIS. Cap. VII.

Apoplectici, unde dicti.

APOPLECTICI appellati sunt, eo quod ueluti ictu quodam repentino percutiantur: uel quod frigidissimi cum totius corporis desperatione, & grauedine iaceant, sine sensu etiã. Hæc quidem passio acuta est, et nunquam penitus sociata cum chronicis, nimiũ sollicita, sine febribus tamen. De his igitur Hippocrates noster, huius professionis autor, sic sua sententia iudicauit. Apoplecticos, inquit, grauiter occupatos, nullo penitus pacto curari posse: leuiores attamen, licet difficile liberari. Huic etiam ego obediens, hoc sic suadeo obseruari: ut eos quos sine sensu penitus iacentes inspexeris, & nimium frigidos, anhelantesque, tantummodo plena sub desperatione agere pronuncies.

Hippocrates in Aphoris.

Cura.

Quos uero leuiores, ut dixi, & aliqua parte sensum proprium continentes, sono narium respirare conspexeris, penna prolixiore interiora faucium attingendo, si fieri potest, cibos, aut flegmata per uomitum reijcere compelles. Sternutamentis acrioribus. eorum capita commouenda sunt. Vnguentis, uel fricamentis, acrioribus, & calidis, omnes eorum articulos, mixto nitro, & pipere, infundere suadeo. Extremitatem uero intestini, taurino felle tangendam, aut puluere staphisagriæ, quam syluaticam uuam appellant. Balanos supponimus acres, & thermanticos. Consueuerunt enim his adiutorijs coacti, σκύβαλα, uel urinas, uel phlegmata frequenter extrudere. Cognoscentibus uero, & respondentibus, intrepide phlobotomum adhibeo. Si tamen nimium senes non fuerint, succis eos ptisanæ, uel alicæ, cum oxymelle gubernabo. Aquam calidam potui dabo. Cum uero transacto periculo præsenti, ad paralisin, ut frequenter contingit, caussa fuerit deriuata, suo tempore, quum de paralisi tractaturi sumus, etiam eorum ordinabo remedia.

D

σκύβαλα, stercora sunt.

De HYDROPHOBICIS. Cap. VIII.

HYDROPHOBICORVM caussam, aliqui ex morsu canis rabiosi, aliqui ex serpentium uenire asseuerant. Sed has origines sollicite nos scrutari superfluũ est. occupatos etenim hoc morbo molesto, nil iuuat originem didicisse. Igitur cum initia huius manifesta fuerint passionis, emergit primo ueluti quædam irrationabilis animi respiratio, repentina, & frequentes iracundiæ. Item pigrescunt ad omnia, insomnietates, uel certe somnos terribiles patiuntur. His & stomachi grauedo, cum corruptela ciborum emergit, lauacrorum inconsueta uitatio. Aerem serenum, ueluti plumosum perhorrescunt. Vitare etiam bibendi consuetudinẽ tentant. At uero, cum passio eos plena possederit, quantũ in desyderanda potione hic accesserit desyderij, tantũ timoris in accipiendo generatur. Ad hęc phlobotomo prius occurrendum est, si nos nulla prohibuerint cætera præiudicia, ut superius dictũ est, quando necessitas cõegerit temporis. Vbi enim febriũ timor defue-

Accidentia Hydrophobici.

Cura.

A

rit, etiam poſt tertiũ diem detractio ſanguinis nõ negatur. Item dabo gentianæ radicis puluerem, in mellicrato coclear unũ: diatheriacon dabo, cõagulum leporis tritũ, ſimiliter cum mellicrato. Dabo etiã canum catulorum cõagulum. Dabo etiã cancrorum fluuiatiliũ puluerem combuſtorum. Vulnera autẽ eorum a plena ſanatione, ut poſſumus differemus, admouendo medicamenta quæ debent mitti, & ſordida eadem uulnera faciam permanere. Admoueo interea etiã ſanguiſugas, admoueo cauſtica. Patentium enim locorum uenenati humores minime poterunt prohibere digeſtionem. Pectus eorum, uel ſtomachum, ſemiſnũ chalaſticis cataplaſmatibus adiuuabo. Iuuabo etiã cærotario, ex aloe & maſtiche, & nardino oleo temperato. Caput eorũ oleo anethino, uel chamæmilino tepido infundo. Vomitibus & clyſteribus releuãdi erũt. Stomacho uentoſas impono frequenter cucurbitas, & unguẽtis ex ſami ſuco herba, uel abſinthio confectis, præcordia perfricabo. Cogo interea & ſuadeo per interualla, ut ad balneas accedant, & ſolo fomento calido eos poſſe iuuari aſſeuerabo. Procurabo cibos cũ ſaporiferis ſpeciebus: ſed ſi in tempore non deerit, etiam ſagapenum, aut laſer admiſceo.

De ILIACIS, COLICIS, & STROPHICIS. Caput IX.

ILIACORVM, Colicorum, & Strophicorũ ſimilis eſt omnibus doloris moleſtia, diuerſis attamen accidentibus ſeparantur. Strophus eſt leuis uentris tantũmodo dolor: & leui adiutorio aut uaporum, aut uentris expoſitione, aut lauacrorũ fomentatione cõpeſcitur. Colicorũ uero inteſtini unius querela grauiſſima eſt, & frequenter lege chronica, ſtatutis & præfinitis ueluti temporibus cõmouentur: ut iam temporis magis moleſtiam, quam uitæ periculum reformident. Iliacorũ autem paſſio, de qua nunc nobis tractatus interponitur, acuta eſt, & ſub augusto tempore periculoſa. Primo, quod uentoſus illis eſt ſtomachus, uentoſitate tenduntur: ueſicæ, inguinum, coxarum, & omniũ uicinarum partium doloribus opprimuntur. Scybalorũ interclusione nimia colligantur, uſqueadeo, ut etiam clyſtere acri adhibito, non fimum, ſed uentoſitatem ſolam inutilem egerere uideantur. Saliuarũ frequenti profluuio perſeueranti, coguntur in nauſeam: ut non ſolum phlegmata, uel humores, ſed etiam horribili uiſu ſtercora cogantur egerere. Ad hæc igitur accidentia quantis poſſumus adiutorijs hoc ordine ſuccurrendum eſt.

B

Strophus.

Colica paſsio.

Iliaca paſsio.

Vaporibus frequentibus, & cataplaſmatibus de cymini puluere, & ſinapis ſemine temperatis immineo: iniectionibus quoque ex ſupradictarum ſpecierum decoctione confectis: admiſcens ſuccos fœnogræci, quibus ruta uiridis concoquenda erit. Item etiam ex oleo roſeo, mixtis anſerinis adipibus, aut caſtorei puluere, cum oleo uetuſtiſsimo. Vtilius ſi ex laurino, uel glaucino temperentur. Vtimur uentoſis, cucurbitis ignotioribus, uiolentius euellendis. Et ſi adhuc doloris moleſtia perſe-

Curã.

C uerauerit, phlobotomum adhibeo, perſeuerando tamen fricationibus, uel ſabanis calidis. Scybalorum uero egerendorum cauſſa primo eos chalaſtico clyſtere compello. Qui ſi cõtenti fuerint, in ſecundis acrioribus imminebo, colocynthidas decoquens cum ſucco betarum, & ſimilibus cæteris, aſpere prouocantibus. Si uero ex ſumptione potionis uenenoſæ perceptæ, hoc euenire cognoueris, theriacã cum uino dare conueniet. Ventrẽ prouocabis ex lacte decocto, quod ſchiſton aliqui uocauere, in quo coqui facies, uel diſſolui, aut aloe, aut ſcammoneam. Addis etiam adiutoria de græco euporiſton compendioſa.

Lac σχίστον eſt, quod coagulatũ poſtq̃ ſerũ inde abſtrahitur.

De SPASMIS. Caput X.

Spaſmus.

SPASMVS appellatus eſt ex tenſione, uel protractione neruorum, & uicinorum muſculorum, ceruicis q̃maxime impatienti dolori compatientis, ut etiam ad reſpondendum os facile aperire non poſſint. Nam ſub hoc titulo Spaſmi, uariæ ſunt huius paſſionis figuræ.

Spaſmus per omne corpus extenſionẽ rigidam, temporalem quidem habet: ſub qua ita tenduntur, ut ſub uno ſchemate iacentes, tenſione moleſta, & inflexibili teneantũ. Quos uero pronos contractio habet, Emproſtothonicos dicimus: quos aũt ad poſteriora reclinatos, Opiſtothonicos appellamus. Hęc accidentia, corporibus frequenter ſine febribus euenire cõſueuerũt. Quod ſi febres Spaſmis ſuperuenerint, cauſſam ſoluunt. Spaſmi autẽ ſuperuenientes febribus, uitæ ſemper periculũ mi-

ἐμπροσθοτονικοί. ὀπισθοτονικοί.

D nitantur. Sed hæ ſupradictæ diſcretiones, una eademq; medicinæ diligentia uiſitantur. Primis diebus cõmodius phlebotomo ſuaui utendum eſt: ſi tamen poſtea etiã omnia adiutoria competentia minime prætermittas. Fricamentis, uel unctionibus omnia loca diligentius mitiganda ſunt, uino & oleo tẽperatis, cubiculo calido et lucido procurato. Neruis uero tenſis, & flexibilibus, fomenta uel ſola ex oleo cauſtico, & calidiſſimo tẽperabo. Cucurbitas, cum detractiõe ſanguinis, cõpetenti tempore adhibeo, uentrẽ procurabo ex clyſtere ſimpliciore. Cibis cũgruis, digeſtibilibus nutrio: ut ſunt oua * tomatula, buccellæ candidæ, in aqua calida maceratæ. Frequenter etiã mellicrato infuſæ, inferendę erũt. Et ſi adiutorijs ſupradictis releuati, etiã oris cœperint impedimento carere, maluas & minutos piſciculos anethino iuſculo diſcoctos, plena iam cõfidentia ſubminiſtrabo. Frequenter etiã cum * emplaſmate ex hydromelle temperato, lactis his copia neganda non erit. Omnibus uero tenſionibus, poſt fomenta chalaſtica, ex oleo ſicionio unctiõem adhibeo, & cepa calidiore, & cataplaſmate chalaſtico loca diutius mitigabo. Poſt clyſterem uero chalaſticum, expoſitis ſcybalis, enemate uti nos cõuenit, ex oleo rutaceo, commixto caſtoreo. Conueniet etiam locis ipſis, de ſalibus calidis adhibere ſacellos. Nam & carbonibus proxime calentibus, lectos & ſtramina calidiora procurabis. Cærotaria, uel acopa, ex oleo cyprino his frequenter adhibenda ſunt. Et adipes leonum galbano

Cura.

Alias, * Hapala. Sunt aũt Hapala oua recẽtia, quorũ cortex nondum iuduruit.

Alias, * anomelle.

cõmixti, par beneficium procurant. Dabo etiam interea potiones huiusmodi. Castorei puluerem cum mellicrato, aliquoties his piper intermiscens. Silphium cum pipere, & mellicrato similiter. Dabo etiam diureticas potiones. Dabo somniferas. Curabo etiam per aquarum naturaliter calidarum beneficia. Nam post declinationem ægritudinis, natura hijs uentris beneficia procurare consueuit. A

¶ De SATIRIASI, uel impedimento usus Venerei. Cap. XI.

SATIRIASIS, Gonorrheæ, uel Priapismi, similis est sub immoderata patratione molestia, quæ his accidentibus disterminantur.

Gonorrhea sine ueretri extensione, uel usus desyderio, spermatis affluentissima sub effusione, corpora debilitat, & per chronica tempora producitur. Satiriasis uero ex certa corporis incõmoditate, quę etiam mulieribus aliquando contingit, desyderiũ insatiabile, & tensionem particulæ, cum assidua patratione auidissimã facit: & licet sine febribus, attamen inter acutas, & temporales ægritudines numeratur. Hanc passionem Priapismon aliqui appellauerunt. Sic itaque curandi erunt, qui de utriusque cognomentis ægrotant. Frequentatione palestrę, per initia omne eorum corpus exerceo. Post identidem penitus quiescẽdum est. Vapores stipticos, ubi iam sub tegmine, uel munimine totius corporis bene fuerint dispositi, supponimus, uaporem calefactum ex acacia, uel hippoquistide, uel cicutæ herbæ succo, contrito, & resoluto. Tunc ipsis partibus superaddimus fricationem unam sabanorum paulo asperiorum. Cibos stipticos omneis cum aceto ministrabo, uitans calidos, & qui inflationem poterunt concitare corporibus. Hi etenim frequenter usum erigere uenereum consueuerũt. Sic etiam potus subministrandus erit. Sed tamen omnia hæc mediocriter, & rarius exhibenda sunt, ut ex hoc ueluti famem, uel sitim procurare possimus. Si uero passionis huius molestia diutius perseuerauerit, ut tensio & desyderium impatientissime protendantur, laminam plumbi, renibus & partibus uicinis appono. Nam & uentosis cucurbitis assiduis, eadem loca fatiganda sunt. Dropaces quoque imponendi erunt. Ab omnibus carnosis cibis, & multum nutrientibus abstinendi sunt. Ab odoribus bonis, uel thymiamatibus. Ab aspectu, uel cõmunione pulchrarum penitus figurarum, ut neq; tangendi, neq; uisendi eis copia præbeatur. Quibus uero, aut ætatis uergentis defectio, aut morbus locis residens, ueluti iam frigentibus, usus uenerei officium pernegarint, his contrarijs adiutorijs famulabor. Conuenit exercitio uti mediocri, fricationibus ꝙ maxime locorum inferiorum, & inguinum, ex pipere, uel euforbio, uel similibus speciebus, quæ erigendo uigorem, desyderium, uel usum ualeant ministrare uenereum. Etiam horum dropaces adhibeo renibus, uel inguinibus, & ex eodẽ balanos. Cibis calidioribus utar, inflantibus, uel erigen-

Gonorrhea. Satiriasis. Priapismus. B Pro Frigidis.

C tibus membra frigẽtia. ut eſt uinum boni odoris, uel * hydromel, alica, amylum, pinei nuclei, porri, erucæ, bulbi etiam, & ſimilia, quæ per potiones accæpta, uirile ſemper officium reparauerunt. Et piper, ſatyrion, & ſtinchus, & erui ſemina, & cætera adiutoria, par beneficiũ miniſtrantia, quę in libro Phyſicorum cõmodius diſponimus. Interea eos quieſcere cõuenit, non ſolũ noctis ſpacijs, uerumetiã diei: uti plumis, & mollioribus opertorijs, uel ſtranietis cõuenit. Interea puellarum ſpecioſarꝫ, uel puerorꝫ ſimiliter ſeruitium procurandũ eſt. Vti ſane lectionibus animũ ad delicias pertrahentibus. ut ſunt Amphipolyti, Philippi, & Herodiani, aut certe Syrij, Ambulij, uel cęteris ſuauiter amatorias fabulas deſcribentibus.

Alias, œnomelite.

Infra lib. 4.

¶ De CARDIACIS, qui etiam diaphoretici. Caput XII.

LICET quamplurimorũ ſententiæ ita definierint, ſicuti hæc eadem profeſſio nominis atteſtatur, cordis initio hanc ægritudinem fieri, hijs ego tamẽ non facile accõmodabo ſenſum. Nuncꝗ etenim claruit indiciũ manifeſtum, quo tentari in aliquo naturã cordis intelligerem. Eſt autẽ totius corporis, et uirium plena reſolutio, quam καρδιακὴν διαφόρησιν appellamus. Hanc ſudor uiſcoſus & frigidus perſeuerans, interemptis uiribus manifeſtat, præeuntibus attamen acutis febribus, & flammarũ interiorum ardoribus. Quem morbum aliqui Cauſon appellauerunt.

Cardiaca.

D Hæc igitur paſſio frequentius iuuenibus, ꝗ cæteris ætatibus euenire conſueuit, in augmento ægritudinis, hoc eſt, circa diem ſextum, & ꝗ maxime eo tempore, quo æſtas calidior incanduerit. Licet ergo in omnibus generaliter malarũ ægritudinum neceſſitatibus, ualde promouerit, ſi gubernantibus temporibus ſeruiamus, attamẽ magna ui, & periculo interpoſito, dum ſudoris illius emerſerit iniquitas, cum uirium defectu, & ex eo præſens uitæ periculũ, tunc confuſis & prætermiſſis temporum rationibus, adiutorijs competentibus imminemus: & nunc cubiculum frigidum, nunc lectum ſtramentis ueteribus lineis diſpoſitum, nunc flabella, nunc quocꝫ pannos nardo & uino infuſos, pręcordijs eorum ordine imponimus. Cataplaſmata quocꝫ frigida, & ſtiptica imponenda ſunt eorum pręcordijs, ſtrichnon, aut aizoon, aut rubus, aut thebaicus dactylus, aut caduca mali granati, uel œnanthes grana. Certiſſimum eſt etenim, ſingularũ ſpecierum merita, quemcꝫ medicũ bene cognoſcentem, uel etiã temperamenta, ſiue cõmixtionem adiutoriorũ facile poſſe deſponere. Faciem ergo eorũ ex puſca frigida, uel nino ſtiptico fomentabo. Pulueribus aſpergo membra ſudantia, menthæ, uel roſarum folijs, ſiccis, contuſis, & cribellatis, gypſi, naxi, mannæ thuris, gallarum, ſingulis tunſis, & cõmixtis, cũ uino ſtiptico, uel eius fecibus: ſimul mixtis odoribus bonis, uel thymiamatibus, uires labentes, & mẽbra deſidentia reparabo. Articulos eorũ oleo cucumeratio, uel nimis uetuſto,

mixto puluere nitri, uel piperis, pyretri, uel adarces, uel urticę feminibus defricabo, uel infundo: quo calorem ingenitum emorientẽ, reparare aliquatenus ualeamus. Nutriã succis modicis, sed frequẽtioribus, frigidis tamẽ, quibus sudoris feralis abundãtia uires emorientes exuscitem. Nutrio potãdo, ut potero: nutrio similiter per clysterẽ, aut alicę, aut ptisanæ succis, ut supra dixi, in qbus ungulas porcorꝝ, usq; in plenã earꝝ decoctionẽ concoqui suadeo. Aquã frigidã per interualla similiter subministrabo: & si ætatis adhuc uapor calidior cõegerit, niuatas non aspernabor. A

¶ De CHOLERA. Caput XIII.

CHOLERA passio molesta, sub angusto tempore sollicita, omnibus acutis ægritudinibus uelocior. Nam hæc sub uno die desperata, ut frequenter experti sumus, uitæ terminũ fecit, dum subitanei uomitus, uentris quoq; imminere effusiones, sub dolore nimio præcordiorũ, uel totius corporis, interiorem omnẽ fæpe substantiã effuderunt. Est etiã hoc simile in Diarrhia periculũ. Sed eo distat, quod diarrhiaci sola uentris molestia, et sub longo tractu temporũ, aliquoties fatigantur. Cholera uero ex utrisq; effusionibus sæpe, & sub angusto tempore homines pernecauit. Ergo cũ interiora prçcordiorũ, humorum minaciũ prius occupauerit conglobatio, ut ecthlipses, uel angustias, nimias quoq; dolores efficiat, tunc nos aquã calidam in tempore porrigimus, & per uomitus procurabimus digestionẽ. At cum per uias expulsionis eorũ, impetus torrens & repentinus eruperit, ita ut ex utrisq; terribilis effundat, sic, si possumus præsens periculũ remouemus. Oleo calido omne eorũ corpus infundimus, articulos fasciolis astringimus: neruos omnes, & loca contrahentia, lanis infusis eodẽ oleo calidissimis munimus. Vtimur quoq; etiã cærotario, & nardino oleo, & cyprino, et glaucino, aut irino temperato. Si uero intercæptis uiribus, plena fuerit desperatio, odores, uel thymiamata his propter reparationem adhibebimus. Cibos dabimus competentes, succos lentis cum aceto, oua hapala, uuam fabriciam, buccellas mero infusas, ungulas porcorum, uel iuscellum gallinarũ, concoques strichnum, uel aizoon, aut rubum. Dabo potũ frigidum, dabo niuatã, columbos matri subductos. His etiam perdices eodẽ modo cõuenit ministrare. Cataplasmata uero omnia adhibenda sunt, quæ diaphoreticis ordinata sunt. Febribus uero interpositis, consyderatis temporibus seruiendum est. Intensius tamen effusionum sollicitudini militabo. In quibus sæpe etiam sanguinis superuenientis effusio, uitæ periculum procurauit.

Cholerica passio.

Diarrhia a Cholera differt.

Cura.

ἐκθλίψις defectio est spiritus, alias συνκόπις uocata.

B

¶ LIBRI II. Pars Secunda. De passionibus Chronicis.

OMISSIS ACVTIS passionibus, quæ certa lege ægritudinum propriarum, febribus aliquando sociantur, eisque iam partim publicatis, ad Chronicas descendemus, quibus aliquando

C febres superuenientes, sub longo tractu passionum, ueluti temporales commotiones assimulant. Etiam in ipsis ordinem dispositum custodientes, initium de capitis querelis accidentibus ordiemur.

¶ De querelis CAPITIS. Caput. I.

Dolor Capitis ex uapore malo.

QVERELAE CAPITIS, uarijs frequẽter accidentibus superueniũt. Aliquando de uapore, uel de frigore, uel cęteris rationibus accidere uidẽt. Igitur quãdo de uapore dolor insederit capiti, tunc accidens ille dolor, cũ uapore quodam, et uenarꝫ inflatione cõcutitur. Tunc oculi sanguinei, tunc etiã insomnietates nimię procurãt. His gremialis olei infusio adhibenda erit. Quæ si forte dolorẽ non compescuerit, oleũ roseum adhibemus. Cuius si copia defuerit, gremialis supradicti quatuor partibus, rosea uua erit aceto miscenda. Si uero maior uis uaporis, frigidiora exegerit adiutoria, superaddimus auxilio aut polygonij succũ, aut arnoglossæ, aut portulacæ, aut uuarũ immaturarum. Quiescere aũt debebunt locis frigidis, quorꝫ pauimẽtis spargenda erũt folia uiridia, aut rubi, aut hederæ, quæ graueolentia non sint, & competenter infrigidare sufficiant.

Ex frigore.

Si uero de frigore caput fuerit inquietatum, tunc grauedo quædam cum turbore uenarũ, & interceptione contingit, tunc effusio lachrymarũ, tunc falsi somni graues existũt. Hos anethino oleo, uel rutaceo calido cõueniet fomẽtari. Et si superaddi aliquid

D adiutorio debere caloris aduerteris, aut agrestis cucumeris radix, aut euforbiũ, uel certe castoreum superaddendũ est. Nam & laurinũ oleum, uel irinum, uel glaucinũ similiter adhibendũ est.

ἀναθυμίασις.

Quando aũt ab exhalatione inferiorũ, quam ἀναθυμίασιν appellamus, caput fuerit sollicitatũ, tunc ille dolor per interualla subcutiens, cũ saltu quodam uenarũ, caput sollicitat: tunc ꝗ̃maxime uertigines, tunc oculorũ obscuritates emergũt, querelis attamen aliquibus pulsantibus etiã pręcordiorꝫ loca. His ergo primo uentris solutio procuranda est, & cubiculi tẽperies prouidenda, & ad releuationẽ eius post cibos uomitus procurandus, sternutamenta frequẽtia: si tamen nullũ febrium indiciũ interuenerit. Caput uero oleo dulci calido adiuuandũ est, cui aceti quippiam cõmisceri debet: unde superuolantis ad superiora uaporis inquietudo, aliquatenus reprimitur. Somni arcendi sunt, diurni ꝗ̃maxime: & ciborũ prohibenda præsumptio.

Ex indigestione.

Frequenter hęc uitia indigestionis caussa emergente cõtingunt. Nam & doloris tunc uehemẽtia, atq; subita uocis interclusione periclitanť. Quibus hoc pacto subueniemus, si eo tẽpore uomẽtibus, post continuo eorũ auribus oleum myrtinũ, uel anethinũ, uel nardinũ infundatur. Capiti etiã, ex his fomẽta calidiora adhibeanť.

Ex uini inmoderata repletione.

Si uero ex uini potione caput fuerit dolore pulsatũ, quod ex natura huic frequẽter euenire cõsueuit, ea cõueniet adhibere, q̃ his adhibenť, q̃bus ex anathymiasi ca-

put fuerit inquietatum. Olei etiam roſei fomentũ eſt applicandum. His lauacra ſerotina permittenda ſunt, ſomni uel quieſcendi patientia procuranda. Tunc cibi competentes, ut ptiſanæ ſuccus, & oua recentia, panes ex aqua calida, caules decocti, aquæ calidæ potio, & lactucarum beneficium frigidarum. His etiam adiutorijs adhibitis, uaporis ad caput aſcendentis deprimi importunitas conſueuit. Sed quoniã his cauſſis, aquæ calidæ potionem diximus poſſe beneficium miniſtrare, frequentius intẽdendum eſt, ne ex ea reſolutio ſtomachi procuretur. Quæ ſi euenerit, tunc apiorum, uel citoniorum decoctioni uinum eſt immittendum, quod ſtomachum ualeat reparare. Omni modo, omnes uitandi ſunt dactyli. ſpecialiter etenim ex natura ſua contrariantur, quæcũqꝫ ex ſuauibus fuerint confectæ potiones. Tunc ad lauacrum calidum protinus feſtinandum eſt, in quibus ore aquam calidam, in cellis calidioribus ſuſtinentes, uaporem omnem tranſigant lauacrorum. Si ad ciborum ergo continentiam, frequentiamque lauacrorum, & cætera ſupradicta adiutoria minus fuerint releuati, olei tunc roſei ulterius adiutorium euitandum eſt, atqꝫ chamæmilini, uel anethini beneficium eſt apponendum. Si uero cauſſis ueluti incertis, caput doluerit, fronti linimenta hæc ſuperadhiberi ſuadeo, omnibus ſupioribus obſeruatis. Cornu ceruinum cum oleo roſeo fronti contritum adhibetur. Nam & lapathij folia uiridia, cum gallarum puluere trita, ex aqua, ſimiliter illita iuuabunt. Sic Iris Illyricæ puluis, cum aceto illitus præſtat. Et ellebori albi puluis, mixtus cærotario olei roſei, & fronti impoſitus, & acaciæ puluis mixtus, ſimiliter catarroſis medetur. Item etiam hemigranicis hæc ſunt adiutoria adhibenda. Sinapi tritum, & urticæ ſemen excoctum cum aceto, frequentiſſime profuerunt. Et decoctio pyretri, cuius uapor naribus ſi hauriatur, continuo medetur. Et fumigia eodem modo hos iuuare cognouimus, ſi melanthum cum fimo bouis, uel aſini, carbonibus impoſitum, naribus hauriatur.

A

Cautela.

Dactylos uocare uidet̃ unus dulcior es. ſic enim apud Dioſcor. aliquando uocantur uuæ.

Ex cauſſis incertis.

B

Contra Hemigraniam.

Nam & unguenta hæc, ut experti ſumus, capitis dolorem ſedant. Oniſcos, quos porcelliones appellamus, ſi in oleo decoqui facias, & ex eo tepido caput infundas. Sic periſterion herba oleo infuſa, medetur. Et ſi ſtoracem oleo reſoluas tepido, & ex eo caput infundas, multum iuuabit. Sunt & cætera adiutoria πολυπλεκα, quæ multarum ſpecierum congregatione compacta ſunt: ut trociſci diuerſi, emplaſtra, uel antidota, uel cætera, quæ ex uarijs ſimplicibus componuntur: ſed hæc magis facilia adiutoria adhiberi ſuadeo, quæ ſufficere arbitror cauſſis ſupradictis capitis & querelis. In διαλείμματι uero, hoc eſt, eo interuallo temporis, quo cauſſæ uel paſſiones chronicæ publicantur, dum quieſcente dolore cauſſa latet, dum commotionibus ueluti tranſactis, æger ſollicitus alias iterum reuerſuras attonitus formidat, tunc his catholicis adiutorijs imminendum eſt, quibus ſecundũ naturam, ſanita-

Experimenta Autoris.

Vbi dolor quieſcit, & cauſſa latet.

C tem reformando, futuras confidit cõmotiones minime nocituras. Ergo omnibus querelis, uel cauſſis capitis, indifferenter hoc temporis interuallo, uno eodemq; modo, hoc eſt, cura & diligẽtia miniſtranda. Omnibus modis eſt indicenda uini continẽtia, quę ſupradictis omnibus querelis capitis prodeſt. Lactis æque, ſimiliter dactylorum omniũ. Multomagis uentris purgatio frequentiſſima procuranda eſt. Fricatio totius corporis. Quammaxime emplaſtrum capitis longa doloris ualetudine laborãtis. In dialemmate ficus pingues in uino infundes unc. VI. laſaris drachmam. I. ſagapeni. I. ſtoracis. II. galbani. II. omnia trita ſic commiſces, & uteris pro cataplaſmate, præcalefacto capite poſt raſuram nouaculæ, inferioribus partibus femorum, uel ſurarum, æque exercitio calefactis, ut ex ſuperioribus cauſſam omnẽ deuocare ualeamus. Apophlegmatiſmos quibus caput purgandum erit, cõuenit adhibere. Conuenit de naribus, uel ex fronte ſanguinis eos detractione releuari. Nam & poſt raſuram capitis, cucurbitas cum ſcarificatione ſępe adhibuimus. Conuenit & emplaſtrum infraſcriptum. Et frequentius etiam ſanguiſugas applicari conueniet. At ego in hoc ordine curæ, etiam cicli beneficia non aſpernabor, omnia pene uetuſta uitia percurantes: ſi tamẽ recto or-

D dine peragatur, ut ieiunia in tempore uomitus, ex radicibus ſalſis, aliquando percęptio παροπτίσιος, dropacæ, ſynapiſmi, ſecundum uſum & autoritatem ueterum adhibeantur omnibus. Attamen proprijs temporibus cuſtoditis, ciborũ quoq; qualitatibus & ponderibus moderatis, utilia tamen eſſe cenſeo etiã aquarum calidarũ naturaliũ beneficia. Peracto igitur ciclo, aliqui hyeram adhibuerunt, quã alij piciam appellauerunt. aliqui ἀρτηριοτομίαν, aliqui etiam cauteriam. Ex his omnibus adhibitis, conſtat ſupradictarum cauſſarum ſanitatem fuiſſe plenam capiti reformatam, ne uariarum curarum, uel beneficiorum merita confunderentur.

Sed quoniam aliquando aut ægrotantium impatientia, aut imperitia medicorum, aut certe dum cauſſarum magnitudini, adiutoria non ſufficiunt competentia, minime percurantur, & ex eo ad ἐπιληψίαν capitis uitia deuoluuntur, his etiam quibus nunc poſſumus remedia uel adiutoria componimus.

¶ De EPILEPTICIS. Caput II.

VARIIS nominibus hæc paſſio pro ſua magnitudine nuncupata eſt. Nam cum ſit ſola capitis cauſſa Epilepſis, ideo ſic appellatur, quod ſtatũ ſenſus penitus alienet, et quod mens a propria ſede exterminata, grauius attentetur. Vnde antiquiores ſub cuiuſdam religionis imagine Sacram paſſionẽ nũcupauerunt. Hos ante cõmotioem aliquãdo certa ſigna præueniũt: aliquoties caſus occupat repẽtinus. Quos ergo in hac paſſione uiolẽtius exagitari cognouimus, hij cõmotionibus imminẽtibus nunc ſua mẽbra grauari pręſentiũt, nunc crebris oſcitationibus reſoluunt, & ad oẽs motus pigriores fiunt. Tunc etiã oculos terri

Epilepſio.

Sacra paſſio.

Accidentia Epilepſiæ.

biles habere incipiunt. Tunc ſtridor proſequitur dentiũ, cum præcordiorum tenſione: diſtenti uel contorti cadeſcunt citius, atq; colliduntur. Tunc omniũ muſculorum uel neruorũ ſpaſmis, & ſaltibus confringuntur: & uocis articulatæ quadam confuſione, ſonos magis & ululatus excludũt ore & naribus, & ſacrabiliter ſpumãt, & ueluti dormientes, cum ſonitu pectoris grauius comprimuntur. Deſiſtentibus uero cõmotionibus, præteritorum omniũ immemores fiunt. His licet difficile ſuccurri poſſit, tamen pro cauſſæ magnitudine, & pro ipſius profeſſionis compatientia, adiutoria quæ competentia didicimus, aut exercuimus, non negabuntur. In initijs ergo huiuſce paſsionis, frequenter eos uomere compellam: ſternutamentis etiam prouocatis, eorum capita commouebo, uentrem acri clyſtere procuro: frequenter adhibeo phlobotomũ, ſemper huius cauſſæ competens adiutorium. Temporibus uero commotionum, ora ſpumantia uili ſpongia detergo: membra ſollicite contineb o, ſpaſmis cõmota uel ſaltibus, quæ frequenter in ipſis commotionibus contorquẽtur: & lanis infuſis oleo ſicionio calido, fouebo correcta. Pennas admoueo nitro & oleo infuſas, ex quibus faciles uomitus procurabo. Poterunt etenim ex hoc, aut cibos, aut pinguia flegmata digerentes, uelocius releuari. Exactis tribus diebus his, eſt in principio ieiunium indicendum. Succis tantummodo nutriendi ſunt. Aquam fontanam calidam bibent, in hydromelle, uel apiata, ſi fuerit, non negetur. In hac enim ſollicitudine, uini penitus præſumptio inhibenda eſt. A Cura.

Quieſcentibus itaq; cõmotionibus, ciborum humanior ordinatio, ſimplex attamen & digeſtibilis ordinanda erit. Iam fricari, uel exerceri debebunt. Curſus tamen uehemens penitus inhibendus. Solis calidioris, & balnearum calidarum uapor arcendus eſt. Cucurbitarũ beneficia cum ſanguinis detractiõe capiti adhibenda ordinamus. Ordinabo dropaces, ordinabo etiã ſynapiſmũ, & omne ciclicum adhibendũ eſſe ſuadeo: ſed locis imponendæ ſunt uſtiones: arteriotomię faciendæ, quibus forte, ſi poſſimus, funeſtæ huius paſſionis perſeuerantiã remoueamus. Huius etenim cauſſæ magnitudini, maiora ſunt & frequentia adiutoria prouidenda. Nam quamplurimi ſapientiores, etiam Phyſicorum, adiutoria prouidere, in quibus (ut etiam noſtro libello Phyſicorum comprehendimus) magna, & ueluti religioſa remedia procurauere. B

¶ De SCOTOMATICIS Caput III.

SCOTOMATICORVM, & Epilepticorum pene ſimilis eſt in ijſdem caſibus ſollicitudo: ſimili enim mentis confuſione alienantur. Quantitate cauſſæ, & magnitudine accidentium ſolũ terminantur. Iuuenibus hæc q̃maxime, & ocioſis euenire conſueuerũt. Contingit etiam quibuſdam, qui hemorrhoidarum ſolennes euitauerunt digeſtiones. Hijs licet cura epilepticorum ſola ſufficiat, attamen hoc ordine uiſitandi ſunt. Cum ergo cõmoueri cœperint, manibus cõtinebo, Cura.

C auribus eorum inclamabo, eaſdem fortius defricabo, capillos euello ex temporibus, odores naribus admouebo. Ex pulegio tunſo, uel origano, aut ſynapi cum aceto cõmixto, procurabo ſternutamenta. Cibos in tempore cõpetenti leuiores dabo, & ad cætera quæ Epilepticis adhibenda erunt. Vnũ ſupaddo, q̃d hos frequenter hellebori accęptio liberauit.

De MAENOMENIS. Caput IIII.

Iuſignia Męnomenicorũ.

SVNT certa inſignia quæ μαινομένους produnt. Primo, ut cum ſit ſine febribus, caput ſibi grauiter dolore aſſeuerent: ſonos aurium ſuarum expaueſcant. Cum autem cõmoueri cœperint, aliquando cum hylaritate cõmouentur: aliquoties iraſcunt.

Cura.

Hos ſollicite cuſtodire conuenier, & eis phlobotomos adhibere. Item poſt totius corporis uarias purgationes, fomentandum eſt caput eorum oleo nardino: & ordinandum eſt, ut frequentius uomant. Ex cibis leuioribus, & aqua calida nutriantur. Ab alienationibus uero eorum quæ cum riſu fuerint, terroribus coercendi erunt. Furorem uero mollioribus blandimentis lenire conueniet. Interea eos ligaturis cõmmodius cuſtodiemus. Cubiculum eis in inferioribus procurandum eſt: ne per cõmotiones pręcipitentur. Caput eis poſt fomenta olei nardini, uel chamęmilini, radendũ eſt. Item etiam ſcarificandum. Conuenit interea etiam ſanguiſugas admouere.

D Tranſactis uero cõmotionibus, etiam quietis paſſionis temporibus, hordei ſcicli ecori ordinandi ſunt, ut ex eo magnum beneficium conſequantur. Et ſi poſt hæc adiutoria, cauſſæ uel cõmotiones adhuc in ſuo ſtatu permanſerint, in illo nil aſperius attentetur, ſed quæ ſunt prius adhibita, identidem repetantur. Sin uero plura augmenta cauſſæ concreuerint, inciſio uenarum in capite, & uſtio celebranda eſt. Danda hyera, dandum helleborum, & cætera quæ Epilepticorũ curis ordinata ſunt. Hanc curam etiam in ἐνθουσιακοῖς adhibere debemus.

* Viderit hic lector.

De MELANCHOLICIS. Caput V.

Melancholicorum ſigna.

ACCIDENTIA Melancholicorũ manifeſta ſunt. In principio huius cauſſæ, ſalutis ſuæ deſperatione, primo proponentes mortis deſyderium, freq̃ter coguntur in lachrymas: & deſerta loca potius appetentes, hominũ incipiunt uitare conſortia. Aliquando rurſus ſuam ſententiam redamnantes, uitæ ſolatio delectantur. Circa præcordia uero, de aſsidua inflatione queruntur: & cum ſudore totius corporis importuno, frigidos articulos ſæpiſsime patiuntur. Priuari ſe ob hoc etiam uiribus naturalibus aſſeuerant. Indigeſtione frequenti ſtomachi fatigantur: ructus ſuos uarios, & inſuaues perhorreſcunt. Calor illis intrinſecus fiet, & interiorum uiſcerum doloribus frequentius attentantur.

Cura.

Vnde omnem curam q̃maxime ſtomacho delegabo, fomentis, uel cataplaſmatibus calaſticis imminendo. Ventris officium prius inoffenſe procurabo, quo facilius etiam catharticis depurgentur. Pa-

lestra, uel gestationibus solidius exerceant. Vini ueteris, et bene olentis, accipiendi copiã præbemus. Cibos aptos stomacho, maturiores, & largiores cõuenit ministrare. Declinantibus uero doloribus, absynthij pontici decoctione iuuãdi sunt. Et aloes iubeo puluerẽ ieiunos in maio unius coclearis in mellicrato accipere. Similiter etiã hyeram quã picram ueteres appellant. Si his adhibitis caussa diminuta non fuerit, phlebotomum sub gemina detractione adhibeo. Vomitus eis cum radicibus frequẽtius procurabo. Etiã inter cibos helleborũ aliquãdo dabo. μισανθρώποις uero, & adhuc hoĩm fugientibus societatẽ, longas indico peregrinationes, & aut marina, aut naturalia lauacra calidiora exhibebo frequẽtius. A

De PARALITICIS. Caput VI.

PARALITICI multis ex caussis fiũt. Etenim aut ex se hæc passio nascitur, aut præcedentibus ægritudinibus comparatur. Quæ grauior & difficilior fuerit, ea in præfatis corporibus consequit̃.

Igitur si Paralisin passus fuerit, caput prius ẽst detondẽdum. Dehinc oleo sicionio fomentandũ, præcedentibus interea fricationibus calentium sabanorũ. His cucurbitę uentosæ sunt imponendæ, & apophlegmatis cõpetentibus medendi frequẽtius. Sternutamẽta assidue procuranda sunt ex odoribus acrioribus, quibus facilius possit pressa altitudo cerebri suscitari. Nam & allia naribus eorũ supponenda sunt, ex uiuo sulphure, uel lasere, uel castoreo temperata. Κοινοσπάσμος præterea, cui ex uicinitatis molestia linguæ, uel uocis officium frequenter intercipitur, proprijs curis corrigendus erit specialiter: gargarismatis hyssopi, thymi, synapi, cum oxymelite: salsioribus nutriendi sunt, & chatarticis assidue releuandi. Si sub hac sane diligentia parũ medicina profecerit, uenam eis sub lingua secabo: nec non etiã tardas confusasq; eorum locutiones, sub disposita prouocatione compello, timorem incutiendo uel ignis, uel serpentum, ut correctiorẽ uocem tandẽ cogantur expromere. Caput eorum liquido cærotario frequenter infundo, ex castoreo, peucedano, & oleo laurino, uel irino temperato. Potionẽ temperatam ieiuno dabo ex castorei puluere ad mensurã coclearis unius cum mellicrato. Dabo hyeram ex more: dabo theriacam tempore competẽti. Si autẽ ex frigoris caussa Paralisis obuenerit, ut lepra aliquando corpus attentatur, fricatione calida, cubili tepefacto, & acopis bene olentibus imminebo. Conficio e ruta uiridi, uel marrubio, aut artemisia oleum non solũ ad ungendum, uerumetiã & lanarum infusionẽ, quibus membra post curam semper calidis munienda sunt. Cucurbitas interea locis pinguioribus admouebo: aquis chalasticis fomentabo, pulegio, nepita, iri Illyrica, hybisco, uel seminum decoctionibus. Acopa uero adhibeo ex pice, oleo laurino, resinaque, pipere, uel euforbio & adarce coniectura medici temperata. Exercitijs competentibus membra recolligo. Frequenter hyeram his dare cõuenit. Quibus uero sensuum partes attentatæ perierunt, hijs

Curã.

B

Κοινοσπάσμος, id est, cõmunis; siue uniuersalis spasmus. Ego tñ legere malim κυνοσπάσμος, id est, caninus spasmus, morbi genus, subinde ab Hippocrate & Galeno memoratum.

Paralisis ex frigore.

C hyemis tempore senili ætate laborantibus, unguenta hæc adhibenda erunt. Ex scylla, euforbio, tapsia, pyretro, adarce, & oleo glaucino.

Si loca emarcuerunt, diu hoc morbo uexata, cucurbitas, dropaces, lauacra, & cætera adiutoria similia, post cibos adhibebo quàm maxime.

Significo præterea aliquando Paralisin per solutionẽ obuenire membrorum: aliquoties per contractionem. Et quomodo hæc accidentia sibi inuicem contraria, sic non una diligentia uisitanda sunt: eorum itaque nunc curas determinabo. Collecta ergo membra, & ex caussæ ui, repentina contractiõe diminuta, omnibus chalasticis adiutorijs resoluenda sunt, mollibus manuum fricationibus, & unguentis ex diuersis adipibus, & medullis, quæ possint loca contracta relaxare. Vtor fomentis similiter aquarum chalasticarum, ex seminũ decoctionibus, & altheæ radicibus. Indico interea, solam aquam calidam esse bibendam. Sane concedendum est, aut apiatum, aut hydromelite. Resoluta uero membra omnibus stipticis adiutorijs, & frigidioribus colligenda sunt, siccis fricationibus, unguentis quoque mordentibus, ex oleo cyprino, uel calce uiua, euforbio, castoreo, adarce, & similibus cæteris temperatis. Nam & ligna iacentia, subinde eos suadebo transcendere debere. Sane si pes ex hac resolutione dimissus, usum penitus denegauerit, laminam plumbi prius unciarũ trium, articulis eius pedis admouebo, in tertium diem uncias singulas superaddẽs. Hoc diebus. xl. seruabo: ut illam ponderationem, quæ eo tempore creuerit, usu nouerint sustinere. Post uero, simili modo quæ superaddita fuere plumbi, detracturus sum: quo pes, qui cum colligaretur, pondera sustinebat, eadem subductiõe releuetur. Interea quotidie horis matutinis lamina detracta, unguentis, & cæteris adiutorijs imminebo. Hoc uitium plærumque etiam in oculis euenisse uidimus. Nam Phthisis & Medriasis certissima Paralisis oculorum est. Quæ Phthisis ex contractione uel diminutiõe pupillæ contingit: ex resolutione uero uel dissolutione pupillæ Medriasis, quã medici platocoriasin appellauerunt. Diuersis ergo eorum accidentibus, diuersæ curæ disponendæ erunt: ut altera fomentis, & inunctionibus stipticis, & constringentibus colligatur: altera chalasticis omnibus & nutrientibus relaxetur. Sed de utrisque difficilior est Medriasis. Etenim generaliter in omnibus caussis, facilius restricta resoluimus, quàm resoluta constringamus. De aquis uero naturalibus certissimum est, quomodo dulcia semper & calida lauacra, corpora relaxarunt. natura uero salsa uel bituminea, uel sulphurea, relaxata corpora collegerunt.

Paralisis ex contractione membrorũ. (margin)

Ex resolutione membrorum. (margin)

D (margin)

Phthisis. *Medriasis.* (margin)

De CATARRO. Caput. VII.

OMNIS κατάῤῥος sollicite uisitandus est: cui origo & principium de capite nascitur. Deriuatio etenim ex eo defluens per uarias arterias, continuo quæ attigerit loca perfundit, & sic perseuerantia neglecta debilitat. Nam sub tribus differentijs ex hoc caussæ fiunt.

Fit in naribus, cui nomen eſt Coriza. Fit in faucibus, quod dicitur Bronchos. Fit in thorace, qui ſi diu permanſerit, & pulmones inuſſerit, Phthiſin penitus inſanabilem facit. Præterea cũ ad inferiora ſe præceps demerſerit, ſecum trahens ui & pondere materiam uitiorũ, læſis frequenter præcordiorum uitalibus locis, aquas paſſionis tranſitu infigit, & tandem deſperata pedum loca occupat, difficile remouendus. Sed primum quũ omne corpus inquietat, et ueluti quoddam pondus cum dolore, omnes particulas corporis ſine febribus apprehendit, deſcenſu eiuſdem reumatis e capite, ſimiliter etiam antea, quàm maxime ſollicitabo: cui cum cæteris uicinis & proximis membris, hanc diligentiam interim ordinamus: in ſequenti etiam ſpecialem, pulſatis, uel occupatis partibus deſignabo. Omne igitur corpus calidis & ſiccantibus unctionibus perungimus, cubiculo munito & calefacto. Operimentis inſuper lanarum mollium infuſarum, caput morborum omniũ cauſſam, calido oleo cyprino, uel laurino, ſiue glaucino frequentius curo. Conueniet interim per initia reumatizanti diurnam quietem interdici. Conueniet ſimiliter etiam potionis detractio, ſub qua ſitis procurata multum profuit. Sed magis obeſt ſalſus cibus: ſiccans autem ſub utriuſque coactione ebrietas protinus arceatur. Ventrem præ omnibus purgandum moneo. Sane cum his adiutorijs humanius cauſſa profecerit, unguẽtis tunc ſupradictis, cum tali fricatione imminebo. Vt paleſtræ exercitio iuuetur quàm maxime opus eſt, ut inferiora fortius defricentur. Euocatus etenim de ſuperioribus reumatiſmus, ſollicite ſuperiora loca, quę cum periculo attentare poterat, derelinquit: & ſic ciuili medicinæ iam beneficio, ægritudini repugnamus. Vnguenta ſupradicta cum opobalſamo temperata dabo: potionem uini, & mellis ex ęquo, ubi rutam uiridem coxi, dabo. Ibi etiam pyretrum dõ: ibi piperis puluerem aſpergam. Interea cum nares occupauerit, admotis odoribus ex melanthio, mitigabo, & itidem frequenter cum unctionibus ſuperioribus ungendi ſunt.

A — κορίζα. βρόγχος. φθίσις. — Podagra. — Cura Catarri uniuerſalis. — B — Cura Corizæ.

Si fauces inquietauerit, gargariſmatis ſtipticis imminebo, quæ in primo Phænomeno ordinata tranſegimus, perſeuerantibus ſane adiutorijs, capiti totoque corpori unguentis ſuperioribus. Si thoracem occupauerit, loci naturam, uel uicini pulmonis intuens ſollicitius uiſitabo, inſtans & cęteris ſupradictis unguentis confectis cum opobalſamo: quo de altitudine ad thoracis ſuperficiem reuocare poſſimus reumatiſmũ. Si tuſſicula ſuperuenerit, quæ mala uicinitate, quaſi quadam contagione ſollicitat: habita conſydratione, ſi humor ille in thorace diu reſideat, deponendus eſt: perſeuerantibus attamen prioribus adiutorijs, ſuperaddo, plantas eorũ pice liquida tangi debere, & fricari unguentis ſupradictis eam partem pectoris: admotis proxime carbonibus, quo plus aut euocare in ſuperficiem, aut loco ſiccare reumata ualeamus. Interea licet etiam contritionis moleſtia ſæpe præualeat, ita ut phlegmata diffi-

Bronchi. φαινόμενος Autoris liber. Catarri pectoris.

C cilius egerantur, quorum digeſtio tuſſientes releuare conſueuit, his ἐκλεί-
γματα, uel potiones dari faciam, ex origano, thymo, ruta uiridi cum melli-
crato, aut melle deſpumato confectas, & pinguium ficorum decoctio-
nem cum oxymelle. Et ſi identidem, humoribus multum ſolutis, flu-
xus ſputorum inquietudine, & uigilias procurabit, tunc ad eorum cõa-
gulationem, uel digeſtionem, ſuccum ptiſanæ, uel alicæ dabo, aut len-
tem cum melle coctam. Dabo omnes pultes cum pipere. Dabo ſalſa-
menta quæ uolet. Dabo in nocte antidota, piper & myrrham, ſtora-
cem, galbanum, apium, cum melle attico temperata: quæ & cõagula-
re ualeant phlegmata, & ſomnos inuitent: quæque ſui natura & ſoluta
conſtringant, & beneficio præſtanti, tuſsire minus faciant dormientes.
Igitur quum diu pertinax reumatiſmus, adiutorijs medicinæ deſiſtenti-
bus, quod aut locorum, aut ſubſtantiæ, aut certe medicorum inopia con
tingere ſolet, pulmonibus uſtionem fixerit, phthiſin incurabilem fa-
cit. Huic nunc pro cauſſæ magnitudine, uel præiudicio temporis, curam
ut poſſumus, & diligentiam ordinamus.

¶ De PHTHISICIS. Caput VIII.

D PHTHISICVS & apoplecticus una ſub ſorte, uel conditio-
ne medicinæ diſperat, quod & ueterum ſententia ſic fuit diffini-
tũ. Vnde per initia eos ut poſſumus medicinę remedio iuuamus. Chro
nicos uero plena ſub deſperatione, non iam ut medicorum medelis, ſed
magis amicorum ſolatio uiſitamus. Ergo per initia, ſpe, ſub qua futuros
nos omnes labores impẽdimus, hoc ordine phthiſicos curabo. Febri
um ergo frequenter his, & neceſſitate accidẽtium tempora conſiderans,
cibos & adiutoria miniſtrabo. Conſueuerũt etenim ſub quodam ueluti
typico charactere, ueſpertinis magis febribus commoueri, ut aliquando
cotidie, aliquoties circa diem tertiũ moueantur. Cibos itaq; ſorbiles da-
bo: et ſi uiriũ alia nos cura conſtrinxerit, concedo etiã ſolidiores pultes,
quas uolent, agnorũ cerebra, uel hedorꝝ, ungues caprarũ ſiue porcorũ,
uel ſuccũ ubi ſupradicta decoxerint: aut certe apozima, ex ſalibus, oleo,
& anetho, & aqua, ubi eædẽ ungulæ ſupradictę maduerint. Dabo capo
Piſces aſpratiles. num maiorũ teſtes: dabo columbos matri ſubtractos: dabo piſces aſpra
tiles: dabo conchilla in ἐμβάμματι, ex aneſo, libiſtico, pipere, & ſimilibus cæ
teris, melle, & aceto commixtis. Deſiſtentibus aliquando iam febri-
bus, etiam ſalſamẽta miniſtro: tunc totius corporis exercitamẽtis, ut pri
us in paleſtra, pro uiriũ conſyderatione uti cõueniet: q̃ maxime autẽ ca-
pitis, gutturis, uel thoracis adiutorijs immineo: ſicubi, natura conſenti-
ente, corpus om̃e iam reumatiſmo plene poſſeſſum, aliquatenus ualeam
deſiccare. Dabo antidota ex pipere: dabo theriacam cũ mellicrato: dabo
diapraſſion: adhibeo epithimata ſimili ſub uirtute operantia, quæ cale-
faciendo loca deſiccare contendant. Caueant uerni & autũni tempeſta-
tes: caueant æſtus & frigora. Et ſi ſub ſumma deſperatiõe iam eos ob-

felerit naturæ fragilitas, ἰσχάρα, & cauteria partibus thoracis infigo: ſi forte patefactis uulnerum meatibus, eorum digeſtionibus releuentur. A

ἰσχάρα eſt inſtrumentum uſtionis: alias etiã cauterium dicitur.

¶ De SANGVINIS effuſione interiorum. Caput IX.

SANGVINIS effuſio, licet pro locorum qualitate aliquando ſalubris exiſtat, attamẽ generaliter omnes, cum horrenda & terribili inſpectiõe uiſitantur. Fit itaqꝫ locis diuerſis ſanguinẽ emittentibus ſub trina uulneratiõe cauſſatio. Fit primo crepatio. Fit deinde putredo. Fit ex utriſqꝫ ſuperioribus, eiuſdem loci uel ueng patulum orificiũ incurabile. Locorum itaqꝫ emittentium nomina, curis interpoſitis deſignabo.

Varia ſanguinis emiſſum.

Cum ergo ex miningæ partibus ſanguis eruperit, qui uapore quodam, cum ſaltu uenarũ, cum ſudore, & dolore totius capitis publicatur, hoc pacto conſtringendus, uel cohibendus. Thuris, uel mannæ thuris, aut naxi, aut amyli, aut puluere terræ lemniæ aſpergendus eſt: aut cum aceto mixto illiniendus. Huic fotus ex oleo roſeo infrigidato adhibendus eſt, aut de ſuccis herbarum, & ſpecialiter ſtipticarum: ut eſt arnogloſſa, & nigra portulaca, rubus, roſa ſicca, uel cætera. Cibi uero calefacientes miningam prohibendi ſunt. Cum de oculis hemorrogia emerſerit: aqua frigida, uel puſca defricandi erunt: conſequẽter uero moris pinguibus inungendi ſunt, & cæteris quæ in ſubiectis uenis crepantibus adhibuimus. Cũ de auribus ſanguis eruperit, aqua his, uel puſca frigida infundenda erit, & cætera quæ oculis facienda eſſe ordinauimus. Cum de naribus eruperit, Phẹnomenus libellus ſuperior, omnem earum curam edocebit, & inſtructionem. Cum de faucibus, uel gutture, uel de palato eruperit, ſuccis frigidis, uel ſtipticis inſiſtemus.

Miningæ fluxus.

Contra hemorrogiam oculorum.

Aurium. B

Narium.

Faucium.

Gutturis.

Palati.

Cum de uua, puſca primo frigida imminendum erit. Quæ ſi minime ualuerit prohibere, uirgulã auri, uel argẽti igne calefactam, loco ſanguinanti ſuppono: ut ex hoc cautere protinus compeſcatur. Cum uero de ſtomacho obuenerit, dabo ad maſticandũ glycirrhizæ ſurculum, dabo ſymphyti radicem, dabo gummi, dabo dragantum: dabo puſcam frigidam, ubi naxi puluerẽ aſpergo: dabo ſimiliter amylũ tritum, dabo rhaponticum, dabo etiã cum ſuccis herbarũ ſtipticarum, quas ſuperius memorauimus, cibos ſtipticos, aut ex oriza, aut ex lente, uel ſuccis eorum, in quibus illa ſtiptica coquenda erunt. Dabo interea mala citonia: dabo pira, corna, ſorbaqꝫ, et caſtaneas, uel horũ decoctiones. His etiam diacodion conuenit in nocte accipere. Nam & eclegmatia ſtiptica conueniunt: ut eſt aut diatheon, aut diaſtheacon, aut certe barbara, quæ de bitumine iudaico conficitur. Cum de thorace emerſerit, quod ſollicite uiſitandum eſt, Primum phlebotomus adhibendus, & cibi ordinandi ſunt. Eorum uero articulos, uel extrema femorum, faſciculis competenter aſtringo: ſpongiam uero puſca frigida infuſam, thoracis partibus adhuc calentibus ſuperimpono. Imminebo huic adiutorio, diebus con-

Vuæ.

Stomachi.

Pectoris.

C tinuis quãdoq; frequẽtius ĩmutando. Poſt uero emplaſtris uti nos conueniet, ſuperius ordinatis de ſtomacho accidentibus: quibus cõmodius lanas ſuccidas ſuperimponimus, oleum quoq; myrteum, uel lentiſcinũ mixtũ cum aceto. Si his adhibitis ſanguinis adhuc perſeuerauerit inſolentia, detracto aceto, uinum eſt cõmiſcendum. Accidentibus uero febribus, ſi etiam tuſſicula cœperit inquietare, cataplaſmandi ſunt de ſubiectis: ut ſunt dactyli, ſorba, roſa ſicca, flos maligranati, acacia, hippocyſtis, alumẽ. Omnia hæc ſimul, aut quę inueniri potuerint, in ſuccis roris ſyriaci coquunt̃. Horis uero quibus ſanguinẽ detraho, ex decoctiõibus ſupradictarũ ſpecierum, aut immaturarũ uuarum, aut uitiũ acerbarũ, aut polygonij, aut caſtanearũ ingero potiones. Cum aũt de pulmonibus hoc emerſerit, quod ualde periculoſum eſt, ſub gemina, uel trina ſanguinis detractione, phlebotomũ adhibere cõueniet. Et his omnibus imminebo, quæ de thoracis partibus eminẽtibus ordinata ſunt, tam in cibis, q̃ in cæteris adiutorijs. Hos interea cum aliquid proficere cognouerimus, unctionibus quibus membra inania nutriantur, mediocriter perungimus. Cum de partibus ſane muliebribus ſanguis eruperit, his in inguina inijci quid expediat, libelli ſequentis lectione diſpoſui.

Pulmonis.

Vnum interea hoc generaliter edico, omnibus ex locis interioribus, ex quibus ſanguis poterit eructare, per initia cuncta adiutoria, uel præcepta frigida, quæ conſtringere, & glutinare poterunt, adhibenda eſſe: in ſequenti uero, cum humanior præuentus cauſſarum arriſerit, calidis & nutrientibus imminendum eſt.

D

¶ De EMPYICIS. Caput X.

ἐμπυίκοι.

EMPYICI frequenter fiunt, uulnere in interioribus, uel apoſtemate præpediti. Quibus cum febres ſuperuenerint, temporibus conſyderatis, & adiutoria, & cibi parciores ſunt ordinandi. Tunc cum maxime hora eos accipiendi coẽgerit, cataplaſmandi ſunt. Interea ex hyſſopi puluere, uel abrotani, mixtis ſeminibus, in decoctione pinguium caricarũ. Dabo frequenter mellicratũ ſimplex. Dabo etiã in quo pulegium, aut hyſſopum, aut thymũ, aut rutam uiridẽ, aut marrubium decoctũ fuerit. Aſpergo ſane in mellicrato, ad uulnera interiora purganda puluerẽ Irios Illyricæ: & eclegmate utor, q̃d ex lini ſemine frixo, cum nucleis, & melle deſpumato conficit̃. Hippocrates uero, nucleos cũ galbano, & melle attico, in his ſimilibus cauſſis, ad depurganda uulnera dari præcepit. Similiter etiam terebinthinã mundam, in menſura unius coclearis, ieiunis q̃maxime, & uiribus iam reparatis, atq; his adiutorijs releuatis. Etiã hyeram dari cõueniet. Iam tum etiã exercitia, & fricationes, ad reparanda corpora adhibenda ſunt, quibus reliquiæ cauſſarum poſſint mundari facilius. Hos etiam aëris mutatio multum iuuat. Cibos uero, ſiue pultes frequentius accipiant, quibus piper admiſcendum eſt. Hoc etiam in cæteris dari conuenit. Nam & antidota quæ forte de ex=

A

perimentis empyicis danda sunt, mixto pipere conficiuntur.

¶ De SYNTEXI, uel Atrophia. Caput XI.

MVLTIS præcedẽtibus caussis, nascitur Syntexis, uel Atrophia. Fit ex uentris solutione prolixa. Fit ex febribus similiter chronicis. Fit ex ustione thoracis. Fit ex capite reumatizante frequẽter: quę licet difficile, attamen curari potest. Fit etiã per sanguinis emissionẽ, pulmonibus uulneratis, in quibus frequenter phthisis illa insanabilis generatur. Aliqui uero iactantiores habiti, ueluti suam peritiã uel diligentiã diffamantes, συντάκτικους curauerunt, quos phthisicos mentiebant. Nam & præter sanguinis emissionem hi syntectici, uel ἀτρόφοι, ex proprijs accidentibus fiunt, quos tussicula exagitat perseuerãs. Hos indeficiens sollicitat sudor, hos certe macies, & tenuitas corporis, circa dies singulos uires simul eliminando consumit. Quibus curã maiorem impendo, in illorum reparandis uiribus. Sic ut illis uinũ leue, & albũ, balneæ, deambulatio, uel gestatio, unctio, uel fricatio, cibi aneleptici mediocriter administrentur. Frequẽter enim mẽbris & uiribus separatis, phthisis imminẽs, uel hæc eadẽ perseuerans ægritudo, depulsa est. Iuuanť locorũ, uel aëris mutationibus: & his utilius longas peregrinationes indicimus. Dropaces, & cætera quæ ciclo consueta sunt adhiberi, partibus præcordiorũ, & capitis uiribus separatis adhibeo. Aquis naturalibus uti plus cõueniet. Et si aliquod adhuc ex superioribus accidentibus perseuerauerit, syntoma superiorum ægritudinum remedijs adiuuabo.

Syntexis uariæ caussæ.

B

¶ De ASTHMATICIS, uel Suspiriosis. Caput XII.

ASTHMATICIS, uel Suspiriosis querela pulmonũ est. Pingui etenim & frigido phlegmate pulmonibus adhærente, cauernæ, uel meatus, qbus naturaliter spiritus reddiť & accipitur, concluduntť: & ex hoc impedimẽto, suspiriũ, uel anhelitus molestissimus nasciť, ut sedẽdo magis q̃ iacendo respirẽt. Hyeme senibus q̃maxime hoc uitiũ familiare est. Cõtingit aliquãdo etiã medijs ætatibus, adhuc calidis: q̃s phlebotomo liberari necesse est. Attamen si etiã & a phlebotomo certa rõne prohibemur, tunc ieiunijs frequẽtibus, in uicem detractionis sanguinis uti cõueniet. Proderit etiã potandi continẽtia: proderunt cibi cum oxymelle, & pipere tẽperati. Dabo interea hyssopi, aut orizæ, aut rutæ, aut absynthij, aut Irios Illyricę, aut caulis decoctionẽ, ex mellicrato calidam. Item conficio ex his etiã eclegmata cõmoda suspiriosis. Conuenit etiam guttã ammoniaci dari, tritam cũ mellicrato, uel oxymelle. Abrotani puluis similiter datur, & castorei puluis cõmodius operať. Et illa decoctio, in qua fœnogrecũ cum uua enucleata, & rutã uiridẽ coquimus, frequenter danda erit. Sunt etiam trocisci magna approbatione diffamati, & cõficiunť sic. Anesum, sulphur uiuũ, guttam ammoniacã, castoreum, & melanthiũ, ex æquo omnia tunsa, cum aqua miscenť, & fiunt trocisci: q̃s

Cura.

C postea tritos cum oxymelle dare cõueniet. Cubiculum his calidum, in superioribus procurandum est. relaxandis enim corporibus semper sunt inferiora contraria. Lectus accersendus est, & pectus eorum calidis unguentis, & uaporibus defricandum. Cucurbitas continuo cum detractione sanguinis admouebo. Proderunt per interualla amyctica: etiam dropaces adhibiti proderunt. Sinapismus proderit. Asthmaticos iuuat peregrinatio longior: iuuat uomitus radicis cum oxymelle acceptæ. Conuenit exercitium: proderit currere cum uestibus laneis q; maxime, si hoc in procliuitate procuret. Vtatur emplastris circa pectus amycticis, confectis ex nitro, pipere, abrotano, & castoreo, & cyprino uel laurino cærotario. Ex quibus supradictis etiam potiones & unguenta conficio. Conuenit acetum scylliticum sorbere in nocte. Ex eodem confectum oxymel, potui dare plus conuenit.

¶ De EPATICIS. Cap. XIII.

EPATIS indignãtis, molesta querimonia est. Cuius ad curam adiutoria magis etiã stiptica cõueniunt. Sæpe enim nõnulli methodici, calidis tantũmodo, uel chalasticis adiutorijs imminentes, ipsam epatis substantiã dissoluerunt. Oportet itaq; in fomẽtis, uel cataplasmatibus, cerotarijs et emplastris aliqua stiptica chalasticis admiscere. ueluti œnanthinũ, nardinũ oleum, uel melinũ, mala citonia cocta, uel thebaicos dactylos, & cætera similia. Fit interea hoc cærotariũ competens cerebrismis. Nardini olei uncia. I. mastiches persicæ ÷ I. aloes, semiuncia. I. Hoc epaticis non modo cõuenit, sed stomachi etiã solutione laborantibus: ita ut aliquando & uentris solutione, & uomitu, & frequẽti nausea cõmoueantur. Quibus si hæc adhuc perseuerent, admisceo cærotario supradicto aut licium indicũ, aut œnanthinon facio in singulis semuncijs admisceri. Articuli eorum tunc fasciolis constringendi sunt, & stomachus aphitis cum uino cataplasmandus. Si illa indignatio epatis ex constrictione magis obuenerit, ut cum tensione, uel cum duricia loci, dolor nimius partes inquietet, qui & iugulo, & omni parti dexteræ molestiam ferat, febres acutas commoueat, uentris quoque procuret constrictionem, digestionis licet ex leuibus cibis non exhibeat officium naturale, interea ructus frequentes insuaues habeant, cum uirium fatigatione, pallore quoq; corporis deformentur: hos primo conuenit iuuari phlebotomo. Item oleo, ubi ruta, schæneanthon, papauer, lini semen coctum fuerit, calido fomentari. Cataplasmandi sunt tempore competenti commotionis de hordei pollinibus, ubi diuretica aliqua commixta fuerint: ut asarum, ut petroselinum, aut pulegium, aut daucus, aut feniculi semen, & cætera similia in mellicrato, in quo hybiscus, uel ficus pingues prius coqui debent.

Methodicorum errorem taxat.

D

Epaticorum constrictorũ accidentia.

Cura.

Vtimur centaurea post cataplasma, ex oleo samsucino, habente quippiam salis, uel nitri, uel nasturcij, aut sinapis: semper attamen samsu-

ci necessarij omnibus epaticis fuere. Vti tunc côueniet etiam diaquilon chalastico, cui adipes cômiscendi sunt: aut certe diaspermaton. Declinantibus uero accidentibus, tunc etiã malagmate imminebo tali. Guttæ ammoniacæ libra. I. nigellæ ÷ III. orobi ÷ I. myrti semuncia. I. cæræ libra. I. olei cyprini siue irini ÷ VIII. aceti quod sufficiat: in quo gutta ammoniaci & soluenda est, & terenda etiam. Tunc fricamentis, & exercitijs competentibus opus est: tunc potionibus, & decoctionibus absynthij, centauriæ, rutæ agrestis, siue petroselini, cyperi, uel hyssopi, thymi, & cæterarum diureticarum, æquis ponderibus. Quæ potiones etiam uitiosis uesicis ordinantur. Sed etiam aloen solam tritam frequenter in mellicrato dedi. Declinante penitus uitio, hanc instanter potionem dabo. Castoreum, petroselinum, piper album, cyperum, omnia æquis ponderibus tunduntur, cribellantur, & in mellicrato unius coclearis pleni, dantur. Omni probatione firmatum, frequenter etenim lupini iecoris combusti puluerem dedi. Aliqui uero amigdala amara. cum cymino & apij semine, æqua mensura omnia cum uino ieiunis dederunt, ad mensuram unius coclearis: & semen intyborũ cum aqua calida, uel mellicrato similiter adhibuerũt. Sic & anethi succum cum mellicrato, & cætera quæ huic passioni alij collegæ proba esse fuerunt attestati. Nam & intyba frequenter comesta, semper epaticos iuuauere. Si duxerit longum tractũ morbi neglectus, omnia adhibeo quæ difficultatem callositatis resoluere ualeant, omni tẽpore passionis exercitijs omnibus superioribus ĩminebo, oĩa supiora lauacra concedo, salsos cibos & acres ministrabo. De oleribus aũt accipiãt cauliculos, lapathũ, radices quas raphanos appellamus. De piscibus aspratiles sumãt. De carnibus quę inueniri poterũt pinguiores. Oliuas colymbades, oĩa salsamenta, capparon, uinum q̃d mare transierit. Et oĩbus supradictis adiutorijs, emplastris, uel malagmatibus, unguẽtis, uaporibus, & cæteris uti côueniet. His etiã ardor solis, cum aëris mutationibus multũ prodest. Aquarũ uero omniũ naturalium, uel maris lauacris, eos frequenter iuuari assero.

A — Experimentum. — Collegæ Octauiani. — B

¶ De ICTERICIS. Caput XIIII.

IAM MVLTIS in locis Ictericorũ descripsimus passionẽ. Fit enim ex epatis indignatione frequenter. Quorũ nonnulla similia sunt accidentia, sed coloris deformatione sola determinant. Fiunt etiã ex stomachi uitio: fiunt plærũq; etiam ex uentre inferiore. Ergo cum febribus si de epate est Ictericus, phlebotomandus est: & mox omnia epaticorũ adhibenda sunt adiutoria. Si autẽ a felle fuerint Icterici, purgationibus cholagogis releuandi sunt, euforbio, epithimo, aloe, petroselino, pipere. Hæc omnia ex æquo miscenda sunt. & ex eorũ puluere, unũ coclearé in mellicrato, uel oxymelle dari debet. Purgat eos etiã ciceris albi decoctio: utilius, si etiam ipsum cicer coctum accipiant. Iuuantur absynthij pontici decoctionibus. Iuuantur etiã, si aphronitra alba in uino so-

Icterícia.

C luta accipiant: & sulphuris uiui puluerem in ouo ego frequenter etiam dedi. Sed forte aliqua ratio dare cathartica prohibuerit, quæ semper his nouimus non leuiter profuisse, saltem uel uomitibus releuandi sunt.

Sollicitius interea præcordiorum cura gerenda est, fouendo epar tumens & incitatum, oleo nardino, melino, œnanthino. Ex lanis succidis fomentans, in balneis cataplasmabo: interea admiscens seminibus, aut absynthium, aut rutam, aut centauream, aut cardamum, uel cætera, quæ epaticis ordinata sunt: quibus urinas prouocantes, tumorē epatis possimus remouere. Vtor specialiter etiam cyprino cerotario, admiscens terebinthinam, melilotam, irin Illyricam, & reliqua similia, quibus aut diamelilοton, aut polyarchion confici consueuit. Cibis nutriendi sunt ut epatici, exerceri, similiter & fricari. Vitio adhuc perseuerāte doloris, omnibus amycticis īminere peregrinationis, & solis calidi beneficia sustinere suadeo. Aquis naturalibus æque uti conueniet. Si remotis accidentibus adhuc ille æmulus labor perseuerauerit, naribus infundo elaterium, infundo elaterij succum, utrumq; muliebri lacte cōmixtum.

Iuuantur interea utilius, si hæ digestiones uel purgationes in balneis procurentur: in balneis inquā, ubi q̄maxime potiones, & cætera semper adiutoria profuerunt. Nam & illic etiam præcordiorum fotus con- D tinuo profuit, adhibitus,* & cortex colocynthidos in uino calefacto datus profuit. Et struthij puluis in œnomelle similiter, & anchusæ puluis ad mensuram unius cochlearis cum aqua calida, & lapathij succus in mellicrato, & decoctio radicum feniculi, & cæterorum, quorum est præsidium diureticum. Hanc autem peculiarius potionem in balneis dare consueui. Euforbium, baccas lauri, nitrum, piper, ex æquo contusum, pro caussa, uel uirium qualitate in mellicrato: & cum profuisset, in plenam sanitatem imminui.

* Alias, ex cortice colocynthidos calefactum.

De SPLENETICIS. Caput XV.

IN PLAERISQ; passionibus catholicis, siue generalibus curis, prius adhibitis, specialia uel particularia adiutoria melius adhibentur: unde Spleni nūc adiutoria prius ex catholicis ordinamus. Oportet initiū curæ ex ieiunijs & patientia inchoare. Item cathartico, uel phlebotomo. Post uero his specialibus adiutorijs Splenem sic curare cōueniet. Aceto, & oleo æqua mēsura, cōmixto calido, infusis lanis succidis fomentandus est. Et spongijs pusca calida infusis similiter locus uaporandus, cui cinis ex foco tenuis aspergendus erit: & lapides molares ignifacti, aceto extinguuntur, & operti pannis loco imponuntur. Et saccelli de salibus ignitis impositi prosunt, & cataplasmata de hordei pollinibus in oxymelle, cui admiscendus est radicis capparis tunsæ puluis. Et emplastra hæc utilia superaddimus. Guttam ammoniacam, nitrum, mirabolanum, myrrham, synapi æqua ponderatione omnia miscenda, & temperanda sunt, cum pinguibus ficubus, prius aceto coctis & contritis.

Spleneticorū cura.

Aliud emplaſtrum. Hordei farina unc. III. fœnogreci ÷ III. cartami ÷ I. herbæ paritariæ ÷ I. ficos pingues ÷ VI. cum aceto temperandum, ſicuti ſuperius ordinatū eſt. Aliud de expertis. Cardami ÷ I. Iris Illyricæ ÷ I. gutta ammoniaci ÷ I. quod mirabolanum appellamus, reſinæ pituinæ frixæ ana uncia ſemis, ſulphuris uiui, auripigmenti ana ÷ I. olei ſicionij ÷ IIII. aceti unc. III. Datum aliud ſimile. Reſinæ pituinæ, picis briciæ ana libras. II. auripigmēti, aluminis ſciſsi, ana lib. II. aceti ÷ IIII. olei lib. I. tantum conficies, & uteris. Eſt cōſuetum aliud, & ſpleni, & epati cōueniens in feruore utrorūq;, tum etiam præcordiorum. Crocamagmatis ÷ I. ceræ lib. I. olei roſei ÷ VIII. guttam ammoniaci lib. I. aceti quantum ſufficit ad guttam ammoniacam diſſoluendam. Hæc omnia emplaſtra, uel malagmata conueniunt ſplenibus indignantibus. Quibus expedit ab omnibus dulcibus abſtinere. A

Sane ſi ſplen duriciam adduxerit, quæ de hydrope ſuperuētura plus terreat, etiam his potionibus imminendum eſt. Acetum ſcylliticum ſub noctem ad menſuram unius coclearis ſorbi debet. Garum calidum bibant, ubi ferrum calidū igneum extinguitur. Aut de utriſq; puſcam tēperatam accipiant, & utantur decoctionibus capparis, aut lapathij, aut tamarici: aut ubi forte myrrham infuderis. Ad modū paleſtrę fricari eos conuenit. Cōmodius tamen, ſi ſaponē libentius ſuſtinentes, ſuis ꝙmaxime manibus defricenť. Geſtationes, curſus, & cæteros labores appetere oportet. Dropaces impono tempore cōpetenti, & cætera quæ ciclo conueniunt. Vti lauacris ſalſis, uel bitumineis naturalibus expedit. naturæ etenim frequēter mare plus placet. Ieiunos accæptis radicibus cum oxymelle uomere cogo. Prouidebo omnes diureticos cibos. Vinum ſtipticum ſumant. Dabo antidota diuretica, quibus & ſplen, & epar frequentius procuratum eſt. ut ſunt apium, cicer, gramen, fęniculum, aut ſemen eius, aſarum, daucus, meu, petroſelinum, pulegium, & reliqua, quibus antidota uel decoctiones conficiuntur. Febricitantibus ſpleniacis, uinum, uel acetum parcius ingerendum eſt. Apyretos uero his ſubiectis potionibus iuuo. Lupini amari tribus diebus in aceto infundantur, & poſt ex eorum decoctione unum coclear, uel duo in nocte accipiant. B

Contra Splenis duriciam.

ἀπύρετοι.

Hoc etiam ieiunis proderit. Purgati uirides lupini cocti, atque combuſti ſatis iuuant. Aliud. Cortex ſalicis, arboris ſemper infructuoſæ, in aqua coctus, & datus ut ſupra, continuo medetur. Thuris maſculi puluis cauliculorum ſucco commixtus, loco appoſitus, perſeuerando ſatis proderit.

¶ De STOMACHI uarijs accidentibus. Caput XVI.

STOMACHO, de quo nunc mihi tractatus interponitur, origo eſt, & occaſio facilior uitiorum: quod omniū fortitus ſit reliquorum membrorū ſibimet famulantiū poteſtatem, quibus aut deficitur, aut re-

C ćte ualetur. Hic, de ſubiectis accidentibus primo quantã moleſtiam ſuſtineat, aduertẽdum erit. Patitur defectum cauſſis aliquando incognitis. Patitur etiam poſt ægritudinem. Suſtinet conſtrictionem, dolorem cum indignatione uel febribus, duriciam, uentoſitatem, faſtidium, ſolutionem, bulinum uomitus. Ex corruptela autem, & ex continua uentris effuſione fatigatur. Item ex calore immẽſo, uel ardore: ut eſt cauſon, unde ſitim ſuſtinet moleſtiſsimã. Frigdore quoq;, & ſingultu. Aliquando eum etiam cholera cum inflatione ſollicitant. Ex eo lumbricorum origo frequenter fuit procurata. Quibus omnibus, ex ordine adiutoria ſic ordinare curauimus. Ergo ſtomachicos, quos poſt ægritudinem prolixam, ſtomachi defectus tenet, et quod leue eſt, adhuc febriculæ infeſtæ, oleo abſynthiaco calido fomẽtamus, aut nardino, aut ſicionio, aut œnanthino, aut lentiſcino, cum uino mixto. Item epithima impono unicũ ex dialtheon, & maſtiche, & nardino cærotario. Sic cataplaſmo de dactylis, uel citonijs coctis in uino, cum ſtipticis ſpeciebus, ſicut in epaticorũ ordinauimus ſolutione. Sed conſyderandum eſt præcipue, necubi ciborum ſit præſumptio, quorum & qualitate, & quantitate lædantur, & ex quibus cibis uires nihil proficiant: intendendum itaq;, ut & congruos, & moderatos temporibus cõpetentibus ſumant. Sin uero nihil ſub hac cibo℞ moderatione proficiant, purgatiõe opus eſt, qua humor quidem

D ille ſuperius enarratos defectus efficiens, omni modo depurgetur. Hos etiam ex attico melle, uel oxymelle curo. His & fœnogrecum in uino coctum, & tritũ cum adipibus anſerinis impono. Moneo interea, odores inſuaues uitandos, ſtomachum ſemper peruertẽtes. Atteſtatione enim manifeſta cognouimus, hos ſemper bonis odoribus iuuari. Cum ergo ſine febribus plena ſanitate eſſe cœperint, uiribus conſulentes, geſtationes competentes indicimus, uina, lauacra, & cætera quæ poſt ægritudinem poſſint corpora reparare. Quos uero repentinus dolor ſtomachi comprehenderit, qui cum grauedine etiam ſcapulis, & dorſo immineat, faucium quoq; incluſionem, & ructus difficiles faciat, interpoſitis etiam febribus, his phlebotomo conueniet ſubuenire. Item quietem & patientiam ſuademus, cibos uti febriẽtibus leues, proprijs temporibus ſubminiſtro. Fouemus calidis & mediocribus ſtalticis, non tamen frigidis. Cataplaſmandi ſunt hordei farina, in melle citonijs coctis, uel dactylis immixtis: aliquando etiã meliloto. Item cærotario cyprino, habente maſtichen, & caſtoreum. Vtor polyarchio, q̃maxime in dorſo, uel ſcapulis, quibus partibus cõmodius adhibere cõueniet. Frequenter etiam cucurbitas uentoſas imponimus. Declinantibus febribus, etiam potiones iam paragoricas dabo: ut cyminũ frixum, cum apij ſemine ex æquo tunſum, uel cribellatum, cocleare unum cum aqua calida. Sic abrotanum cum uino dabo. Ipſi uero ſtomacho, pingues dactylos in œnomelle coctos & tritos impono. Si adhuc dolor remãſerit: lac bubulũ,

[Margin notes: Accidentia Stomacho. — Cautela. — Stomachi repentinus dolor. — Staltica medicamina.]

& asinæ, ijsdem secundum consuetudinem confectum adhibeo. A

Si nulla sane præeunte querimonia, repentinus occupauerit dolor, eosdem crebro post cibos uomere cõueniet. Tunc etiam uentosas accipere, & supradictis potionibus propensius imminere. Declinãtibus uero doloribus, gestationes, exercitia, uel palestras, balneas, & uinum cum moderatione concedimus, quibus uexatum corpus, ad plenam ualetudinem ualeat peruenire. Si duricia innata fuerit stomacho ex prioribus languoribus, ficus pingues in mellicrato coctas, & tritas, seminibus misceo, & ex his cataplasmabo. Cærotario post cũ nitro, & salibus utor naturalibus. Vti cõuenit holeribus, cum cibis ceteris, nec non & uinum parcius dabo. Si uentositatis molestiam senserint, sicca fricatione iuuandi sunt. Ieiunos uomere conuenit, cibos pinguiores & calidiores accipere: potiões quoq; ex aneso, dauco, & castoreo, absynthio pontico, sine pipere, baccis lauri, ruta, cymino: contusis, aut singulis ammixtis sibi inuicẽ, aliquibus in aqua calida in modũ cochlearis unius adhibeo. Etiã epithimata cõfecta de seminibus potionũ supradictarũ mixtis, cærotario impono: dropaces adhibeo promptos in utroque. Tamen & cætera adiutoria cicli etiiam in dorso uel scapulis applicabo. Fastidio incidente, locis conueniet habitare aeri salubritate temperatis. Ab exercitijs, uel fricationibus cõmodis non quiescant. Absynthij decoctionẽ, uel uinum absynthites frequenter accipiant. Salsamentis omnibus nutriantur, acrimonijs, synapi, & aceto squillitico, et similibus cæteris, quæ stomacho hanc ciborum recusatiõem ualeant extergere. Præter consuetudinem uero edacibus, hoc est, βουλιμίακοις, ieiunantibus, somni procurandi sunt, largiores cibi, insuaues, & inflationem procurantes: & uini meri potiones dabo. Si nauseando frequenter phlegmata & cibos incoctos excluserint, quo corpus non nutriendo tabidum fiat, hos cibis nutrio siccis, & acrimoniã habentia concedo. Potum frigidum per momenta parce dabo: ieiunos uomere cogo: per uentrem humorem deduco: catharticis, calidis unguentis omnia membra pertracto: absynthij decoctionem dabo. Succum sttipticum malogranati, aut solius, aut hoc modo confecti. Succi mẽthæ uiridis partem unam, tribus malogranati succi partibus admisceo, & coquo, ut paulatim pinguefiat, & ex eo unum cochleare ieiuno pro eligmatio dabo. Si etiam choleram cum cibis uomuerint, omnia cum aqua frigida dabo, ubi myrtha uiridis cocta fuerit. Si nimia etiam uentris effusione fuerint fatigati, malogranata. x. citonia. x. in aquæ sextarijs quinq; coquuntur, ut penitus mollescant. Cumq; postea exuccata fuerint, separantur: succus uero qui remanserit, cum ad mensuram partem mediam mellis accæperit, coquitur, ut eligmatium fiat: & operabitur similiter. Aliud. Myrtha uiridis in uino coquitur, ut tertia remaneat: cui partem mellis similiter addimus, & conficimus, & utimur. Quibus uero phlegmata super-

Stomachi duricia.

Stomachi uentositas.

Stomachi fastidium.

B

Stomachus uorax.

Nauseans.

Eclegma stomacho laborantibus utilissimum.

Stomachus nimis laxus.

Aliud Eclegma non inelegans.

C

Stomachus flegmate supernatans.

natant, frequenter acescunt cibi: his bubulam dari suadeo, & cæteras agrestes carnes similiter. Post quæ continuo aceti unum cochleare dari conuenit. Omnes amarissimæ ex absynthio expediunt potiones. Iterum hæc. Piperis, & anethi semiuncias singulas, cymini ÷ IIII. tunsas, & cribellatas reponimus, & ex hoc puluere unum cochleare cum aqua calida potui damus. Cum autem hijs profecerint, dabo pyciam. Exercitijs & gestationibus competentibus imminebo, fricationibus, dropacibus, synapismo, quibus stomachus a phlegmate liberari possit.

Stomachus inflãmatus;

Ex snia Dioscoridis euripice de gñe iuncorũ, refrigerans.

Causon.

Qui calore nimio inquietantur, ut hæc eadem inflammatio stomachum etiam & superficiem faciet plus calere, ita ut etiam choleram frequenter emittant, his hoc remedio succurrendum est. Mastiches uncias. II. rutæ siccæ ÷ I. euripicen ÷ I. ut trocisci fiant, arnoglossæ succum admisceo, & eos in singulis drachmis paro: ut ex his uinum cum aqua calida accipiant. Si nimius ardor fuerit, quem Causon appellamus, sub quo angustijs interuenientibus, & febrium augmenta fiunt, his aquam frigidam per interualla dari conuenit, & similes cibos frigidos. Articulos eorum manibus calefacio: decoctiones dabo cytoniorum, mespilorum, sorborum, malogranati, menthæ uiridis, uel œnanthis. Si etiam sitire uehementius cœperint, hoc remedio potiantur.

Pillulæ, siue Collyria aduersus sitim.

Semen cucumeris dulcis ÷ II. draganti. I. in oui albo infunditur: & cum se resoluerit, tunc seminibus supradictis puluis admiscetur, & collyrijs ex eo factis, unum sub lingua datur habendum: cuius paulatim humor uel succus liquefactus, perueniens ad stomachum, sitim compescere ualeat.

D

Aliud contra Sitim.

Aliud est quod ardoribus expediat, quodq; cuiusquam uexatione, etiam febricitantibus frequenter ingesti. Sub glycirrhizæ uncijs quatuor, unam semis supradicti pulueris misceo, & ouo similiter temperabo, & adhibeo. Nam etiam sola oua cum uino data par beneficium præstant.

Stomachus frigidus.

Eclegma stomachale.

Quibus autem phlegmatis infestatione stomachus infrixerit, chalasticis unguentis calidis curandi sunt, & potione iuuandi superiore ex mastiche, mentha, & arnoglossa: cui piperis & castorei singulæ unciæ admiscendæ erunt. Nam & cortex radicis, feniculorum, in aceti uncijs decem & octo coquitur, ut illic omnem succum dimittat: & postquam corticem proieceris, huic aceto partem mellis misces, & coquis, & uteris, ut eclegmate. Similiter iuuabunt & oxyporia confecta ut solent: hoc est, ammeos, careum, libisticum, apij semen, in uncijs singulis cribellantur, his miscentur piperis unciæ duæ, & mellis despumati quod sufficiat, ut pinguescat: & oxyporium temperetur ex hoc: & ieiuno, & post cibos unum cochleare quotidie ministretur.

Carion Dioscor. uocat Caron, ab alijs aũt Cariosem en: puto id esse quod Carui uulgo appellatur.

Stomachi singultus.

Sane singultus frigidus, phlegmate in stomacho permanente, si obuenerit, confectus puluis ex piperis uncijs tribus, & castorei uncia. I. simul commixtus, ad unum cochleare, in aqua calida dandum erit. Si de feruore autem, etiam tempore digestionis, odor fu-

mosus quidam, quem aliqui Carbunculum appellant, & dolor hos singultus procurauerit, continuo aquam gelidam bibentes, uomitus & sternutamenta prouocent, & acetum si sorbeant continuo sedatur. Etiam papyri radix masticata, frequenter singultus compescit. Item ad stomachi uaporem, in pusca sex folia uitium trita impono. A

Cum uero nigra cholera stomachum attentarunt, ut ex inflatione molesta, cum aliquibus melancholicorum accidentibus publicentur, continuo inter initia, spongiam cum aceto uiscido infusam, eidem stomacho conuenit adhiberi, & hederę folijs in uino coctis, & tritis, cataplasmari. Cibis nutriantur competentibus, ouis, alica, iuscellis pinguium gallinarum, & ungularum porcorum: phasianorum, uel perdicum carnes accipiant. Si uero inflatio illa necdum digesta, adhuc perseuerauerit densior, pulegij herbæ decoctionem conueniet accipere, aut calaminthes, mixto melle despumato. Stomachi cholera.

De LVMBRICIS Caput XVII.

CVM VERO corruptis stomachi humoribus incompetentibus, sæpe quoque cibis præsumptis; seu per ægritudinem, seu certe sine febribus, Lumbrici innati fuerint, qui aliquando eundem stomachum, aliquoties inferiora possident, hos sic excludendos suadeo. Primo aduertendum est, tres esse differentias Lumbricorum. Sunt rotundi, & rubri, sed minus noxij. Sunt latiores, & albidiores molesti. Sunt minuti, & tenues, ut uermiculi, sed sollicitiores. Lumbricorũ tres species. B

Hi licet omnibus ætatibus semper nasci possint, attamen infantibus frequenter familiares sunt: quibus dare conuenit centauream, uel labruscam, uel santonicum, & epomphalion ex lupinorum farina, aut absynthium ponticum, aut melanthium, aut abrotanum, in mellicrato temperata imponi: cui decoctio ficuum admiscenda erit. Dabo mixtarum decoctionem, & easdem mixtas commedendas permitto. Iuuenibus uero nasturtium cum melle coctum dabo. Raphanos expedit accipere, & succum eorum. Dabo diamoron pro eclegmatio: & eadem hora conueniunt synapi, cum oleo tritum. Bene datur & hydromel tepidum, ex ueteri oleo temperatum. Et succus ptisanæ, in quo polypodium coqui debet. Et cornu ceruini combusti puluis, cum melle datus, continuo lumbricos excludit. Sic menthæ uiridis decoctio, sic erucæ, sic caulium, sic roris syriaci, & malogranatorum immaturorum. Cataplasmata autem adhibeo ex pulueribus, sicut supra, lupinorum, absynthij, pennarum combustarum, abrotani, & melanthij: & puluis eorum cum aqua calida datus satis iuuat. Επομφάλιον uero his ex subiectis adhibeo. Fel taurinum cum melanthio, abrotanum tritum cum lacte mulieris, ficus pingues, aut dactylos tritos cum melle despumato; commixtos: & cærotarium in quo cymini puluis, uel absynthij

Lumbrici rotundi.

ἐπομφάλιον est medicamentũ, quod umbilico applicatur. Nam umbilicus a Græcis ὀμφαλὸς dicitur.

C commiſcendus erit. Exercitia pro modo uirium adhibita proderunt. Cibi dandi ſunt digeſtibiles: & per interualla clyſteres acerbiores adhibiti, ſatis iuuauerunt.

Lumbrici latiores.

Si illi latiores infeſtauerint, hos myrrha pinguis accæpta continuo excludit: & allium frequentius ſi comedatur. Sic his etiam omnia acria profuerunt. Nam & uomere cogendi ſunt, & continuo ſcammoniæ purgandi cathartico: ubi elaterion, euforbium, piper, nitrum, coccum gnidium admiſces. Ego uero & magiſtrorum experimento, & noſtro, longo prolato iam tempore, cathartico cum his ſemper utor.

Experimentū Autoris.

Scammoniæ ÷ III. combuſtarum pennarum puluerem unci. I. euforbij ÷ III. nitri partem ſemunciæ unius, & omnibus tunſis, cribellatis, cum mellicrato, aut uino dulci unum cochleare ſemper dedi. Salubrius autem contingit, ſi ante diem allium, uel cætera acria edant: allium quidem maxime comedere conuenit. & oleum bibere calidum, ſed uetuſtum: ut ſuperius ſignificaui.

Lumbrici minuti.

Minutos uero & tenues uermiculos, myrrha pinguis ſemper accæpta excluſit. His etiam clyſterem expediet adhiberi, & omnes decoctiones ſuperiores calidas, & oleum calidum accæptum, in roris ſyriaci ſucco, cum aqua calida. Et ſeſeli cum melle, infans felle taurino, uel cetino perungendus erit.

D Si ſtomachum uero diutius attentauerint, & ibidem frequenter inquietudinem fecerint, ſemper ſales in ore ferre conuenit, ex quibus humor liquefactus, defluat in ſtomachum, qui & omnia inteſtina, a lumbricorum moleſtia liberare poſſit. Omnia itaque ſupradicta accidentia, quæ cum ſuis proprijs remedijs expoſui, aut indignanti ſtomacho obueniunt, aut quieto ſedantur.

¶ De DYSENTERICIS, uel NEVTERICIS. Caput XVIII.

DYSENTERICORVM fit cauſſa moleſtior, temporis prolixitate. Frequenter enim uentris effuſio, corpora aſsidua uexatione debilitat.

Dyſenteria.

Eſt namq; Dyſenteria inteſtinorum uulneratio, cum reumatiſmo, quæ conatibus, & ueluti deſyderio, & egeſtionum ſuauium debilitate, membra conſumat. Dyſentericorum ergo adiutoria, ex ſubiectis compendioſe percurram, & cibos, & potus, ſeu potiones, uel antidota, & cætera quæ nonnullis ordinandi erunt.

Cura.

Cibus inquam conuenit, panis mundus, ſiccus, aut Cyprius, aut Alexandrinus, uel potius Africanus: ſucci alicæ, milium, oriza: quibus concoqui debet, aut caprarum adeps, gummi, aut ſymphyton, aut ros ſyriacus, aut certe ichthiocolla: ſic etiam lac bubulum conuenit, oleum uiride his frequentius miſceo. Expediunt caules decocti, plantago, portulaca, polygonon, ſymphyton. Horum omnium quammaxime folia, uel mellis cymi, ex oleo & aceto conditi: oua in aceto cocta ſorbilia conueniunt: et ex uitellis eorum patellæ, perfuſæ cerebellorum puluere, aut gallarum, aut roris ſy-

riaci. Pifces, aut * Capones, aut lepores, aut mugiles, & cæteri ficciores. Cafeus uetuftus proderit, nifi tibi magis recens libuerit. Lac afinæ in dyplongio coctum profecit, & bubulum fchifton iuuat, & confectio ex lapidibus fluuialibus. Sic lac caprinum fylueftre facit. Si carnes dandæ funt, iuuat phafianus in pufca decoctus, palumbus matri fubductus, turtur, & lepus, & cætera fylueftria ficciora, maxime uolatilia. Quæ enim neque uillarum, neque urbanorum ufum habent, natura profecto ficciora confiftunt. Mala citonia conueniunt in uino cocta, mefpila, malogranata, paulo imatura, amygdala, dactyli thebaici, & his fimilia. Potus uero, licet primis diebus aqua bibenda fit, parcius attamen cõmunicandum fuerit Tiburtinum, Surrentinum, Marficum, Siculum, in quibus primo ferrum ignitum infundendum eft. Sin uero confici uina placuerit, fit myrthinum, fit œnanthinum, fit cum mefpilis, fit cum forbis, fit phœnicites. Quæ tamen omnia in uafis picatis reponenda erunt.

Omnia quidem de cibis percurri, fed melius, fi unius fpeciei fubminiftrentur. Nam fi de fingulis in fimul commixtis, reponas, in ftomacho digeftiones impedient. Potiones uero, uel antidota, cornu cerui combufti puluis, in aqua, aut in uino ftiptico datus iuuat. Sic cõagulum leporis in uino fimiliter. Sic uenereum caponum, uel anferis, uel cæterorum agreftium, membrana combufta interioribus conueniunt, & ros fyriacus tunfus, & roris fyriaci flores, & malogranati, & fucci herbæ polygonij, & arnogloffæ, acaciæ, hippoquiftidos, ut tibi uifum fuerit, miniftrandi funt. Trochifci uero, aut emplaftra, Andronius, aut Diafpermaton, & cætera de experimentis. Et fi putredo uulnus attentauerit, inijciendus eft Athereus: uel cauftícus puluis ex auripigmento, calce uiua, fandaraca, charta combufta confectus, cum uino ftiptico, uel fuccis herbarum fimiliter conftringentium. Adiungitur frequenter etiam lac, in quo licium indicum foluitur, & uinum in quo cantabrum coquendum eft, aut ros fyriacus, & cætera fimilia prædictis. Potionibus uero fuprafcriptis, conuenit aromatica commifcere quamplurima, quæ ftomachi uires nutriant. Omnia etenim hęc, etiam uentris poterunt con tinere refolutiões. Et diuretica dyfentericis opus funt, maxime dum meatus fit illius reumatis. Deriuatio etiam hypnotica conuenit, quæ fomno * fuperatis uiribus corpora dimiffa conftringit. Semper enim importunæ uigiliæ, corpora reumatizantia fatigarunt, fi his uftio innata fuerit. Eius remedium in Euporifto noftro inuenies. Nam etiam unguenta dyfentericis frequentius profuerunt ex oleo melino, nardino, œnanthino, maftichẽ, myrrha, œnanthe, acacia. Et cætera fimilia commifcendo: cataplafmata ex dactylis, citonijs, & cæteris mixtis ftipticis temperata: adhibeo, & emplaftra, uel malagmata. ut diatheon, aut barbaron, & cætera exeranthica. Hæc omnia dyfentericorum, etiam cœliacis conuenire manifeftum eft. Si cõmotiones, uel pondera perfe-

A
* Pro Capitones, ego legerem Capões. nam funt etiã pifces Capones dicti, inter præftantiores marinos. Qđ fi capitões dicere uelimus eos, qui hodie in Italia Cephali uocant̃, q̊d perinde fonat, ac fi capitões dicas, fruftra fubiũgeretur, Mugiles. nã antiq mugiles dicebãt, qui hodie Romanis Cępha li uocantur, et ab Hifpanis etiãnũ Mugiles uernaculo fermõe dicti. Itẽ ꝓ lepores, aliud uerbum fubftituẽdum eft. Nã lepus marinus inter uenena acerrima ab oĩbus fcriptorib. numerat̃, ficut a menfa mortaliũ merito arceant̃. Ego ita ꝙ ꝓ lepores, lupos legerẽ.
B

Vel fic * Quę fomno, defecta uiribꝯ corpora conftringit.

Potius ἐξαντέρικα. ἀπὸ τοῦ ἐξαντερίω.

C uerauerint, quæ Tenaſmones appellamus, hæc frequenter procurant uentris exponendi ſuauitatem: ſæpiſsime mitigata ſunt hijs, quæ aut in fœnogreci decoctionibus, aut altheæ radicibus conficiuntur. Nam & cærotario hoc, frequenter curati ſunt. Ex adipibus anſerinis, cæra, & butyro, & pice bricia, ſæpe ſedentibus poſt uaporum fumigia profuerunt. Inijciendi ſunt aliquando oleo roſeo, uel myrteo, & * incontinenti luminoſo ſupponendi ſunt, in baſilicon, infuſi cærotario ex oleo plumbeo confecto. Lanam interea ſuccidam ſuperimpono: quam anadeſmos ex more continere debebit. Iuuabunt ſane etiam ſaccelli, uel cataplaſmata, eodem anadeſmo perſeuerantia, de dactylis in paſso tritis, aut hordei pollinibus cum oxymelle. Lac bubulum potui datum, ac lintheolo umbilico impoſitum, ſine mora medebitur. Lienteria ſi obuenerit, quæ ueluti quendam limum inteſtinis obducit, tranſitu reumatiſmi, ex quo nulla penitus ciborum ſolennis ualeat digeſtio celebrari, ſub alio nobis ordine curanda erit. Vtor acerbo clyſtere ex ſuccis ptiſanæ, ubi aut colocynthides, aut betæ coquendæ ſunt, aut ſcammonia ſoluenda. Vtor cum his catharticis. Dabo cibos acerbos, & cætera quæ fuerunt acria. ut allium, & raphani, & cepæ, napæ, ſynapi, piper, & omnia ſalſamenta.

Locus eſt deprauatus. Videt͂ tñ hoc uel le ĩnuere. Poſt iniectiõem illos in balneo alũminoſo cõſtituẽdos eſſe, ſuperimpoſita lana ſuccida. &c.

Nota ἀναδέσμος ἀπὸ τοῦ ἀναδέω, q͂d eſt ligo, reuincio.

Imminebo interea exercitijs quibus uoluero. Impono uentri cærotaria ex oleo laurino, cyprino, uel ſicionio, habentia rutam uiridem, cyminum, baccas lauri, nitrum, uel certe caſtoreum. Impono
D polyarchion, aut diaſpermaton, quæ tunc iam conueniant: aut naturale ſulphur, uel bitumen, & dropaces, & ſynapiſmi, & cætera ſtaltica adhibenda ſunt. Ex dyſentericis etenim lienterici facti, & uirium fatigatarum intuitu, & temporis prolixi præiudicio, difficile ſanabuntur. Nam ex his hydropes frequentius emerſerunt.

σταλτικὰ ἀπὸ τοῦ στέλλω, quod mitto, traho. &c. ſignificat.

¶ De HYDROPICIS. Caput XIX.

HYDROPICI, uel Cachectici ſimili ſub diligentia uiſitantur. Qui enim prope ex ſimilibus accidentibus fiunt, æquali ſub indignatione tumeſcunt. Hydropicorum ergo difficile, & periculoſum negocium eſt: eoque difficilius, ſi indigeſtio totis corporibus ſuperueniat. Labore attamen nimio, & continuis quaſſationibus exercitiorum, forſitan curabuntur. Hos frequenter febres pertinaces comitantur, quarum opportune temporibus ſeruientes, nos etiam adiutoria ordinare conueniet. Febribus itaque ſub hac obſeruatione deſinentibus, iam exercitijs ex paruo labore creſcentibus, imminendum eſt: ſubinde fricationibus, ſolaribus quammaxime, & cæteris uaporibus ſudorem prouocantibus: ſub quibus omnibus tumentibus locis nitrum, aut ſales tritos aſpergo. Poſt exercitia, uel la=

καχεκτικοί.

Fricatiões ſolares puto eas dici, quæ ad ſolem feruentem fiunt.

bores continuo oxymeliten dabo, aut raphanum eodem infusum. Quibus accæptis, ex parte uomere cogendi sunt. Lauacris tunc uti conueniet; sed marinis, quibus ueluti membra laborantia foueantur. Interea acria omnia, & salsos cibos conuenit accipere, caules elixos cum salibus. Parcitas cibi, & potus quammaxime continentia instet. Etenim his procuratis, si animosius sustineatur, grande remedium est. Vinum, licet per interualla, austerum tamen, & quod sit diureticum dandum est. Si uero multus humor ex putrefactis eorum carnibus aggregatus, uentrem satis adimpleuerit, membris cæteris minutatis, saccellos ex tostis salibus, uel milio similiter, sub umbilico locis admoueo. Et de arena calida in littore, hæc loca detergere maximum interdum est beneficium. Aliqui etiam tritico sic tecti, iuuati sunt. Interea acetum scylliticon frequenter dedi, & siccis fricationibus immiнui. Imposui emplastra reuocatoria, amyctica, maxime autem infantibus competentia adhibenda cataplasmata, desiccantia, ex flore malogranati, & cæteris stipticis, cum lenticulæ pollinibus, passo, & aceto temperata. Aliqui uero scarificauerunt suras eorum, & altiores plagas fixerunt, de superioribus humorem deriuare cupientes, & sub umbilico paracenteses frequentius adhibuerunt: per quæ conueniet exinanire paulatim, ac per interualla dierum, ne subitanea effusio, secundum Hippocraten, continuo periculum faciat. Sane potiones, uel emplastra probata sæpissime profuerunt, ex quibus aliquod compendiosius designabo, Emplastrarum quod etiam spleneticis sæpe profuit, hoc est. Fœnogræci pollinis ∻ IIII. hordei ∻ IIII. stercoris columborum ∻ IIII. resinæ frixæ libram. I. cæræ ∻ VIII. acetum quod sufficiat terendo pulueri, qui postea solutis admiscendus erit. Aliud. Semen miricæ, & galbanum ex æquo tunsa miscentur, superaddito quippiam olei, ut emplastri temperies fiat: quod perseuerantius adhibendum est. Aliud. Pilæ cypressi in uino coctæ, & tritæ, axungiæ ueteri colatæ ex æquo miscentur, & imponuntur. Quod si permanserit, satis iuuat. Aliud. Ficus pingues tusas libra una, & nitri, & absynthij unci. III. hyssopi cæroto admisces: ut emplastrum temperetur, & uteris. Nam & stercoris bubuli puluere, hordei pollinibus mixtis, & cum oxymelle coctis cataplasmabis. Similiter de caprarum stercore frequenter adhibui.

A

παρακέντησις est ferrũ, quo chirurgi utuntur, ad cutim aperiendam.

B

Emplastra ad hydropin.

Et unguenta sunt utilia hæc, quæ tumentibus partibus, sub sole adhibita profuerunt. Cymolia in aceto contrita, boum stercora cum nitro, & oleo sicionio mixta, & quippiam uini.

Nam etiam has potiones accipientes, sæpe iuuati sunt. Sambuci radicis succus, cum oxymelle datus est, & continuo purgando profuit competenter.

Nota hoc etiã num quidam ex empiricis utuntur.

Et euphorbij granum, in ouo datum cum pane, corpora hydropico-

C rum, aliquoties similiter depurgauit. Aliud maius purgatorium. Stercus columborum drachma.I. rutæ semen drachmis duabus, in oxymelle similiter datur. Inter hæc omnia adhibenda erunt, perseuerantibus exercitijs & laboribus, catholice salutem procurantibus, sub quorum perseuerantia, hydropum poterit abigi periculum.

¶ De RENVM uitijs, & Vesicæ. Caput XX.

RENIBVS longo tempore dolentibus, semper uapores, fomenta, & cataplasmata paragorica conuenerunt. Diuretica uero sub initijs obfuerunt. Indignantibus etenim & reumatizantibus renibus, potionum transitus aduersatur. Declinantibus uero doloribus, beneficijs primo catholicis adiuuandi sunt, fricationibus, & unguentis paragoricis, & siccantibus: etiam ciclicus ordo percurrendus est. Adiutorium emplastri polyarchion, aut diaspermaton sæpe conuenit. Calamintha tunsa cum axungia, & imposita, multum profuit. Dabo etiam potiones ex storace, galbano: uuam passam, pinguem, purgatam: mixtis diureticis aliquibus. ut petroselinum, ameos, asarum, cyperum, daucum, amygdala amara, cum mellicrato. Dedi ego frequenter etiam hyoscyamon. D Interea oportet aquis uti dulcibus, & naturalibus, & cibis nutriri omnibus digestibilibus. Dabitur etiam hæc potio omnibus uesicæ, uel renum caussis, & pectinis. Semen lini, papaueris dulcis, draganti, in uncijs singulis, amyli in duabus tunsis, & cum aqua diuretica temperatis, ut trocisci fiant in drachmis singulis. Sit autem aqua diuretica omnibus probata, in qua coqui oportet radices feniculorũ, apiorum, gramen, & cicer uenereum. Sæpe etiam masticet de superioribus speciebus, quas ad tempus, aut locum habuerit. Aliud, quod & uulnera curet, & urinæ difficultatem aperiat. Ozimi, & agrestis maluæ semina, in drachmis semis, & apij seminis uncia.I. amygdalarum, uel auellanarum semunciæ singulę. Omnia trita, melle temperentur. Sunt & cæteræ potiones sub renum & uesicæ occasione, etiam splenis, uel epatis, aut hydropis molestiam refręnantes, quarum in his omnibus experti sumus efficaciam. Phu. ÷ I. celticæ ÷ I. dauci ÷ I. ciñamomi ÷ I. piperis drachmæ.VI. meu drachmæ.VI. asari ÷ I. petroselini drachmæ.VI. opobalsami dr.VI. croci ÷ I. liquiriciæ dr.VI. picis indicæ dr.VI. cassiæ dr.IIII. amyli dr.VI. uuæ passæ ÷ I. draganti dr.IIII. uino & melle potio temperatur, & dabitur. Interea licet ex omnibus diureticis speciebus superius comprehensis, omnes uesicæ uel renum caussas posse curari significatum sit: attamẽ cum speciale sit & hoc uitium, uidelicet urinæ conclusionem sustinere, huic etiam adiutoria specialia ordinanda sunt. Herba parietaria aqua cocta terit. cum pauco oleo, & renibus inligatur.

Potio in morbo Renali, etiam aduersus Hydropin utilis.

Hoc etiam de gramine semper factum est, & samsuco in aqua cocto similiter. Nam ex his omnibus etiam sedentibus, uaporem pati conueniet. Cotilidon herba in uino cocta, potui datur, & continuo dissuriam sanabit. Nam etiam mulieribus butyrum uetustissimum per pessum adhibitum, dissuriam curauit: & mellicratum in quo immaturi ætherei, & feniculorum radices, & carduus coquitur, & datur ad urinarum impedimentum. A

Corrupte scriptũ est æther-ei: puto aũt legendũ, Cędrides, uel Citreos. de hijs em apud Dioscorideperio, q̃ in stranguria atq; dissuria adhiberi soleãt.

¶ De ARTRITICIS, PODAGRICIS, & ISCHIATICIS. Caput XXI.

EX VNO FONTE uitiorum, hæ passiones deriuatæ sunt, sed locorum uarietate, & nominibus determinantur. Nam Artriticis omnibus, ex articulorum commotationibus, subito initium passionis emergit. Podagricis uero ex uno prius articulo est principium. paulatim uero serpendo, grauius omnes postea neruos, et articulos possidens dominabitur. Ischiaticis autem, ex uno coxæ articulo tormenta suppeditantur. Fit itaque reumatismus, licet de phlegmate speciali, natura frigida quammaxime fiat, attamen alijs ex humoribus calidioribus aliquando efficitur, & sic effectus, calefacientes aliquando commotiones exuscitat. Frequenter autem hoc phlegma licet natura subpingue sit, uelut est uulnerum sanies, attamen cum se inter articulorum coniunctiones, usu commotionum uiscauerit, tunc tardi gressus, tunc dolores uitandi, tunc tormẽta grauiora succedunt. Curantur autem hæc omnia contrarijs suis: ut quod forte & sensu, & tactu calidum commotum fuerit, frigidis interim adiutorijs ab augmentis prohibeatur. Postea uero cessantibus commotionum temporibus, calidis, chalasticis, & amycticis recuperentur hij, quibus ille humor uiscosus, & pinguis interiora iam possidet calefactus, uel tenuatus ab articulis per commotiones frigentibus: quibus uero tumor est semper inflatus & pallidus color, calidis supradictis adiutorijs, & amycticis imminendum nobis erit.

Artritici.

Podagrici.

Ischiatici.

B

Cura uniuersalis.

Monitum te interea uolo, amice charissime, quod quando generaliter interioribus membris dolor iuuatus, nexu quodam, ex collisione humoris uentositatisque colligatur, tum in frigidis plærunq; difficulter deprimi poterit, uel depurgari: ergo quum uariæ emergunt species motionum, quæcunq; expediunt, medicorum coniecturis, uel iudicio, indulgenda erunt. Licet iam ex consuetudine sibi adhibita, melius is qui patitur possit iudicare, quem frequentes commotiones, & adiutoria famulantia, medicum effecerunt. Quanquam autem rationabiliter omnia adiutoria, quæ ueluti calidis commotionibus adhibentur, uirtute chalastica & paragorica esse debeant, quo neruorum & articulorum nutriri, & foueri ualeant loca, concedo tamen, ut ea frigida interim adhibeantur quæ turborem magis in tempore, quam mitigationem præ-

Cautela.

C ftare pofsint. Quibus quidam, ut ille ait, primo releuari uidentur, poſt ea grauius, uehementiuſque affli&tantur. Hoc etenim etiam noſtri Hippocratis nos inſtruxit autoritas, quod neruos omnes, ſemper frigida nocuerunt. Ergo quoniam & cauſſas, & origines compendioſe digeſsi, curæ nunc rationabiles, & adiutoria ordinanda nobis erunt. Eſt namq; in profeſſo, quod omnes ægritudines particulares, ſub corporibus membra nexu quodam familiari amplectuntur, myſterio naturali, ut in ſingulis, totius corporis ſubſtantia conſtet, & altera alterius auxilio gubernetur. Ideoque niſi præceptis, & adiutorijs catholicis primo iuuentur, aliter particulares cauſſæ curari non poterunt. Qua de re, erit nobis nunc curarum, præceptorumq; exordium in ſequenti etiam particulis diſponere. Conuenit in principio Artriticis, Podagricis, uel Iſchiaticis, quibus de capite reuma reſolutum deſcendens has paſſiones fecit, prius ipſum caput oleo roſeo frigido, uel cæteris ſimilibus ſtipticis fomentando conſtringi, & ſolidari: dehinc inferiora tranſitu eiuſdem reumatis, uel ſedulitate uexata, aut ex oleo calido reſolui, uel depurgari. Item cucurbitis, uel fricatione, uel perunctione phlebotomum præueniendo, uno penitus, uel pleno anno utendum eſt.

Frigida neruis contraria.

Cura.

D Sic a carnibus politrophis, ſic ab uſu uenereo continendo, ſtomachi præ omnibus bona ualetudo cuſtodienda eſt, quo accæpti cibi facilius tranſigantur. Vomitus hos, non longa per interualla multum iuuat, aliquando poſt conſuetos cibos, aliquoties etiam ieiunos, accæptis radicibus cum oxymelle. Hoc modo etiam bulbi ex aqua cocti operabuntur. Hoc ſi etiam poſt cœnam allium accipiant, quod paruo interuallo aqua calida accæpta uomitum faciet. Mutationes aëris, uel prouinciarum ſæpe conueniunt. Aquæ naturales calidæ, uel uapores earum ſimiliter. Exercitia ſane, & labores, uel fricamenta totius corporis & procuranda ſunt, & appetenda utentibus. Etenim humores ſupradicti pinguiores effecti, etiam uexatis articulis dominantur. Igitur quo modo hæc adiutoria compendioſe digeſta ſunt, ita moneo & ſuadeo cuſtodiri debere. Experti enim ſumus, quod plærique ea cautius ab initio cuſtodientes, podagræ uenturæ, ſeu potius iam præſentis uiolentiam uitauerunt: præiudicantes uero iam tempore, & manifeſtis podagricis, cataplaſmatibus ſemper his cauſſis competentibus, unguentis quoq;, uel emplaſtris, ſeu cæteris adiutorijs conſuetis uti rectius eſt: uel certe aliquibus phyſicis magnam ſemper poteſtatem præſtantibus.

Quo quidam podagram depulerunt.

Nunc uero tranſactis præceptis, uel beneficijs catholicis, quibus cuſtoditis, etiam adiutoria ſingulis partibus laborantibus ordinabo.

Cura Iſchiadicorum.

Iſchiaticis conueniunt præ omnibus uomitus, & cætera præcepta omnium ſuperiorum. Coxæ uero dolenti fotus olei ſicionij, rutacei, uel laurini adhibendus eſt: cataplaſmata quoq; natura calidiora. Cucurbitis uentoſis frequēter locus releuandus eſt, acerbius clyſtere inijciendū

A

Ex hoc enim frequenter ſanguis prouocatus, Iſchiaticos liberauit. His phlebotomus in talo adhibendus. Vaporibus, uel ſaccellis imminendum eſt, ex pulegio, ſalibus, uel milio ſalſo. Si uero uel ſtare, uel ambulare potuerint, acopis calidioribus, ſole ſub ardenti fricandi ſunt, in quibus & pix liquida, et oleum ſicionium, uel cætera ſuperius comprehenſa miſcenda. ut ſal uſtum, tapſia, nitrum, uel opopanace. Itineris interea laboribus cōacti iuuandi ſunt. Expedit etiam equi uectatio: expedit iniectio in modica quantitate ex oleo amaracino, aut ſyrino, uel laurino, uel glaucino. Si uigiliæ ſane interuenerint, doloribus perſeuerantibus, ſoporiferas ingero potiones. Cum uero minoratis doloribus cauſſa mollior fuerit, tunc uelut per dialemma, dropacibus, ſynapiſmis, & cæteris cauſticis imminendum eſt. Dabo hyeram, dabo per cibos elleborum: quæ omnia prodeſſe poterunt, ſi catholicis præceptis rectius ſeruiatur. Hæc etiam Phœalgicis rite conueniunt, quibus lumbi dolere conſueuerunt. Igitur quoniam hijs paſsionibus ſupradictis, ex una origine deſcendentibus, ueluti diuerſas cognouimus euenire commotiones, ut aliquando calidas, aliquando frigidas patiuntur, ſingulis hæc adhibenda erunt. Quibus uero ſub calido tactu, pedum dolor obuenerit, caulium folia in aceto cocta, & contrita, & ouorum coctorum media duo, pro cataplaſmate adhibita, ueluti commotionis uaporem retempe rant, ſuperaddito quippiam olei roſei: ſed ſæpius tepefacta immutanda ſunt. Et ſi cataplaſmati conſueto hyoſcyami folia elixa, & trita ſuperaddas, par beneficium præſtas. Aliud. Ad impetus eorum uaporeos, draganti uncia. I. ex pridie in aqua infundes. Item alia die teris, et ſuperaddes æruginis, & aphronitri albi uncias ſingulas, & impones.

φοιάλγικοι dicūtur lūbos dolentes ἀπὸ τοῦ φοίων, id eſt, lūbis, καὶ ἀλγέω, quod dolere ſignificat.

Contra Podagram calidā.

B

Aliud. Lenticulam coctam teris, cum oleo roſeo mixtam, & ſimiliter adhibebis. Nam & lactucarum folia trita cum infuſo pane, & adhibita, magnum ad refrigerandum beneficium præſtant. Et opium, & crocus æqua menſura, cum lacte bubulo, uel caprino contritus, & impoſitus, ſimiliter operatur. Et ſi ex oleo roſeo cærotarium miſceatur, hoc idem erit. Hæc de uapore dolentibus ordinaui: cæterum refrigerantibus commotionibus, uapores, cataplaſmata, unguenta chalaſtica, uel paragorica, omnibus & nota ſunt, & conſueta.

FINIS LIB. II.

C ¶ IN OCTAVII HORATIANI LIB. Tertium, ad VICTORIAM, De pasſionibus Mulierum, & curis earundem, PRAEFATIO.

INTELLEXISSE te non minus nobis arbitror VICTORIA, artis meæ dulce miniſterium, omnem mei operis efficaciam, in quo ĩmemor non ſum præfationis meæ, quando duobus Libris pares cauſſas propoſui Euporiſto, officium uidelicet meum in logica diſputatione: ſed non longe abeſt, ab utroq; gynæciarum uiſitatio. Et quoniam hæc ratio tota medendi indiget diligentia, ſolitaneum libellum confeci de Mulierum curis: ſolitaneum inq;, & remotum a publico ſpectaculo. Et ego quidem te ſcientia iuuabo. Tu uero, cui cõmunis arridet ſexus, & ſecretum facile inuenit tua conſcientia, cum fiducia exerce ſedulo gynæciam propoſitam meo tractatu, & tua diligentia adhibeto medicinam.

¶ CAPITA LIB. III. Gynæcia dicti.

¶ OCTAVII HORATIANI GYNAECIA, ſeu LIB. III. De Mulierum paſsionibus.

¶ De MAMMILLIS poſt partum dolentibus. Caput I.

MAMMILLAS cum tenſione tumentes, uel dolentes, quod poſt partum q̃maxime mulieribus euenire conſueuit, quas ex eo etiã grauis dolor inquietat, hoc ordine curare debemus. Per initia mediocriter conſtringentibus uti conueniet. ut eſt ſpongia mollis, infuſa in puſca, quæ leui anadeſmo continenda erit. Sic etiam dactyli, cum pane in puſca infuſi, & contriti, ſæpe par beneficium præſtiterunt. Si uero certa ratione lac prohibendum erit, cataplaſmati ſuperiori admiſcendũ eſt, aut alumen ſciſſum, aut herbæ pulicaris ſemẽ, aut coriandrum, aut portulaca. Nam & unguenta ex ſolis earum ſuccis

Cura.

frequenter adhibuimus, cum penna molliore loca tangentes. Si indignatio illa, his minime potuerit prohiberi, & lactis aggregatio, maximū feruorem locis incusserit, tunc cataplasmatibus chalasticis conueniet imminere. ut est panis in mellicrato infusus, et cum oleo dulci contritus. Similiter etiam de seminibus tam lini, q̃ foenogręci, uel hordei farina, aliquando singulis, aliquando cōmixtis, & cum adipibus sæpe porcinis recentibus, in mellicrato temperatis. Sane si pondus cataplasmatis tolerare non potuerit, spongijs mollioribus infusis in aquis chalasticis, dulcibus, & paragoricis, quæ ex hybisco, & seminibus lentis, & foenogræci conficiuntur, loca tantummodo uaporanda sunt: & impositis continuo lanis, oleo dulci calido infusis, fouenda erunt. Si saniem forte collegerint, iam suis temporibus, & proprijs adiutorijs maturata, aperienda erunt: ut sub una egestione posśint penitus percurari. Si uero minime percurari posśint, transacto impetu, uel indignatione mammarum, simplex cærotarium adhibendum est, usque in plenam sanitatem. — A — Mammillę sanie tumentes.

Sane si eadem infantem nutrire minime decreuerit, tunc cærotario supradicto puluerem contusi lapidis molaris admiscebo, anadesmū quoque mediocriter stringo, lactis impetū prohibiturus. Quod si lactandi arripuerit uoluntatem, tunc anadesmus laxior, tunc fomenta chalastica adhibenda erunt, quæ lactis non prohibeant copiam ministrari, sed magis præeuntibus fomentis, & uaporibus supradictis, cypero, ouo, & croco in unum contritis, mammillas ungendo adiuuabo. Alij pumicem cum oleo cyprino tritum imposuerunt. Alij cyminum cum aqua contritum. Alij uero fabæ pollinibus uuam passam purgatam, & contusam miscuerunt, & ex his cataplasmando, lactis auxerunt foecunditatem. Sic sesamo trito cum oxymelle, sic cantabro cocto similiter in oxymelle, sic de hederæ folijs contritis, sic de ficis pinguibus tunsis, sic de caseis recentibus, tritis cum oxymelle, cataplasmata confecerunt. Quibus omnibus lactis secundum officium procuratum est. Si lactis interea nimium pondus, etiam duriciam procurarit, folijs apiorum, uel menthæ, uel caulium cum pane tritis, & mellicrato, illam duriciam resoluimus. Ergo per initia generaliter omnibus mediocriter stipticis obuiandum est: per augmenta, uel impetus, chalasticis uel paragoricis: & licet hac lege medendi omnibus seruiendum sit, attamen mãmillarum mollium intuitu, omnia moderatius foeminis adhibenda sunt. — Cura Mammillarum lac seruantium. — B — Contra Mammillarum duriciem.

¶ De Præfocatione MATRICIS. Caput II.

SVNT VARIAE & diuersæ caussæ Matricem frequentius attentantes, quæ licet sub duabus præcipue principalibus pasśionibus, constrictionis, uel laxationis comprehendantur, tamē etiam partim sub certis accidentibus, alias caussas efficiunt. Huic ergo sub definita lege

C professionis, quæ constricta sunt soluo, resoluta uero (quibus quam maxime & lassitudo sociatur) stipticis potissimum, atque mediocriter frigidis stringo. Quibus autem repentina commotio Matricis innascitur, hæ musculorum omnium contractione, & totius corporis dolore nimio quatiuntur: & hac ui sæpe intercæptum uocis officium, sub horrore casus, ueluti paraliseos mentitur imaginem: quam passionem in græco opere ὑστερικὸν πνίγμα appellamus. Quo tempore ad illa duo præsidia principalia, omnibus conclusionis necessitatibus subuenientia, recurremus, phlebotomi præsens beneficium, & uentris purgationem. Specialia uero fomenta olei dulcis calida, & aquarum consueta chalasticarum cataplasmata de seminibus paragorica, cum mellicrato. Emplastra, ut diaquilon, cærotaria simplicia ex adipibus temperata, & medullis. Pessaria ex melle & butyro. Item libianum, & cæra, quorum confectiones subiectis adiungo. Ex encolpismis succis, aut ptisanæ, aut fœnogræci, aut olei dulcis. His articuli & calefaciendi sunt, & mollius constringendi. Ventosis quoque admotis inguinibus, uel femoribus, recursui, uel inclinationi matricis occurremus. Fumigijs bene olentibus, ad inferiora matricem prouocabo. odoribus enim grauibus repercutitur. Minoratis uero supradictis accidentibus, plena quoque declinatione, manifesto conuenit iam exercitijs aptis sexui commoueri, & aëris, uel locorum mutatione iuuari. His cibi humaniores, his iam lauacra concedenda; uinum attamen sub moderatione.

Matricis commotio.

Græcũ opus Autoris.

ἐγκολπισμὸς uidet̃ esse uocabulũ a re ipsa deductũ, nempe ἀπὸ τοῦ κόλπου, quod sinũ significat, ut scilic. ἐγκολπισμὸν dicat̃ infusio, quæ fit in sinũ, quod alias per pessum, aut nastale medici fieri præcipiũt.

D

De inflatione, uel tensione MATRICIS. Caput III.

INFLATIONEM, uel tensionem si longo tempore Matrix ægra concæperit, omnibus superioribus chalasticis & aptis constrictionibus imminebo, superaddens cataplasmatibus ficus tunsas, absynthij puluerem, uel eius decoctionem, epithimata amyctica ex puluere lauri baccarum, pyretri, castorei, nitri, & cæterorum similium, cærotario commixtorum. Expedit frequenter polyarchion uti. Encatismata uero, uel uapores ex decoctionibus stafilini, dauci, pulegij, uel cæteris similiter diureticis procurabo. Inflationibus diu permanentibus, artemisia admiscenda, aut marrubium, hyssopus, aut baccæ lauri: aliquando casia, & celtica: ex quibus etiam pessaria conficienda erunt. Nam ex ruta uiridi, trita cum melle, pessario semper utor temperato. Superaddo nitrum, uel aphronitrum, pulegium, ficus pingues purgatas, & contusas, cyminum: sed ad eorum sensum mordacem, & calidum temperandum, lactis temperabo commixtione. Si uero duriciam contraxerit, quam alibi mylen appellamus, hanc primo sicuti contra inflationem ordinando contexuimus, adiutorijs chalasticis imminens soluere laborabo. Omnibus supradictis constrictionum accidentibus minora-

ἐγκατισμάτα.

μύλην.

tis, iam conuenit ex paruo leues attentare gestationes, & sub certa declinatione passionis, appetere lauacra, cibos humaniores præsumere, & post resumptionem corporis, anechicis temporibus, omnes ex ordine ciclicas disponere curationes, inguinibus adhibendas. Has semper persolidabit etiam lauacrorum frigidorum consuetudo disposita. A

ἀνεχικὰ tempora.

¶ De ARTRITICIS. Caput IIII.

CONTINGIT interea frequenter certa, & specialis passio fœminarum, ut aut naturaliter aliquando clausæ nascantur, aut uulneribus præeuntibus, ac cicatrice interueniente clausæ fiant, aut præsenti indignationis interuentu penitus concludantur. Si ergo ex caussa præsentis indignationis obductæ fuerint, omnibus chalasticis adiutorijs, ex lege resoluendæ erunt. Sed si ex uulneribus obductæ cicatrices, aut nescio qua illa lege nascendi clausæ fuerint, quod tamen aut digitis, aut oculorum posit fide probari: tunc a chirurgicis consyderata mensura, referandę erunt: ea tamen intentione, ut hæc patefactio, lintheolis, aut alijs adiutorijs patefacientibus diutius distermineur, ne obductæ in se identidem scissuræ recentiores, occasionem claudendi protinus sortiantur. B

Artritica passio.

¶ De CONCEPTIONE. Caput V.

ALIQVAE mulieres, quæ uoto posteritatis longo tempore desyderatæ, afficiuntur, medicos accersfeunt, quas effectus elaboratæ conceptionis, felices & peritas exhibuit. Nosti itaque o Victoria, professionis cōmunis hoc magis esse necessarium ministerium, quæ ex officijs sedulis in his magis rebus experimentum habes, quantum aut gratiæ, aut gloriæ accrescat * medicæ promittenti, si suscæpta conceperit. Vnde licet inscia non sis huius curæ, conceptionem procurantis, attamen disposita tibi, consyderatis omnibus ordinaui, per quæ curandum erit. Prius inquirendum est, necubi officium matricis, aut inclinatum sit, aut conclusum: unde aut modicis purgationibus aperientibus impeditur, aut tempore purgationis, internorum dolore nimio conquassatur. Quod si forte ita res habet, phlebotomanda erit, de talo ꝗ̄ maxime: quo ad inferiora uicinior materia prouocetur. Sic deinde ad ordinationem curæ aduertendum nobis erit, quæ conclusum prius moderate orificium patefaciat, ut purgatione solenni citra offensam disposita, & desiccari, & calefieri matrix possit. His etenim rebus ita dispositis, conceptionis uota facilius subsequentur. Si phlebotomo adhibito, necdum tempus sua secreta cognouerit, tunc oleo dulci, uel anethi-

Alias, * aut medicæ promittenti, aut suscepte concipienti.

C no, uel rutaceo inguina fouenda erunt: & post lana, in eodem oleo calido infusa, contegenda. Tunc cataplasmatibus chalasticis calefacienda: quibus admiscebo aut artemisię puluerem, aut dictamni: quarum etiam in aqua coctarum frequenter uapores exhibeo. Nam & fumigia uaporatis partibus supponi conuenit ex supradictis herbis, lapide gagathe adiuncto. Si his omnibus rite adhibitis, naturalis circa purgationem ordo permanserit, matricis officio mediocriter relaxato, iam adiutorijs conceptionem procurantibus imminendum est. Continuo igitur cum se purgatio citra offensam transegerit, ex diaquilon, uel libiano, pesso cum nardino, uel roseo prius resoluto, encolpismo uti cōueniet. Et post matricis delanationem, ex eodem medicamento, & pesso priore, pessarium adhibere continuis diebus triginta conueniet, usque in diem uenturam alterius purgationis. Quibus transactis, libiano nitrum conuenit commiscere, quod adhibendum erit: post encolpismum, ex subiectis speciebus disponendum. Cardamomum, dictamnum, artemisiam, irim, rutæ semen, omnia contusa & cribellata, oleo dulci & plurimo miscenda sunt: ut ex his ante pessarium fomentum adhiberi possit. Commodius interea fiet, si huic fomento recentes porcinos adipes, aut anserinos ad-

D misceamus. Post quod continuo pessario tali uti expediet. Ficus pingues in aqua decoctas, & tritas, melli misceamus: & ex hoc pessario ijciamus. Desuper uero libianum superimponi conueniet. Deinde interfecti nitri glebam accipimus, & in modum balani collyrium factum, molli lana contegimus, quod super illitum libiano ijciemus. Nullo etenim remedio meliore & magis innoxio, aut corrigi matrix poterit, aut purgari, quam usus nitri suppositione. Postquam uero his adhibitis, quæ sufficere arbitror ad omnia corrigenda, quæ impedimento conceptui esse possunt, iam uti conueniet his duobus sequentibus pessarijs aromaticis, conceptionem maturantibus. Fit autem prius hoc modo. Cęra alba, adipe gallinarum, terebinthina, & nardino oleo. His omnibus ex ęquo solutis, cōagulum leporis admiscemus, & hoc post encolpismum supponemus. Aliud uero omnibus experimentatum usibus, sequens hoc est. Cassiam fistulam, folium, spicam indicam, amomū, in uncijs singulis, omnia cribellata cum staphilino, aut nardino oleo, accępto cōagulo leporis admiscemus: & hoc pessario, ordine adhibito, rite est maturata concęptio. Iam nunc & superiorū pessariorum conuenit subiungere compositionem.

Nota apud ueteres aliud fuisse Nitrū, q̄ quo nunc utimur. Idq; ex hoc loco satis deprehendit; tum etiā quod añ dixit de gleba nitri. Cum hodie q̄d uocatur nitrū, sola decoctiōe e terra eliciat, expurgetq;.

Pessarij Diaquilon compositio.

Pessarium Diaquilon contra omnes conclusiones utilissimū & probatum. Lini semen, altheam, fœnogræcum, omnia æquis ponderibus in uas nouum mittimus, ubi oleum dulce, & aquam æqua mensura adijciemus, ut semina pertegantur. Quæ cum molli uapore coqui & bulire cœperint, undatio, uel spuma quæ supernatauerit colligitur. Cui anserinos, uel gallinaceos adipes, & cætera iungimus, ut

Peſſario moderamentum faciamus. Sic nos Diaquilon peſſarium conficimus, quod ſollicitius ſi fuerit temperatum, unguentū magnum chalaſticum, uel paragoricum faciet. Libianum uero ſic facimus. Ceræ ponticæ ∸ IIII. maſticis ∸ I. ſtoracis ∸ I. adipis anſerini ∸ III. butyri ∸ III. medullæ ceruinæ ∸ IIII. nardini olei ∸ IIII. Hæc omnia ſecundum conſuetudinem tunſa, ſoluta autem miſcebimus, ut peſſarij temperies procuretur. Hæc eſt ordinatio curæ, omnibus mulieribus adhibenda concipere cupientibus, quam breuiter contexímus. Sunt etiam alia quamplurima, ab alijs uarijs coniecturis compoſita, quæ magis cauſticis adhibitis, forſitan poſſint purgationem ſanguinis extorquere. Commodius eſt autem ſic impendere officium medicinæ, ut cum ſuſceptam cauſſam curare cœperis, alia non creetur. Sunt alia duo genera peſſariorum: at ego magis blandis, quam cauſticis, conceptionis cauſa procurandæ, purgationem ſedare uolo, quam extorquere: quibus etiam magiſter meus, & purgationem abſque offenſa ſe procuraſſe frequentius teſtabatur, & conceptionis officia perfeciſſe. Ea ſic conficiebat. Opobalſami ∸ I. peucedani ∸ I. ariſtolochiæ ∸ I. myrrhæ, & croci ſemiuncias ſingulas, medullæ ceruinæ, & adipis anſerini ſemuncias ſingulas: ſemina ſeorſum quæ addenda ſunt cribellantur, & ſolutis ex more miſcentur, & ſic tuſis peſſarium fiat. Hoc primo peſſario exempto, mox tempore ſecretorum poſt balnea ſupponēdum eſt: quod duabus horis continendū erit. Aliud peſſarium, cuius ſequens iſta confectio eſt. Opobalſami uncia. I. opopanacis ∸ I. thuris maſculi ∸ II. cinnami ∸ II. myrrhę ∸ I. coſti ſemuncia. I. croci, caſſię ana ſemūcia. I. hęc ſimiliter contrita, oleo irino commiſcentur, ut paulo pingue fiat: cum uero utendi tempus aduenerit, poſt purgationem & balnea, & peſſarij prioris uſum, uteris neceſſario linimento. Peregiſſe me arbritror ꝗ plurimas ſub conſtrictione mulierum ægritudines, e quibus ſi quas forte minime comprehendimus, ſub uno & ſimuli relaxandi beneficio uiſitandę erunt. Varię etenim pro cauſſarum temporibus, adiutoriorum ſpecies poterunt adhiberi, eadem attamen medendi omnibus uirtus.

A (margin)

Libiani compoſitio. (margin)

Magiſtri teſtimoniū citat. (margin)

B (margin)

¶ De ABORTIVIS. Caput VI.

ABORTIVVM dare nulli unquam fas eſt. Vt enim Hippocratis atteſtatur oratio, tam duri reatus conſcientia, medicorum innocens officium non decet maculari. Sed quoniam aut matricis uitio, aut ætatis impotentia, ſub qua præpropere frequenter partus euenit, fœminæ periclitantur, expedit prægnantibus in uitæ diſcrimine conſtitutis, ſub unius partus ſępe iactura, ſalutem mercari certiſſimam. Sicut arboribus areſcentium ramorum accommodatur ſalutaris abſciſio: & naues

Comparatio pulchra. (margin)

C pressæ onere, cum graui tempestate iactantur, solum habent ex damno remedium. Vnde breuiter huic loco adnectenda, continuo designabo.

Pecus ueteres abortiuũ, seu fœtum immaturnm uocauerunt.

Si ergo necessitatibus, aut ętatis immaturitate, aut uitijs superius comprehensis, pecus molliter subtrahendum erit, his quammaxime consensio faciendum, ut cataplasmatibus chalasticis artemisiæ succos, aut tusæ puluerem misceamus: dictamni quoque similiter. Sic aristolochiæ, sic rutæ seminibus: sic & fomentis, & supradictarum specierum decoctionibus factis uti conueniet, quæ scripta sunt in cura concæptionis, ac sanguinem innoxiæ prouocantibus. His uero sequentibus aliqui usi remedijs, duris forsan corporibus minus obfuisse uidentur, qui sanguinem extorquentes, simul etiam uenientia pecora pertraxerunt. Succum rutæ uiridis potui dederunt, ad neophyta excludenda. Hanc eandem rutam uiridem, cum rancidis nucibus, & cum melle tritam dederunt, asseuerantes pro pessario apponendum. Interea etiã myrrham, & artemisiam, & leucosemen, ex æquo cum succo menthæ, potui similiter post balnea dari debere asseuerauerunt. Item lupinorũ amarorũ puluerem, myrrhæ, & leucosemen: quæ omnia ex æquo cum menthæ succo temperauerunt, ut trochiscos conficerent: quos cum decoctione artemisiæ, aut dictamni dari constituerunt. Alij radicem panacis, myrrhæ, aloes, ex æquo, similiter succum menthę uiridis temperauerunt. Alij collyrium suppositorium facientes, sic se hęc innoxię extorsisse testati sunt.

Νεόφυτα hic uocat abortiua, eo q̃d recenter nata sint.

D Myrrhæ, & absynthij, irios Illyricę, radicis panacis uncias singulas, gummi ∸ II. quas in succo fœnogręci infuderunt. Ex quo mixto cum puluere supradictarum specierum, collyria, uel balanos confecerunt, quos post balnea supponebant. Nam dictamnum cum uino tritum post balnea potui dabant, & continuo pene immaturas animas excludebãt. Sed & ouium fel, in mellicrato dederunt, æque uiolentum. Sic fel taurinum cum nitri combusti puluere, hyssopi cęroto miscuerunt. Aliud. Hyssopi cęrotum. Nitrum tostum, ciminum singularum uncia. I. ficus pingues albas bene tritas ∸ II. cum lacte muliebri pessarium supponẽdum temperauerunt. Sed & nostro pesso utebantur, ex folis pinguibus ficubus tusis, balanos, uel collyria supponentes, quibus nos etiam speciem nitri admiscuimus: sed innoxie etiam purgatio procuratur hoc modo.

Confectio Cęroti hyssopi.

Aliud exclusorium uiolentum. Myrrham tritam, & elleborum felle taurino miscentes, & temperantes pro pessario supponebant. Aliud. Myrrhę uncia. I. ficus pinguis tritę lib. I. galbani ∸ I. aphronitri ∸ III. omnia trita; tusæ ficui commiscebant: & cum usus forte fuerat necessarius, cum melle pessarium ab ijsdem temperabant. His etiam ptarmica adhibuerunt ex elleboro, struthio, castoreo: ut membris omnibus exagitatis, pecus facile extorquere ualuissent. Cõacti etiam aliorum scripta elegimus, inclyta quidem sub illis necessitatibus, si saltem uel non importunis mensibus ingerantur. Sed quoniam his inconsyderate fre-

Sternutamenta ad excludẽdum fœtum.

quenter ita rebus gestis, ui & uapore adhibito specierum, hemorrhoiæ uenerunt, per quas, & uulnerationis pene incurabiles fluxus, læsas fœmina occupauerunt, ad hæc nos quibus ualemus tandem adiutorijs salubribus obuiamus. A

¶ De HAEMORRHOIA matricis. Caput VII.

HAEMORRHOIAE matricis (licet etiam ex alijs fieri soleant) attamen, quoniam omnes una lege medendi curandæ sunt, subiectis earum caussis, adiunctisque omnibus, ut arbitror, sub constrictione passionibus, eisque pertractatis, ad resoluta, & sub effusione laborantia descendimus. Quę, quamuis sępe chronicarum more caussarum difficile liberentur, uaporibus constringendę sunt, ex decoctionibus specierum omniũ stipticarum, quas etiam nunc subiectas admoueo. Myrti uiridis flore, malogranati cortice, & arboris pini, siliquarum folijs, uel baccis lentisci, similiter rosa sicca, & galla, rore syriaco, & cęteris similibus. Item encolpismis imminere conuenit ex croco, hippoquistide, acacia, omphacino, lapide hemathite, lemnia sphragide: omnibus tusis, & mixtis decoctionibus supradictarum specierum, aut succis polygoni, uel arnoglossæ temperatis. Post uero, spongia infusa in pusca, & supposita, muniendæ erunt. Inguinibus uero, lanas infusas succis supradictis imponi suadeo. Expedit interea omnibus superioribus locis usque in mammillas, cucurbitas staltica ignitas imponere: sic etiam inter scapulas diu perseueraturas, sed molliter detrahendas. Epithimata uero staltica, quæ dysentericis ordinauimus, imponenda sunt, quammaxime ex dactylis thebaicis, in uino uel aceto decoctis, ex cærotario commixtis, speciebus quoque, quas nosti competenter posse constringere. B

¶ De Vulneribus MATRICIS. Caput VIII.

SI VVLNERATA ex his Matrix fuerit, quibus uulneribus interius putredo frequẽtius sociatur: aduertis ex egestionibus, quatenus debeas caussę succurrere, adhibẽdo aut trochiscos ex auripigmento, calce uiua, sandaraca, puluere chartę combustæ, & cæteris similibus: quos ita conficito & temperato, ex succis omnium specierum supradictarum.

¶ De Fluxu REVMATIS, quem ῥοῦν appellamus. Caput IX.

SI EX HIS fluxus perseuerans sanguinis, uel humoris, calorem uariantis, molestiam fecerit, quem nos ῥοῦν appellamus, his omnibus superioribus imminendo constringendus erit, uel desiccandus.

C Si quis uero etiam potionibus curare uelit, habet has potiones, a nobis similiter ordinatas, in his autem qui sanguinem uomuerunt, aut dysenteriæ uitio laborarunt, si humanius res profecerint: ut ueluti in chronicis mos erat, aliquando commoueantur, aliquando sub blanda dimissione releuentur: quo tempore cicli nobis iam omnis ordo intendendus erit, & arripiendus. Vomitus prius frequentior adhibendus, quam maxime per radicum acceptionem. Exercitijs paulatim crescentibus imminendum est. Aëris mutationes appetendę. Locis ijsdem psilotra, paropteres, dropaces, & synapismos appono: quibus omnibus perseuerando, uim magnam reumatis, magnis ualeamus adiutorijs superare.

Sane si sanguineus & cum dolore fluxus fuerit, etiam phlebotomo eas expedit releuari, omnibus supradictis stipticis imminendo.

¶ De GONORRHIA, id est, spermatis effusione. Caput X.

EFFVSIONE aliquando etiam spermatis spontanea, & importuna fœminę fatigantur, quod in gręcis nostris γονοῤῥοῖαν appellamus. Hæc quæ in uiris, hoc uitio laborantibus, superius ordinata sunt, etiam

D fœminis conuenit adhibere. Ordinatas gyncciarũ dispositiones, sufficere arbitror principaliũ passionum constrictionis, et relaxationis caussis, ex paruis omnibus adiutorijs, competenter adiunctis. Cætera uero quæ artis officio parturientibus aut disponenda sunt, aut facienda, usu magis quam lectione debes aduertere: ut intelligas quæ pertineant ad salutem mulierum.

¶ Tertij LIB. Finis.

¶ OCTAVII HORATIANI LIB. IIII. ad Eusebium filium, De PHYSICA SCIENTIA.

SCRIBENTI MIHI de Physica scientia, qua te maxime delectari intelligo, sufficere arbitror Menandri comici insigne argumentum. Apud ciues suos cum studiorum annis, magnę scientię laboraret inuidia, produxisse in theatrum fertur suem, partu plenam (hoc enim in loco celeberrimum Atheniensis eloquentiæ auditorium erat) produxisse inquam, expectantibus auditoribus, plenam suem, ibiq; eius exectum uterum in euripo fuisse proiectum. Cumque interfecti pene, ductu tamen naturæ agerentur, Athenienses, inquit, uiri, si in paruis annis scientiam meam miramini, istos natare quis docuit? Hinc aduertere datur, Eusebi dulcissime filiorum meorum, gratum mihi testimonium. Valde enim in te amo laboris mei operæprecium, & quod tu mihi nunc scribenti contigeris auditor. Di-

Menandri historia.

xi, datur aduertere, quantum naturæ uis pateat in omnibus elementis, eorumque femine, atque animantibus, cuius uirtutes non fruftra inter fe diffentiunt, aut fecum copulantur. Alcyonio herba paftæ oues periclitantur: mox radice eius affumpta liberantur. Mulorum fanguis potus, uenenum eft: carnes eorum cibo datæ, funt remedio. Medentur uentris tormento canes, paftæ gramine. Et horrida fus nebulam difcutit, campo pabulata: & iacta per dictamnum excluduntur tela. Et cerui longæui uita, adæfis mutatur cornibus. Et communes Chelidoniæ, communibus herbis, pullorum fuorum declarant oculos. Ad poftremum, natura omniparens, ueluti adiuncta charitate, cuncta animantia profequuta eft. Quæ enim nafcendi fortem tribuit, uiuendi ac ualendi fubftantiam non negauit. Eft enim in omni mundo natura, quæ operetur grande fecretum. Sed illud mirari non defino, cur irrationabilia, & uagæ aues, & agreftes feræ, ad beneficia naturæ propius accedant. Supra contexti dabitis mihi ueniam operis, Patres, Priores. Difputationum enim ueftrarum rationes, morbidorum animalium genus, & his fimilis ætas mundi rudis ignorauit. Pythagoras Aegyptiæ fcientiæ grauis autor, fcribit fingula noftri corporis membra, cœleftes fibi poteftates uendicaffe. Vnde fit, ut aut contrarijs quibus uincuntur, aut proprijs, quibus placantur, conemur. Hinc eft, quod & Romani, Febri ædem ftatuerunt, & quod Quartanas Saturni filias affirmauit antiquitas. In quarum curatione, Democritus inquit, pollutione opus effe: ut funt cædes, & culpę, & menftrua mulieris, & facrarum auium, uel uetitorum animalium carnes cibo datæ, & fanguinis potus. Nam & epilepfin, quam hieran nofon appellauere, fic curare præcipit: efficaciæ potentiam præferens, & uitans inquiri rationem. Sed hæc non nos primi prodimus: fateri non pœnitet: communia funt, quę cum ueteribus fentio. Atqui mea quę fcripfero, in hijs dūtaxat & nos magis pofteris placebimus. Nec mirum, fi nulla circa uiuos fama eft. Sua tempora lector non amat. Hinc eft illud clariffimum Satyri diftychon,

A

Naturæ fecreta.

De Chelidonia herba nota eft fabula. Vocat aūt & aues, & herbā ipfam cōmunes, q̄d ubiq; fere reperiant.

Sermonē uertit ad priores, uidelicet philofophos, atque phyficos.

B

De æde quidē Febri ftatuta, uide Plinium libro. 2. cap. 5. Quod autem quartanas Saturni filias uocatas ait, ob eis morbi raritatē malitiamq; dicit. Nā Saturnus īter planetas reliquos natura piger atq; malitiofus ab aftrologis effe perhibetur.

Parua coronato plaufere theatra Menandro,
Riferuntque fuum fecula Meoniden.

Nam & Magifter meus, quo me ufum effe præceptore præmiferam, dum uiueret, bellus habebatur, qui nunc orbe toto Vindicianus celebratur. Et profecto nullius unquam uirtus, digne fuo feculo honorata eft: uel quod inuidiæ, fortunæque locus inter uiuos maneat, uel q̄ a miferiæ orto defyderio celebretur poft fata probatio.

Vindicianus hic fuit archiatrus Valentiniani Imp.

Herba polygono coronatus, quam quis Luna decrefcente fuftulerit, dolore capitis caret. Similiter etiam herba illa, quæ forte inuenta fuerit in capite ænearum ftatuarum. Nam & reliquias bouis potantis fi quis biberit, moleftia capitis releuabitur. Spu-

Ad Capitis dolores.

C ma uero eius fronti illita, lege ſecretiore naturæ, graues inquietudines capitis ſedat. Et cornicis cerebrum, quolibet genere accæptum, paria facit. Similiter etiam muris cerebro comeſto, natura omniparens, magnum remedium caput dolentibus præſtitit. Ferulæ quoque combuſtæ cinis, oleo mixtus, fronti uel capiti illitus, inquietudines capitis ſæpe ſedabat. Tantum etiam de uulturis cerebro, mixto oleo perunctum caput, frequentius liberatum eſt. O quantum naturæ uenerationis debetur. Nam magnes lapis admotus capiti, ex altitudine latentes morbos eripuit: & nidis hyrundinum mox expoſitus, atque cum aceto contritus, frontique illitus, par beneficium procurauit. Hæc Phyſica remedia ſufficere arbitror caput dolentibus, & hinc etiam de epilepticis quædam ordinauimus. Remediorum recte adhibitorum efficacia, ſemper cauſsarum bonos exitus confirmauit. Latentes epilepticos, Gagathis lapidis admotum fumigium, ſemper repentinis caſibus publicauit. Hoc de araneis parietum, hoc de ſtercore canum fumigium ſimiliter facere conſtat. Nam & opertos caprarum pellibus, ſi in aquam ingredi facias littoris, infuſis plantis, & tectis, epilepſiæ paſsio commouebitur. Similiter etiam ſi nares eorum opobalſamo tangas, ſollicitius epilepticos publicabis. Et acaciæ pulueres ſi cum aqua calida accæperint, & ſi continuo correpti fuerint, inſanabiles erunt. Sin uero febrierint, facilius liberantur. Hoc de prodendis, uel cognoſcendis epilepticis ſcripſimus remediorum, nunc opus eſt ordinatione.

Contra Epilepſiam.

D Peoniæ radix magnũ præſidium præſtat, ſi continue potata, frequentius odoretur. Sic Alicacabi, ſic nycteridis radices medentur. Ex corio frontis aſini, facta ueluti faſciola, eorum articuli conſtringendi ſunt, & dextri eius pedis ungulæ portatus circulus, pari conditione medebitur. Interea caprinas tunc tantummodo carnes comedentibus, camelorum medulla, oleo roſeo reſoluta, tempora capitis, ſtomachus, & totum pectus matutinis horis perungendum eſt. Ex ſanguine muſtelarum unguentum commode adhibitum, par præſtitit beneficium. In ipſis uero commotionibus, ſi ſanguinem de eius pedum digitis elicias, quoquo pacto, & eius frontem ex eo tangas, & labia, continuo exurgit. Tunc etiam aſini lotio aſpergi conueniet. Addo interea, quod ille ait, ſi mihi fas audita loqui, quod neceſſitas procurandæ ſanitatis extorquet, eodem lotio aſini potari eos debere, & hyrundinum ſanguinem, cum thuris maſculi puluere, ſub æqua ponderatione, cum oxymelle ſimiliter ſumere. Sic alij ueteriores ſub certo ſecreto naturæ, excepto capite ac pedibus, cæteras muſtelæ reliquias, atq; partes corporis obtulerunt, ex cuius cibi beneficio, moleſtiam paſſionis frequentiſſime declinauerunt. Aliud. Vina multum acria horis matutinis data, diebus triginta continuis profuerunt.

Pari forma, etiam ex teſta cerebri aſini combuſta cinis datus profuit.

Sic altheæ ſuccus, ſic cöagulum leporis, in modum grani erui per dies xxx. miniſtratum, horis matutinis, epilepticos liberauit. Nam & mulieribus menſtruantibus, hoc uitio laborantib. cöire conueniet. Hæc epilepticorum præcepta, et probata remedij cura diſpoſita, deinde reliqua, ut potero, uaga, & diſſeminata remedia collecta deſignabo. Hybiſcū, & caricas diſcoctas, & tritas diligenter, ubi admiſcueris, admiſces paſsi calicellum plenum, modicum axungiæ porcinæ, quaſi unciam, & pollinem de hordeo, ita ut hybiſci, triti, uncias. II. caricarum unci. II. non febricitanti admiſceas, cum quantum merum eſt. Febricitanti autem, aquam de hybiſco, & caricis ubi bulierit, hoc cataplaſma impones, & uſque in alterum diem mane habeat. Et item alia ſimiliter facias, per dies quinque. Poſtea diameliton ſolues cum cæroto, & pones: deinde iunges in ipſa diameliton, etiam aliquantum deſpermaton: & cum melius habere cœperint, das potionem athanaſiam in aqua calida, & cochlear unum mellis, & cochlear unum aceti. Hoc per triduum facis, & ſi uſus exegerit iterum repetis cataplaſma. Ad Veſicæ autem dolorem, coquis aquam de fœnogræco cum hybiſco, & fomentabis ſuper pectinem, de aqua calida, ita ut ante oleo calido omnia loca quæ patiuntur perungas. Quæ cum facis, ſedebis ſuper peluim maiorem, & leuiter fomentabis: ne loca contundantur. Poſtea detergis diligenter, & facis cataplaſma de fœnogræco, & lini ſemine, & polline hordeaceo, in aqua & oleo, ac modico melle cocta, cataplaſma inducis, et ponis. Omnia loca cum ipſis quoque teſtibus percooperis. Hoc tamdiu facis, donec dolor recedat. Deinde decoquis adarcem, origanum, & petroſelinum, & ſic dabis potionem cum modico melle. Medicamen autem diameliton ſolues cum cæroto molliſſimo, & cum adipibus pollinis, uel porcellinis, & medicamen baſilicon, ita ut ante clyſterizes eum qui patitur, exinaniendo ſtercus totum, & ſic curabis eum. Confectio medicamenti ad matricem curandam, uel menſtrua prouocanda. Primo diffumigatur mulier ſedens, de ſtorace, ante quinque dies quam menſtrua ei ſolent uenire, et encolpizatur pigmentis, quæ inferius ſcripta ſunt. Diaquilon unc. I. baſilicon ſemuncia una, cæræ punicæ ÷ I. adipis anſerini ÷ I. oleo libyacio quantum neceſſarium fuerit. Species autem ſolues cum oleo liliacio, ita ut medietas cum aqua ſupra focum buliat, & alteram medietatē cum ſupradictis medicamentis & olei uapore facias caleſcere, ut ſic ſoluantur. Et cum cœperis uelle encolpizare, antea uētrem eius cura de ſuccis ptiſanæ, fortiter diſcoctæ, immixto clyſteri oleo anethino. Et poſt iſtam iniectionem, ſi purgatio Menſtruorum plena non fuerit ſubſequuta, dabis ei puluerem picræ cum uino, & melle, & calide permixtum. Sed ante quartum diem conſuetę purgationis, ita cura, ut antequam encolpizes, primo de ſucco ptiſanæ decoctæ cum anethino oleo, uentrem cures, & ſic encolpizes: & hoc uſque in diem purgationis, ſi neceſſe fue-

A

Ad Veſicæ dolorem.

B

Ad Matricē, & Menſtruorum prouocationem.

C rit, bis in die facies, & nunquam anhelitum uel dolorem stomachi patietur. Hygna dicitur solutum collyrium. Et dicitur Panchriston. Facit autem ad multas passiones, & est approbatum. Ad synanchem, penna illita faucibus, eam soluit. Vlceribus uero aurium prodest cum melle attico, & uino, æquali pondere solutũ, calefactumq́, ad aures immissum, & non effusum. Vlcera locorum omniũ emendat, pręcipue tamen oculorum foris illitum: duricijs etiam palpebrarum sic confectum quoquo modo se habeant, si penna molliter inungatur, uel tangatur. Asperitates uero deintus ueteres palpebrarum sanat: albedines, suffusionis membranorum, de oculis expurgat omneis. Morsus omnium serpentum curat: siue intrinsecus potu datum in uino, & oleo bono, pari mensura quantum sufficit calefactum: seu deforis penna illitũ, bene sanat. Cuius compositio talis est. Aeraminis combusti unc. II. mysi assati semunciã, myrrhæ troglodítis unc. I. croci semuncia, passi cretici heminã, piperis communis semunciam, uini aminęi candidi quod sufficit. Vniuersa cum dimidio uini in mortario teris, per dies numero. xxij. Proinde reliquum uinum permiscens cum passo cretico coque. Agitatũ transcolas in trullionem, sed immittis simul supramemorata de mortario, in ipsum trullionem: tunc uero leuioribus carbonibus impositum trullionem, omni

D hora agitas, ne illa quæ grauiora esse uidentur, in fundo remaneant, & comburantur: ergo mouenda sunt sine intermissione. Et quum feruendo, in modum mellis deuenerit, infrigidatũ uase uitreo seruare debebis.

Hygnæ operatio mirabilis.

Ad Conceptionem. Leporis uuluam assatam teris, & dabis in uino mero, in balneo sabanis insidenti bibere, ieiune. Si ipsa die uel nocte tacta fuerit a uiro, concipiet. Ad conceptionem experimentũ. Nardum asianum, uuam uero passam creticam purgabis, ut tollas grana quę habet, & myrrhæ troglodítis modicum, teris diligenter more collyrij. Sic enim probabis. Ad rostrum applicas, & labia inde fricas, si dulce est: sic mulier utatur. Si uero amarum, adauges uuam passam, et cum lana pessarium factũ suppones per dies. xxx. Etiam si στεῖρα est, concipit. Et pariter præparamus uiro. Rutam agrestem tere, & inde ueretrum line, statim excalescit. Postea si non pausauerit ueretri tensura, idem ueretrum oleo unges. Inguina si a caballo indoluerint, oleo rosaceo tanguntur in balneo, & extra balneum. Si autem cum rubore nimio, aut ustura fuerint, cum cerussa permixta liniantur.

Ad Conceptionem.

στεῖρος, sterilis dicitur.

Ad Perniones. Alumen scissum in aceto acri infundis, & post diem agitabis, & pedem perunges.

Ad Perniones.

Ad Lumbricos. In ollam fictilem mittis mentham usque ad medias, & desuper myricas, usque ad summum, & implebis ipsam ollam aqua, & decoques omnia. Bibere dabis habenti lumbricos ieiuno, omnes per inferiora egerit.

Ad Lumbricos.

Ad Menstrua mulieri prouocanda. Rutæ succi cyathum unum calefactum ieiuna bibat. Fortius autẽ prouocat, si ieiuna lauetur, & sic biberit, antequam balneum intret. Sanguis si huic cur-

Ad Menstrua prouocanda.

rere cœperit, surculus ipsius rutæ, de cuius folijs succus expressus est, in ignem mittatur, & sanguis se stringit. Potio ad Luem. Cucumeris syluatici radicem quantum habueris, mittis in mortarium, & teris cum folijs tenerioribus semperuiuæ, apij, & coriandri. Cum bene triueris, adijcies mel, & grana piperis imparia, quot uolueris, & uniuersa temperabis, & stanno seruabis, & ieiunus uteris. Et si quis apprehensus fuerit, hanc potionem cum acceperit, statim foris exit omnis lues ab illo, & sanus erit. Sed & qui epulatione usus fuerit, aut qui seruierit ei qui lue tenetur, nunquam noceri poterit. Chalasticum quod ostendit Titianus uir clarissimus, imponendum in aluta pedibus dolentibus, & ligandum fasciola, & desuper udones induendos. Cæræ punicæ unc. I. resinæ frixæ, p°. I. resinæ terebinthinæ ∻ I. axungiæ porcinæ sine sale, de porcella uirgine, uel etiam de pluribus p°. I. hæc omnia in cacabo soluis: mittis postea cæram, & desuper nitri alexandrini bene triti ∻ I. & agitando bene commiscens, seruabis in fictili. Ad Hemitrytim, unde fiunt chardiaci, & phrenetici. Mala cytonia sicca trita lauato, & mittes in ollam nouam cum aqua fontana, & decoques, & ipsam aquam bibere dabis. Antidotum Diarobum facit ad pectoris dolorem, & stomachi, & iocinoris, splenis, uesicæ, ad hemoptoicos qui sanguinem uomunt, uel expuunt, ad indigestionem, inflationem stomachi, tussim siccam: & ad tussim suspiriosam, id est, qui fortiter suspirant: nauseæ prodest, & saliuis abundantibus. In his necessitatum uniuersis doloribus, cochleare plenum ieiunus manducet: per triduum senties beneficium. Cuius compositio talis est. Mastiches, petroselini macedonici, oxypiperis, quod in usu est, unciæ singulæ. Item hyssopi cretici, irios Illyricæ, rutæ uiridis unciæ binæ, nuclei pinei unci. IIII. Quæ sicca sunt tundi & cerni debent: rutam autem cum nucleis pineis, & mastichem, in mortario fictili aspero detere. Hæc, quum bene fuerint malaxata, postea quę sicca sunt iungantur, & terantur simul. Desuper autem mitti oportet mellis summi, quantũ sufficit: uniuersa confecta in uas uitreum missa, signataque seruari debent. Decomai antidotos Terentij Eutichiani diatessaron. Facit ad digestionem, & ad urinam prouocandam, & colum. Cuius cõfectio talis est. Petroselini macedonici, piperis, innulæ, feniculi semina æquis ponderibus tusa, & cribellata, melle bono sufficienti despumato terendo iunguntur, & dolio uitreo signata seruantur: cum necesse fuerit, dabitur ita. Ad digestionem cochleare plenum comedendum. Si autem mane stomachum indigestum habet, similiter cochleare plenum comedat. Ad urinam uero prouocandam, in balneo, uel in sole stanti, cochleare plenũ soluis, in duobus cyathis aquę calidæ, & bibendũ dabis. Colicis quoq; in aqua calida, ubi apiũ fuerit decoctũ, solutum, plenũ cochleare bibere dabis: triduũ tribus post cyathis aquæ salsæ. Antidotos faciens ad omnes dolores interaneorum.

A — Potio contra luem. — Titianus medicus. — Ad Hemitrytin. — B — Antidoton Diarobi compositio. — Antidotum Terentij.

C Hyſſopi cretici ÷ II. calaminthes creticæ, pulegij ſine fumo, petroſelini macedonici, ſiſeleos uncias ternas, apij ſeminis unciã .I. libiſtici ſemunciam, thymi Hiſpani florum ÷ I. piperis ſemunciã, gingiber ſemunciam, tuſa & cernita cõmiſces cum melle bono deſpumato, & confectum, uitreo ſignatũ ſeruabis. Ex hoc ieiuno dabis cochleare plenũ. Diamoron ἁπλοῦν .i. ſimplex. Mora ſyluatica, triduo in cacabo mundo habentur. Poſtea exprimũtur ex his ſextarij ſex: quibus iunguntur mellis ſextarij tres cõmixti: ſimul colantur, & in cacabo ſtannato coquũtur ad tertias. Seruatur in dolio uitreo. Datur ex hoc ad uulnera faucium, dentium dolori. In acerrimis febribus conſtitutis, tẽperatur ex aqua calida, uel ex frigida. Sed in aures hulceratas ad cochleare fundet, et obturabitur lana.

Diamoron ſimplex.

Diamoron Sebaſti.

Diamoron Sebaſti, id eſt, ſuccus de moris ſyluaticis, quę collecta in cacabo triduo ſint, quarta die exprimẽdi: ex his ſextarij ſex, croci unc. II. aluminis ſciſsi ÷ II. corticis malogranati ÷ II. ſuccus de moris, & mel, & ſuccus labruſcę bene cõmiſcentur, et colant, & deſuper imponunt trita, & cribellata, et iungunt. Crocus ante triduũ infundit in ſucco labruſcæ, ut facile teri poſſit. Decocta ſimul uſq; ad tertias, uitreo ſeruãda ſunt. Facit ad faucium uulnera, & totius oris: ſed & ad carnes quæ ſupra dentes naſcuntur. Acopum dyaciſſum. Baccas lauri numero .c. pilas cypreſſi numero .xx. herbę ſauinę foliorũ libram .I. reſinę pituinę lib. I. germinis

Acoptum Dyaciſsum.

D hederæ unc. IIII. olei ſabinenſis lib. IIII. fœnogręci ſextariũ .I. cęræ rubræ lib. I. præter hæc gummi, reſinam, & cæram, in cacabo infundis in aquæ fontanæ ſextarijs. II. & olei libris. IIII. per triduũ: quarta die decoques, quæ infuſa ſunt, leui foco, quamdiu aqua abſumatur. Gummi uero teres cum oleo modico iam cocto, uſque ad leuitatem. Reſinam autem, & cætera cum reliquo oleo reſoluta leui foco, colabis, & tepefactum ſupra gummi immixtum, agitabis de ferula. Quod medicamen, dolio uitreo ſeruabis. Facit autem ad totius corporis frigdorem: & ad Iſchiam, & podagram utiliſſime prodeſt. Ad ſanguinem uomentes. Semen ſalicis unc. I. tritum cum uino auſtero, permixtum ieiunus accipiat. Sanguinem reſtringit, et uitium emendat. Confectio Saccomellis. Vuæ acerbæ ſuccum ſextarios. II. quem ſuccum cacabo ſtanneo per triduum ſeruabis, ſupra miſſis grauis ſalis marini tribus, ita ut omnes fæces in fundo reſideant. Exinde mittis ſucci limpidi ſextarios. II. mellis deſpumati ſextarios. III. Coques leui foco uſque ad tertias. Quod de ferula agitabis: frigidum factum, uitreo ſeruabis. Facit ad nauſeam reſtringendam, & uentris fluxum, et initia eorum qui ſanguinẽ uomunt. Sed & dyſenteriæ incipienti, cum aquæ puræ menſura dabis: febrientibus tepidum, cæteris frigidum. Ad ſanguinem de ano fluentem. Malogranati corticem tuſum, & bene cribellatum, in aquæ calidæ cyathis II. totidemque uini, & cochlearia ſingula pulueris per triduum da bibere, & reſtringit. Ad dyſentericos. Ouum gallinacium cum aceto

Ad uomitum ſanguinis.

Confectio Saccomellis.

Ad Hemorrhoicos.

Ad Dyſentericos.

A

frig:s,& das manducare ei qui patitur per dies ſeptem. Ad dyſenteri=
am. Fragmenta de mola ignifera facies: & cum bene incaluerint, lapi=
des ipſos in lacte caprino extingues: & illud lac bibere dabis. Ad eos
qui cum tormento urinam faciunt. Siſymbrium ex aqua coque, & tere
limpide,& da. Bibat cum careno ieiunus, ex aqua ſupra memorata.

Ad difficulter urinantes.

Ad Lumbricos. Herbam centauream decoques ex aqua, in olla no=
ua,& dabis per triduum: bibat cyathos ternos, uel quinos. Ad omnia
etiam interanea facit. Ad capillos in capite raſos, ut ſpiſsi renaſcan=
tur, qui ex infirmitate graui ceciderunt. Caput nouacula eradendum,&
liniendum ex hac unctione, cuius compoſitio talis eſt. Thus Dacicum,
gallas, inulam, myrti nigri ſeminis uncias ſingulas, omnia tundis, cri=
bellas. Poſt ladanum in uino uetere infuſum, unc. II. per triduum deſu=
per in mortarium miſſum adijcis, & ſimul conteris uſque ad limpidita=
tem. Cumq; ſpiſſare cœperit, tantum nardi boni campani deſuper mit=
tis, ut in modum cæroti ſtrictioris deueniat. Perfectum plumbeo repo=
nitur uaſculo. Vteris poſt raſuram quouſq; capilli denſentur. Ad de=
nigrandos capillos. Gallas acerbas numero. x. ſpicam celticam, muſcum
gallicum, myrti nigri ſemuncias ſingulas: oua coruina tria, gallas, ſpi=
cam, ſemen myrti, tundis, cribellas, et poſtea in mortario medicinali te=
ris, cum uini ueteris quartario uno, per triduum: quarta die deſuper ad=
ijcies oua,& in uino commiſcebis. Confecta plumbo ſeruabis. Quan=
do uti opus eſt, oleo lentiſcino, & uino ueteri reſoluta infectione uteris,
ita ut ſolutior ſit,& poſsit omnibus adhærere capillis. Sane ſub hora in=
fectionis, oleum intra os habendum eſt, ne dentes nigrentur. Medi=
camentum Phiſophiani, quod dicitur Cyſopharmacum, unice faciens
ad paſſiones has. Ad ulcera chironia, ad ulcera recentia, ad luxatum,
ad præciſuram, ad ſcabiem in capite, ad parotidas, ſeu glandulas, ad ul=
cera naturæ, ad contuſionem & tumorem, ad deiecta, et fracturam, ad
carbunculum, et furunculum. Etam ſi in mammillis mulierum ulcera,
uel duricies natæ fuerint. Ad faucium tumores aforis, ad ſcabiem, ad
ragadium, ad exochadium. Cuius medicaminis compoſitio talis eſt.
Cæræ rubeæ, & ceræ punicæ, libras ſingulas, opopanacis uncias. II.
Oleum autem ſecundarium, pinguiſſimum tantum mittere debes, ut pi
gmenta tegantur: reſoluta in cacabo mundo colabis, et ad ſupra memo=
rata uteris. Diaherpillum acopum. Serpillum, fœnogræcum, iunci
radices, roriſmarini libras ſingulas. Hæc omnia in uini ueteris ſexta=
rijs quinque infuſa ſint diebus quinque, die ſexto olei ſabini mittis ſexta
rios quinque, leui foco impoſitum, eo uſque coquitur, ut uinum abſu=
matur. Poſtea mittis ceræ punicæ, uncias. XIIII. Facit autem podagri=
cis, artriticis, ſpinę dolori, Iſchiaticis omnibus mirifice prodeſt. Et Dia=
citrium acopum, cuius confectio talis eſt. In cacabo aquæ feruentis de=
ponitur alia ollicula ærea, ita ne aqua illic intret olliculæ: cui hæc mit=

Ad Lumbricos.

Vt Capilli creſcant.

Ad Capillos nigros.

B

Compoſitio Phiſophiani medicamẽti.

Acopum Dia herpillum.

Diacitrium.

C tenda sunt. Citreum uiride acerbum, peucedani uiridis p°. I. olei sabini sextarij. II. sub ipsa die simul coquuntur ad feruorem aquæ bullientis: ollicula habeatur, ubi citreum est cum cæteris. Postquam hæc decocta fuerint, oleum colatur in cacabo, & desuper mittitur ceræ punicæ libra. I. agitatur quousq; soluatur cæra. Confectum in uas uitreum reponatur. Facit ad ea ad quæ & Diaherpillon, id est, podagricis, artriticis, spinæ dolori, & Ischiaticis. In aure uulnus si fuerit, excauas malũ granatũ, et mittis illic myrrham, pediasimos, mel, & acetum, & ad dimidium coquis, & eo mittis tepidũ, per foliũ lauri, oteniten, sanat. Alij pro myrrha aphronitrũ mittunt. Ad Hydropem. Vituli masculi stercore cum aceto acri permixto, spisse uenter liniẽdus est, ita tamẽ, ut ante ipse hydropicus toto corpore dropacetur. Ad Hydropem. Squilla, id est, bulbus sub prunis furno assatur. Deinde circumpurgatur, & medietas eiusdem bulbi in aqua coquitur: posteaquã coquendo colorem mutauerit, tollitur. Ex quo bulbo scrupulus unus, & dimidius teritur cum oxymelle, tribus cyathis calefactũ, bibendum datur. Oẽm calamitatem per urinam euacuat. Ad Hydropem. Lomentũ fabacium bene cernitum, & cineres de fornacibus optime cernitos, æquis ponderibus adunatos, in aqua calidissima conspergis, & facis cerotum in modum cataplasmatis: inducis pannis duobus, ita ut unũ habeat in ante, et alterũ retro: oẽm D calamitatem humoris, aut per anum digerit, aut per urinam. Ad Hydropem, quod monstrauit Leoparda. De lupo, si uiro, de masculo: si mulieri, de lupa, remedium faciendo, cor seca totum, & pulmones. Omnia simul cõburis. ita ut carbones fiant: quę teri, cerni, id est, cribellari, & in puluerem redigi debent, & uitreo seruari signata. Cum necesse fuerit, uinum bonũ, sed non uetus mittis in ollam fictilem nouam, & de pulegio quod fumo tactum non est, facies fasciculum, & ex eo facis agitari ipsum uinum. Posteaquam perbullierunt, facies potionem, & tepefacta potione cochleare plenũ pulueris das bibere ei qui patitur, per triduũ.

Oteniten uocare uidetur morbũ auriũ, ἀπὸ τῶν ὤτων, id est, auribus effictο uocabulo.

Ad Hydropem.

Ad Hydropem. Quod monstrauit uxor Nomenclatoris. In ollam fictilem nouã mittis unam radicẽ de costo, et de folio malobathro tres surculos crassos, & fasciculum qui de publico emi debet feniculi: bulliant hæc omnia in olla cooperta. Ex eo mane unã potionẽ bibat, & sero qua hora se collocat unã. Ad Hydropem, potio expermentata Cornelio. Scyllæ purgatæ, id est, bulbi crudi minutatim concisi p°. I. uini aminei uetustissimi sextarios. III. in fictili per triduum infundis, & uas die quarto foco leui imponis, & coquis quousq; uinũ ad tertias ueniat. Sublato uase de foco, partes scyllæ proijcis expressas, succũ uero uitreo seruabis. Ex hoc quando opus fuerit quartariũ hydropico ieiuno calefactum dabis. Locis autẽ externis tumentibus, aut inflatis, aut humore plenis, stercus bubulum cum parte aceti resolutum, spisse imponis tamdiu, quousq; ad limpidam sanitatem patientia loca perducas. Sane de succo pri-

ore ter singulos quartarios dabis, id est, triduo, intermissis singulis die- A
bus. Ad Hydropem, quam frequenter experimentauit Eugamius. Confectio. Columbi agrestis, uiui, integri, cum pēnis suis exusti, in olla fictili in cineres cōuersi: et ex hijs quantū tribus digitis leuare potueris, & herbę sabinæ, tusę, cribellatæ tantundē, & myrrhę trogloditicæ quantum tibi uidebitur, in uini meri aphri calefacti cyathis duobus, ieiuno digesto bibendum dabis. Primo tamen die sentiet beneficiū potionis, ita ut per urinam satis mittat. Alij incipiunt subito, & per nares mittere humorem. Ad dolorem uentris, & ad tortionem experimentatū a Cor- nelio. Calaminthę, nam sic est herbę nomen, pulegij sicci sine fumo, Petroselini, libistici, unciæ singulæ: siseleos, apij semen, gingiber, iuniperi, thymi Hispani, piperis, quod in usu est, uncię binæ, mellis optimi despumati quantū tibi uidetur, omnia hæc tunduntur, cribellātur, & in melle despumato coniungunt. Reponuntur in uitro. Quando uero opus est, in aquæ calidæ cyathis tribus, ubi apium fuerit decoctum, dandum antidotū modo nucis auellanæ. Τὸ διαλθαῖον, si sub hirco scabies exierit, aut duricias facit, & ad loca dolentia uniuersa, pręcipue tamen ad humores, & duricias, et apostemata prodest: æque carbunculis, clauulis, et furunculis. Cuius compositio talis est. Spumæ argēti, olei cōmunis, libras sin- B
gulas, galbani ∸ IIII. ceræ rubeæ, resinę terebinthinę libras singulas, hybisci radicis fasciculos. IIII. Spumā argenti cū oleo in mortariū mittis, et teris usque ad summā limpiditatem. Resinā, cæram, cū galbano, foco leui imposita soluis in cacabo: deinde colas, & iungis cū spuma argenti, et oleo detritis. Hybisci aūt radices detergis, & postea lotas in pila tundis, & in mortario fictili, pistillo ligneo teris, quousque bene sit detritum. Paulatim iungit cum supra memoratis, & terendo adiuuant: confecta in fictili seruātur. Musę trochisci uirtus prodest his passionibus. Capitis dolori, & oculis sępe reumatizantibus, si ex aceto resoluto, tota frons liniatur. Auribus humore plenis, aut uulnera habentibus ex uino austero, & melle resolutū, auribus infundit. Gingiuis putridis, aut sanguine plenis, uel dentibus luxatis, in puluerem detritus, aut digito, aut melle intra os mittitur. Nariū ulcera inueterata diuturno humore, ex uino austero resolutū, et intermissum sanat. Vlceribus omnibus forensibus, cum lintheolis linitum, & impositū prodest. Fluxui uentris ex sanguine assellantibus, seu rasuram cum putredine facientibus, ex uino austero cocto in myrto, quantum ęstimaueris, uel certe quasi merum, per pessarium inijcis, mirifice prodest. Ad ulcera chironia lintheola infusa imponuntur: & ad carcinomata, & ad omnia uulnera uetera. Ad naturam dolentem in aqua tritus spissus liniatur, & lintheolum infusum ponitur. Paronychijs ex aqua tritum sæpe inunges. Cuius trochisci compositio talis est. Aluminis scissi ∸ III. aloes indicę ∸ III. myrrhæ ∸ II. croci ∸ II. crocomagmatos ∸ III. calchanti. II. malogranati caliculos qui primi nascū-

Ad uentris dolorem.

Compositio Dialtheæ.

Trochiscorū Musæ uirtutes.

Trochisci Musæ.

C tur,anteq́ꝫ poma fiant ÷ IIII.æris floris ÷ II.Cortices tūdis & teris:cro
cum aut uino amineo,aut phalerno infundis. Quod alio die tollis de ui
no,et in mortario teris.Cum tritū fuerit, adījcis & cęteras ſpēs deſuper,
& ad menſurā cochlearis cōteris,cū melle ſufficiente, et uino bene ſuba-
ctū.Ex eo trochiſcos facis ſiccatos,et in aluta molli ſeruabis,et loco ſicco
reponis in uitro:ad ſupradicta de experimētis. Ad Lumbricos. Cor-
nu ceruinū ſecas,et ſcobē ipſius cū mellis modico,in aquę calidę cyathis
tribus dabis bibere. Ad profluuiū,a me tertio hæc duo remedia ſunt
experimētata.De capillis ipſius mulieris,qui excidunt qn̄ ſe ornat cum
mataxa,facit in medio nodum, et in arbore quacunq́ꝫ pomifera liget de
ipſis capillis unū nodum,q̊s capillos illic relinquat in arbore aliena.Mu
lier manifeſte ſanat̃,arbor autē arida fit. Ad Veſicā.Carbones de ar-
bore perſicæ ÷ I.pice p°.I.reſina p°.I.oleo ÷ II.cęræ ÷ II.aceti potio-
nem,laminā cyprinam ÷ II.quæ terenda ſunt cū aceto in mortario me-
dicinali per triduū. Quarto autē die decoques. His in cacabū miſſis, ac
reſolutis, et cum oleo tranſcolatos,miſceri illud oportet:q̄d in mortario
fuerit tritū,adunatum exagitatur,quouſq́ꝫ in modū emplaſtri deueniat:
lintheolo inductū ponitur. Ad Epar,et ad Splenem.Eupatorium,co
ſtum,gentianā,ariſtolochiam longā,ariſtolochiam rotundā, baccas lau
D rí mūdas ſine cortice,piper,oīa æquis ponderibus tundis, cernis: uitreo
ſeruabis. Cū neceſſe fuerit,dabis in tribus cyathis meri uini,ueteris,cha
laſtici,cochleare plenum. Si autē febriunt,in aquę calidę cyathis tribus.
Ad Coli dolorē.Thymum hiſpanū tundis,& molliter cernis, & das
die primo cochleare.I. die ſecundo.II. die tertio.III. Si febriunt,in aqua
calida:ſin minus,in uini ueteris cyathis trib. Ad dyſentericos.Conthi
liū,anchuſam, amylū alexandrinū æquis ponderibus tuſa, et cribellata,
in ouo ſorbili cochleare plenū ieiuno,et poſt cęnā dabis. Aliud Euſe-
bij, ad Dyſentericos.Vuæ ſyluaticę adhuc acerbæ, folliculos cū granis
ſuis, p̄iectis uero ſuccis,ſicca utraq́ꝫ tundis,cernis,et in uitreo dolio ſer-
uabis:ex hoc in trib.cyathis uini ueteris meri cochleare plenū.Febrien-
tibus uero cū omphaco & melle. Ad idē.Membranā exterioris uētris
gallinacij,quā coci ſemꝑ proijciunt,ad ſolē ſiccabis,ita ut ſint.XXV.tūn
dis,cernis cū gallis aſianis.II.ex quibus puluerē factum,pariter miſcebis
cum amylo alexādrino:cochleare plenū ſemel. Ad Colum.In balneo
poſteaq́ꝫ te lotus ꝑ ſabana ueſtiueris,et ſederis,dicito intra te, per te dia-
cholon,diacholon,diacholon. Ad Calculū Porphyrij.Braſſicā bene
ſiccatā teris,et piperis pondus duplū:itaq́ꝫ cribratis,et in ſe mixtis,coch-
leare plenū dabis in potione. Ad fluxū ſanguinis de naribus experi-
mentatū. De ipſo ſanguīe nomē eius cui fluit,literis latinis in fronte ſcri
bis ad cannā,et ſtatuiſti. Ad idē experimentatum. Calchitide trita ſi
lintheolū in cortinæ extremitate tetigeris,et intra nares miſeris,ſtatuiſti.
Hoc & ſi de diacharto feceris,idē ualet. Si autē nimius ſanguis currit,

Ad Lumbricos.

Ad Profluuiū mulierum.

Ματαξα ſyricū dicit̃. Forte alludit ad Fila ſericia, quibꝰ fœminæ capillos coercent.

Ad Veſicam medicamentum.

Ad Epar, & Splenem.

Ad Colidolorem.

Ad Dyſentericos.

Ineptia magica.

Ad Calculū.

Ad fluxū ſanguinis mariū.

hoĩs pedes in aquam frigidiſſimã depone, et ſtatuiſti. Ad idẽ experi- A
mentatũ. De cacabo, ſiue æreo, ſiue fictili, fuliginẽ tritam per cannã infu
ſam, ſi intra nares miſeris, ſtatuiſti ſanguinẽ. De Cõmai, ad hordiolũ
qui in oculo ab ſe naſcit̃. Galbanũ, thus, et mãna in ſe ex æquo pondere
cõmiſces, in lintheolo inductũ pone. Ad Epar. Coctum eupatoriũ, lu Ad Epar.
pinũ crudum, æquo pondere tunſum, creta cõmixta dabis cotidie in ui
no cochleare plenũ, in trib. cyathis mellicrati calidi. Ad idem. Guttæ
am̃oniacę ÷ III. coſti ÷ I. petroſelini macedonici ÷ I. feniculi ÷ II. Hęc
quatuor tundunt̃, cernuntur. Mellis autẽ Attici libras. II. ſemotim bul-
liunt, & ſic deſuper ſupramemorata mittunt̃. Ex eo ieiuno danda ſunt
II. cochlearia. Intermiſſis duobus diebus, accipiunt uſq; quater. Ad
Lateris dolorem, ad perfrictionem, ſed tamen recenter bibendo. Hyſſo- Ad dolorem laterum.
pum, origanũ coquis pultario nouo. Bulliat ter, aut quater. Et mittis ace
tum in mortarium cum melle, et mane cochlearia duo, uel tria ſumat.

Ad Calculos expellendos, etiam infantibus. Vnum calculum porci- Ad Calculũ.
num, ſemen cauliculi, cyminũ, baccæ lauri ſiccę mundæ, piperis unc. bi-
næ: hæc ſeparatim tundunt̃, et bene cribellata in unũ rediguntur, in do-
lio. Interea dabis cochleare plenum in * codera mixto cyathis tribus. Alias * diacodio.

Ad Cordis dolorem, etiam ſi ſpina doluerit. Laſeris cyrenaici grana Ad Cordis dolorem.
tria, detrita, mellis, & aceti: æquo pondere, ut faciat cyathos tres, bibat.

Ad Auriginoſum. Herbam ariſtolochiam, muſcum de tecto, quẽ fu- Ad Auriginoſos.
mus non tetigit, in ſe teris, et ſpargis in corpore: uel puluerẽ ipſum dabis
cũ uino ueteri bibat. Ad Auriculę dolorẽ. Malumgranatũ ſiccũ exina B
nis, et mittis mellis cochlearia duo, et aceti glutũ unum. Bulliat in ſe ip̃m
malumgranatũ: de argilla deforis linis, ut bene bulliat: etiã tepidum per
foliũ lauri mittis in auriculã. Ad Inteſtinorꝝ dolorẽ. Braſſicam britã- Ad dolorem Inteſtinorũ.
nicã conteris, et ſuccum eius in aquę calidę cyathis trib. dabis bibere: aut
cyminũ hiſpanũ dabis. ¶ Corpus igit̃ hoĩs diuidimus in quatuor par Partitio, & obſeruatiõ partiũ Corporis humani.
tes, Caput, Pectus, Ventrem, atq; Veſicam. Si autẽ incipit circa Caput
cauſſa cõſurgere, neceſſe eſt, ut tenebrę malæ, et dolor capitis conſequan
tur. Supcilia ſunt grauia, et cerebri, & tẽporꝝ pulſus. Oculi mane lachry Caput.
mantes, hos caligo cõplectitur, auriũq; pulſus. Quãdo igit̃ aliquid horꝝ
indiciorꝝ oſtenditur, cõuenit adhibere capitis purgationẽ ſine ullo me-
dicamine cathartico. Namq; aut hyſſopi comam, & origani, et pulegiũ
in melle, uel in mulſo datã, ad mẽſuram heminę dimidiæ gargarizare ex
pedit. Hac eñ nulla circa caput lenior poteſt eſſe medicina. Tantũ ergo
mẽſuræ colatũ in mulſis tepidũ gargarizari expedit ab hoĩe ieiuno. Ne-
gligentibus autẽ hæc indicia, conſueuerũt iſta contingere. Imbecillitates
luminũ, aures rumpunt̃ extrinſecus, ſtrumę in confinio colli, in cerebro
pulſus, pfrictio, ſuffocatio in guttur deſcendẽs, uua diſtillat, glandula in-
flat̃, capilli defluũt, caput ulceribus implet̃, conſequit̃ etiã dentiũ dolor.

Quando autem circa Pectus cauſſa obdurata eſt, conſtat ex pluri- Pectus.

C mis, & hæc permonstrari solent. Primum superius in pectore, & lingua crassior solito, & sputa fellita. In lateribus autem, & in scapulis, dolores sine ullis præcedentibus caussis, oscitationes assiduæ, sed & alias suffocatio & sitis. A somno autem anima non læta, pulsus pectoris, in brachijs, & in manibus tremor, & sicca tussis. Quisque aduersum hæc sapienter instans, hanc consuetudinem seruet, ut a cœna uomat sine ullo medicamine. Conuenientes sunt etiam uomitus, quos & ieiuni facere solent, quibus noxius insidens pectori humor extrahitur. Conuenit igitur maiore uomitu, tenues radices manducare, carthamum, semen erucæ, confusam semper, & tepentem aquam superbibere. Indicia autem negligentes harum caussarum, hæ ægritudines consequuntur: pulmonum labor, phthisis, & nigri fellis iræ, acutæ febres, & semper pestilis somnus.

Venter. Cum autem circa Ventrem ualetudo consurgit, quæ multifariam constat, ista prænunciat. Torquetur uenter & turbatur, cui se importune febris infundit. Potus autem in uisceribus amarescunt, & ex ipsis dolor in omni corpore, nulla necessitate, torpedo in uiribus, & quædam subtilitas febrium. Quando igitur hæc indicia præcesserint, conuenit uentrem sine ullis medicamentis procurare molliorem. Est autem curatio uera tibi præscripta, nihil derelinquas, aut lapatho ueteri, aut mercuriali herba, quæ Virginalis uocatur. Est enim indignationi uentris accommoda. D Si autem superior caussa protraxerit, quodcumque sit illorum indiciorum, oportet decoctum urticæ haurire succum. Est enim cæteris sæuior, & periculosa res. Illa quoque utilis ratio curandi est, ut caules in mulsa aqua decocti penitus exudent: horum aqua melle dulcatur, asperso sale, usque ad heminas. IIII. Modicum utile est bibere. Hæc autem negligentes caussæ ualetudinum consequuntur. Fiunt cœliaci, sine fine profluit dysenteria, sequitur iliaca, apoplexia, & in inferioribus defluens sanguis, & hærens morbus articulis.

Vesica. Quando autem per uesicam uentura est caussa, æque & ipsa multifariam constat, & prænosci solet. Ab escis, plurimus uentus emittitur. Crebra eruptio, fœdus corporis color, grauis somnus, collectum decoloratum, quod tamen difficulter effunditur: circa uentrem tumor excitatur. Quando ergo horum indiciorum aliquid fuerit deprehensum, futuram caussam conuenit præuenire. Maxime autem ante dies decem. Quibus curam oportet adhibere, feniculi & apij radices, maceratas in uino candido, & bene olenti da ieiuno. Duobus cyathis conuenit bibi: debet tñ aqua permixta esse mensuræ. Quos modice urina persequit, ex hoc indicio caussę ingrauescũt, hydrops, iecoris dolor, phrenesis, strãguria sicca.

Partitio & obseruatio quatuor temporum Anni. Scripseram autẽ tibi de temporũ curriculis, quę quũ recurrunt, per maxime certa indicia ualetudinem in hoĩm corporibus ostendunt, unde illis adhibere obseruantiã oportet; ut scias qbus rebus utaris, et quibus rebus abstineas. Faciamus igitur exordiũ ab hyberno tẽpore.

Solſticiũ eſt.ſviij. Kalen. Ianua. ex qua die corporibus humor increſ- cit. Quã cauſſam hybernium æquinoctiũ præſtat. Vtere igitur calidiſſi mis, & optimis, et indulge uino:ne peperceris ueneri. Sunt aũt ex ſupra ſcripta die, in æquinoctiũ uernum dies nonaginta duo. A ſexto autẽ Kalen. April. die, uſq; ad memoratũ, incrementa gignunt. Vtere igitur bene olentibus, et acerrimis cibis, ut impleatur humor. Tuncq; a ſupra- ſcripto æquinoctij die, quo ſol orieẽ, dies quadraginta octo demonſtrat. Ortus enim Pliadũ pridie Idus Maias habentur. Inde ſanguis increſcit, febres humoresq; gignunt, in æſtiui temporis permutationẽ. Vtere dul cibus, & minime conſueta uenere exercere, & ieiuna. Sunt autẽ uſq; ad permutationẽ æſtiui temporis, ab exordio pliadum, dies quadraginta tres. Incipit tempus æſtiuũ. viij. Kalen. Iulij. Ipſa hora incrementũ fel lis admittitur: quod creſcit in æquinoctium Autumni. Frigidis utere, & dulcibus, et cunctis bene olentibus, & minime ieiuna: et conſuetis uene- ris in totũ abſtine, in dies nonaginta unũ. Aequinoctium autẽ Autu- mni à ſexto Kalen. Octob. intenditur. Ipſa hora uis nigri fellis augeẽ, hu morũ craſſitudo conſequiẽ, in occaſum uſq; pliadum. Vtere calidis, & acerrimis omnibus, et abſtine a Venere, minimũq; ieiuna. Sunt autẽ in occaſu ſupraſcripto dies. xlij. Occaſus pliadũ quarto Idus Nouẽb. Ea- dem hora rurſus hominibus ſanguis increſcit. Conuenit igitur & te reli quis uti, & indulgere uino, conſuetis Veneris inſiſtere. Dies ſunt in tem pore hyberni. xl. Iſtis ſi uteris, ut miſſa ſcriptura demonſtrat, integra ſa- lute reliquũ tempus facile tranſiges, ſine uallatione medicorũ. Ad Ca pitis dolorem, ut in ſole non doleat, radicẽ pulegij poſt aurem ſiniſtram baiulabis. Item quando te lauaueris anteq; ſolium deſcendas, de ma- nu ſiniſtra haurito aquã, & ſupra cerebrũ ter mittito. Item aliud. Pa- pyrum tenes in manibus tuis, & nominas ſeptem uiduas, quas noſti, & facis ſeptem nodos in eo, & in fronte ligabis. Item uitis albæ corti- cem comburito, & miſcens cum uitello oui, linias in fronte.

A | Hyems. | Ver. | Aeſtas. | Autumnus. | B | Ad capitis do lorem. | Superſtitio- ſum.

Ad morſum ſerpẽtium. Gentianam, ariſtolochiam rotundam, lauri baccas purgatas, myrrham, æquis ponderibus tunſas admiſces melli o- ptimo. Ad hemicranion. Canis mortui capillos de capite tollis, de du obus digitis, & pulli mortui, & die ſequenti minimo in lintheolo, de li- cio in collo ſuſpendis. Itẽ radices ſalſas raphani teræ, quæ adhæſerint tolle, & tere cũ aceto acri, et lini hemicraniã. Ad grauedinẽ aurium. Fel caprinũ, mel atticũ quantũ & fel fuerit, myrrhã, oleum roſaceũ ſimul in carbonibus calefacis, & in aurem mittis. Ad Vermiculos qui in auri- bus nati fuerint. Amurcã calefacies, & mittis in aurem. Ad auriculę dolorem. Porri ſuccũ, intybi ſuccũ cum nardo calefacies, et intus mittes.

Ad morſum Canis. | Ad Hemicra- niam. | Ad Aurium grauedinem.

Ad auriũ dolorem, & uulnera. Herbæ ſanguinariæ ſuccorũ cochlea- ria duo, mellis cochlearia. II. olei cochlearia. II. ſicci porri uirginis coch- learia. II. hæc omnia ſimul cõmiſces, coquens igni leui, & intus mittis.

C Ad infirmum, ut dormiat. Semen ſeſami cum aqua teris, & facies grana minuta, in modum ciceris, & ad cauſſas ſupradictas. ut dormiat, grana bina uel terna glutiat. Ad tuſſim. Semen canabis, fabam combuſtam, pulegeium, irin Illyricam, piper, hyſſopum, ſemen de urtica, & anethi radicem, omnia hæc ad ſcrupulum ſemis mittis, & teris in aqua calida. Ad tuſſim. Herbam marrubium decoques ex aqua ad tertias, & cum melle deſpumato, dabis bibere. Ad tuſſim electuariũ. Petroſelini unciã.I. gingib. ÷ I. pip. ÷ citoniorum coctorũ pondo duo, mellis.II. pariter omnia cõmiſces, & coquis, dabis ieiuno cochleare. Ad tuſſim. Nuces grandes ſine nucleo coques in olla noua, & aquam quantam uolueris, dũmodo ſextarium bibat ex uino, ſanabitur. Item ſynapi alexandrini unc. friges, & piperis unc. atq; in unũ conteris, et contritum in pultariũ mittis, adijciens mellis pondo.I. et coques uſque cum ſpiſſum ſit, & refrigeſcat: ex hoc ieiunus ſub lingua teneat, & dum ſe cœperit ſoluere, tranſglutiat. Hoc & noctu cum dormire cœperit, faciat. Ad idem facit, & maximum remedium eſt. Equi ſaluiam, ex aqua calida bibat per triduum: is qui tuſſierit, uiuet, equus morietur. Ad idem. Anethi ſeminis cyathis tres, piperis ſcrupulos. XII. mellis ſextarium.I. tundis, & cribras, in melle commiſces, & ſic uteris, mane cochlearia tria, & alia die ſimiliter.

Vt infirmus dormiat.

Ad Tuſsim.

D Ad idem. Irin Illyricam drachmã.I. mellis quod ſufficiat, quouſque ſit eliquata ſpiſſitudo. Ad coli dolorem. Azymũ panem tundis, & per cribellum cernis, et das die primo in uino cochleare unum, die ſecundo duo, tertio tria, febrietanti in calida, ſano ut dictum eſt, in uino ueteri. Ad colum. Siliquas aphras tres, piperis albi grana. XXI. coſti ſcrup. IIII. poſt omnia hęc trita, et cribellata, in uino ignito potionem facis, et dabis ei cochleare unum. Hoc per triduum ſi dolet, ignitum ferrum ſic in uino extingues. Item Canabis radicem combures, grana. LXXVIIII. in mortario teris, in uino, & dabis potionem diebus. VIIII. Item lignum nodoſum ſambucinũ mittis in focũ, & dum cœperit exuri, paulatim fauillam de eodem extinguis: colligis in uaſculo mundo: & rurſus appoſito ligno ad ignem, iterum & frequentius hoc faciendo colligis, uſque ad cochleare plenum: cuique pulueri adijciens canabis grana. XIIII. cymini grana. XVIIII. Contrita ſimul cum puluere adijciens, in calida potione facta, da ieiuno, ut bibat plurimis diebus. Item teſtas ouorum gallinę, cum primum oua fuerint ſuppoſita, poſt excluſionem collecta: omnia uris, & teris diligenter in mortario: adijcies piperis grana. XXI. ſimul diligenter conteris: & dabis in aqua calida cochleare plenum. hoc facis per triduum. Item caput ſardi decoques diligenter in aqua nymphali, quam colatam calidam dabis ei bibere. Item ſanguinem anguillæ, cum rubello uino, æquis menſuris cum aqua tepida mittis. Item ad Colum. Aphronitra matronalia duo, in aqua dabis.

Ad Coli dolorem.

Ad Colum.

A

Ad mammillarum dolorem. Terrę tubera uiridia, et axungiam ueterem sine sale tunde, & panem: facies cataplasma, & impones. Quibus ungues dolent, siue ad Paronychia. Mel coquens despuma, spumam argenti, & æris florem tritum simul cōmiscens, & unguibus in lintheolo impones. Ad eructuationem, uel stomachi inflationem. Myrrhæ nigræ baccam contritam dabis cum uino ueteri. Ad stomachum confirmandum diatessaron. Ciminū, rutam, baccam lauri æquis ponderibus trita, melle mixto, cochleare plenum ieiunum bibat. Ad formidinem cordis, & spasmū. Folia persici trita ponantur ad cor, & succus horum. Item rutam ex aceto & melle, cum farina hordeacea pectori impones. Ad cordis dolorem, etiam si spina doluerit. Laseris cyrenaici grana tria, detrita in melle, & aceto, æquo pondere, quod faciat cyathos III. bibat. Ad formidinem cordis & spasmum. Rutæ fasciculos in rosaceo oleo, & aceto decoquito. & unge eum, ut sudor desinat: quia cordis, uel animi angustię sudorē frigidum generant. In uino mero spongiam macera, & sinistræ mãmillę imponito. Ad fluxum uentris. Gallam, & testam de locusta teris, & mittis in ouum sorbile, et dabis ad uentrem. Betam ex aqua mulsa decoques, sparso nitro. Cum manducauerit, aquam ipsam bibat. Ad Lumbricas. Coriandri semen cū melle dabis manducare. Ad fluxum uentris. Lenticulæ agrestis semē teris, & dabis in aqua calida, & mox restringit. Etiam si infans lateris patitur dolorem, bibat nutrix ex hoc, & lactet infantē, & statim infans sentiet. Ad uentrem faciendum. Rubricam mittis in aquam calidam, iuxta modum potionis: dabis potum, etiamsi lumbrici sint subsistent.

Ad Paronychia.

Ad eructationem.

Confortatiuū Stomachi.

Cordis.

Ad fluxum uentris.

Lumbricos.

B

Ad eos quibus uenter iuxta consuetudinem non facit. Blitum, uirginem herbam, siue Mercurialem, apium, damnascena quinque in aqua nymphali discoque: quam diligentissime colas, & facies ex ipsa aqua potum, in quo modicū olei adijcies, datur ei. Ad duriciam uentris. In tribus caricis pinguissimis, exprimis lac, et dimittis in ollam, ita ut pene sit plena, dabis hoc manducare. Qui sunt pinguissimi corpore, ut extenuentur. Ossifragi auis uentriculum siccum ad uentrem alligabis, ita ut corpus cōtingat, et cum homine maneat: ad extenuationē quantum uoluerit, ueniet. Ad uentris strictionem. Castaneæ coria tria, et mali, ac piri, & rosæ flores, in aqua calida dabis bibere. Ad solutionem uentris. Ouum, & butyrum in se coques, et in lintheolo inductum, ad præcordia imponis. Ad suspirium. Lapidem modicum de fluuio qui teri potest, de manu sinistra tollito, et in uino dabis: aut certe tria grana allij ad tertias decoquito, et bibat. Ad suspiriū. Aquam quæ in arbore inuenit in lacunis, cauisq; corticibus cōsistens, suspirioso potum dabis.

Constipatos.

Ad corporū extenuationem.

Ad Suspirium.

Item betonicã cernis, cernitã repones, cum opus fuerit drachmas tres cum lacte caprino ieiunus accipiat. Itē centauriæ herbę succum, nucis auellanæ magnitudine, in oxymellis cyathis tribus da: bibat, sanus erit.

C Ad lateris dolorem, & ad perfrictionem, attamen arcentem nimium.

Ad dolorem Lateris.

Hyssopum, origanũ coques in pultario nono, bulliat ter uel quater: acetum mittis in pultarium, & mel, & mane cochlearia duo uel tria sumat. Ad lateris dolorem. Petroselini fasciculos sex semis, piper tritum dabis in uino, & in ipso latere recumbat. Item semen absynthij tundis, & facis puluerem, & cõmisces cum axungia ueteri, inducis in pannum, & imponis. Ad lateris dextri dolorem, & ad epar. Piper, costum, apij semen, æquis ponderibus tundis, & cribellas: in aqua calida potionem dabis, mittis autẽ cochleare unum. Ad lateris dolorem, & si quis pondus leuauerit. Sulphur uiuum, picem, resinam maculosam, bitumen tritum, in charta per se imponis in balneo in loco ubi dolet, si quidem multum dolet, & postmodum triduo a balneo se abstineat. Ad lateris dolorem. Herbam chelidoniã tritam cum axungia imponito. Item tritam cum uino, da ieiuno, bibat, sanus sit.

Ad Epar.

Ad Epar. Linum, eupatorium, costum, gentianã, aristolochiam longam, aristolochiam rotundam, baccas lauri mundas sine cortice, piper, hæc omnia æquis ponderibus tundis, cernis, seruabis. Cũ necesse fuerit, dabis in tribus cyathis meri uini, ueteris calefacti cochleare plenum. Si autem febricitet, in aqua calida, trium, cyathorũ mensura. Ad Epar. Costum, eupatorium, lupinum crudum, æquis ponderibus tunsum, cernitum, cõmixtum, ex hoc dabis in

D tribus cyathis mellicrati calidi cochleare plenum, per triduum. Hæc potio danda est ieiuno. Item guttæ ammoniacæ ÷ IIII. costi ÷ I. petroselini macedonici ÷ I. feniculi ÷ II. Hæ species tundũtur, mellis autem attici libra. I. semotim bulliat, & sic desuper memoratæ species tunduntur. Ex hoc ieiuno dantur cochlearia duo: intermissis iterũ duobus diebus, accipiant, usque quater. Item piperis grana. xxx. baccas lauri mundi sine cortice, grana. x. simul in mortario teris, et dabis in uino ueteri cyathos tres, & in eo latere recumbat. Hoc per triduum si febricitauerit in aqua calida dabis. Item corticem rasum auellanę, in uino terito, et dabis. Item uulpis splenem siccas, & dabis tritum ieiuno incondito. Aut certe costum, fœnogræcum, orizam, piper, æquis ponderibus tundis, & condita dabis.

Ad Spleneticos. * Alias, polium.

Ad spleneticos. Ficus, & pilulas cypressinas decoque cum aceto, & facis cataplasma, & imponis. Item *pulegium, quæ prius nascitur, teritur, et in uino dabis. Item radicem ebuli siccam, aut certe radicem salicis in aqua coques, & dabis ieiuno uinũ uetus. Stiptitem nouissime purgatum bene combures, & puluerem facies, & dabis.

Ad exitum Intestini.

Si infanti, uel maiori ad assellandum intestinum descenderit, facies hoc. Stercus asini comburis: inde facto puluere in olla ipso puluere intẽstinum aspergis: de aqua non lauas. Posteaquam puluerem asperseris, uidebis ipse, ne intestinum detergas. Hoc assidue facis, usque dum cesset descendere. Ad Intestinorum dolorem. Brassicam britannicam conteris, & succum eius in aqua calida cyathos tres dabis bibere.

Si infanti, uel maiori ad assellandũ inteſtinum deſcẽderit, ſiue ſangui ne puro, ſiue cũ ſtercore aſſellatus, ſublauet ſe de aqua ſupraſcripta cum acacia. Poſtq̃ delotum fuerit, mittis ſæui hircini calefacti, in aqua calida, cochlearia duo, uel ſucci orizæ cochlearia duo, & acaciæ cochleare dimi dium, in cliſtere cõmixta mittis. Ad Iocinoris dolorẽ. Lupi cor ſiccum teris cum pipere, coſto, petroſelino, ieiunus ex mero bibat. Itẽ Betoni cæ faſciculũ, & mellis ſextariũ decoques ad medias, et dabis per triduũ. A

Ad dolorem Iecoris.

Ad nauſeas, & uomitũ. Oleum coctum tritum ex melle, et cochleare manducet: uel anethum ex aqua mulſa dabis. Ad ſanguinis uomitũ. Glutinis libram, ex aqua potionẽ dabis, bibat, & curatur ſine periculo.

Ad Nauſeã, & uomitum. Ad ſanguinis uomitionem.

Qui eſcã non continet. Stercus paſſeris parietarij teris, dabis in uino ueteri, ad potionẽ cochlearis unius, mox eſcam tenet. Ad Renum do lorẽ. Picem, bitumen iudaicũ, ſulphur uiuũ, nitrũ, trita omnia mixta in ſe imponis. Item herbã artemiſiam a pridie ubi naſcitur inquires, & alia die ante ſolis ortũ, inclinatus de ſiniſtra manu euelle, ſine nodo con cingis te. Ad hyrcoſos. Thus maſculũ, et alumẽ tere, et aſcellas hyrco ſas line: aut myrta ſicca. Ad Renum dolorẽ. Ieiunus puſcam tepidam bibat, et inambulet: aut certe ſeuum bubulũ manducet, aut certe ſuinum uirginẽ, ad renem ligabis. Ad Dyſentericos. Conchilium, anchuſam, amylum alexandrinũ, hæc omnia æquis ponderib. tunſa, cribellata ſer uabis. In neceſſitate dabis in ouo ſorbili cochleare plenũ, mane ieiuno: in ouis tribus ſingula cochlearia, hoc eſt, per diem unum, ouum unum. B

Vt eſca contineatur. Ad Renum dolorem. Ad hyrcoſos. Ad Dyſentericos.

Item cõagulum leporis ex uino uetere delotũ, tepefactum, dabis ieiu no bibere, & continuo ſanatͬ, etiam ſi carnes mittat. Item uuę ſyluaticæ adhuc recentis folliculos cũ granis ſuis, prolatis ſuccis ſiccas, utraq; tun dis, cernis, in dolio uitreo ſeruabis: in neceſſitate dabis ex hoc tria coch learia in uino ueteri mero, frigido, uel tepido. Febricitanti cum ompha cino melle modico, ut ſupra memoratͬ. Item mẽbranas exterioris uen tris gallinacij, quas coci ſemper proijciunt, maxime de plurimis pullis, has ſole ſiccabis, ita ut ſint. XXV. tundis, cernis, cũ pilulis quas dicimus anagallidos numero. V. ex quibus puluerem factum, pariter miſcebis in uino, et æque amyli alexandrini cochleare unũ. Permixta omnia in ua ſe uitreo ſeruabis. Cum neceſſe fuerit, in ouo ſorbili dabis cochleare u num in die ſemel. Si autẽ ita fuerit ſolutio uentris, ut cum ſtercore ſo luto, ſputa remaneant, & generent conatus & libidinẽ, tunc oleum, ſiue uermiculus ad hæc dirimẽda datur. Et huius cliſteris cõpoſitio talis eſt. Maligranati corticem, rubi cymas, myrtasq; leues, rorem ſyriacũ: omnia hæc mittis in ollam, & excoquis, in uino ſupramemorato, cochleare mit tis cum puluere. Cuius pulueris cõpoſitio talis eſt. Acacię nigræ pulue rem factũ conteris ÷ I. ſtruthij. I. ſeminis aſparagi ÷ I. ligamen hederæ ÷ I. rheuponticum ÷ I. rheupontici cum pulegio ÷ I. omnia tundis, et cribellas ſubtiliſſime, dabis cochleare unũ cum melle calido. Ad Ge

C niculorum dolorē. Geneftam, tunfam, uel femen eius cum axungia ma- laxata impones. Ad omnē paffionem interaneorũ, uel febres. Spinæ minutæ flores, & rofæ, fucco colligato, & ficcato, atq; conterito, & melli cōmifceto: grana etiã piperis parce adiungito pariter. Si nō febricitat, in uino dabis: fiuero febricitat, in calida aqua. Ad impacta tibiæ uulne- ra, aut coti, fiue geniculo, ijs occurrendum erit. Lomentũ fabarium cer- ne, & acetum fimul immixtũ, & diligenter cōagitatum: ut cœperit ficca- re, ex ipfo fuffundis ufq; in diem tertiam. Si autē cotis feparata fuerit, re- ponenda eft, & non temere mouenda: et hoc fuperimponendum quod fcriptum eft: ita, ut cum cœperit ficcare, acetum fuffundendum fit.

Ad dolorem Geniculorũ. Ad Interanea & febres. Ad Tibiarũ uulnera.

Ad ftrophum dicis hæc uerba. Quid irafceris? quid ficut canis iactas te? Quid ficut lepus refilis? Quiefce inteftinum, & fta crocodyle. Ad talorum tumorē & plantæ. Pampinum uitis uiridem aquã feruẽti per- funde: quē conteres, & fuperimpofitum colligabis. Ad luxatum. Pu micem combures, facies cinerem, & cum oleo maceratum, calidum im- pones. Ad uentris dolorē. Minoris altilis pullos, qui fanguinem ha- bent teris, & potui dabis. Ad febres, uel hemitritęum. Oua frangis re centia, uinũ & oleum rofaceum agitas in fe, & cataplafmas uentrē ei, qui patitur: fuperimponis lintheolum, & cum ficcauerit, aliud imponis.

Ineptia de- lyra. Ad tumorem Talorum, & plantæ. Ad Luxatũ. Ad Ventrem. Ad Hemitri- tæum.

D Ad hemitritęum, & ad omnē ardorem. Oleum rofaceum, & addis a- quam, quã ad focum facies ut ferueat: fupermittis lini femen tritũ bene, ut fiat quafi cærotum: & in pannũ inducis, & ad media imponis, & cu- rabis. Ad febres. Accipis adipem de anfere, aut certe de porcello, cro cum, oleũ rofaceum, & chamęmelinon. Adipes bulliant, & oleũ per lin theolũ colas. Ea omnia in mortario teris, & linis omne corpus ei qui pa- titur, & de fabano tergis. Vt non infirmeris. Violã cum uideris, digi- to medio & pollice decerpe florem, & unũ deuorato, deinde alterum, et tertiũ. Quotquot annis hoc feceris, non ægrotabis. Ad febrem difcu- tiendam. Nitrum & thus teris, et adijcies oleum, & uinũ tepidum, & fic perunges. Ad febrem medullarē. Lacertum prendis die Iouis, ocu- los ei tollis, et in lintheolo ligas per fingula genua. Ad fomnũ. Vitem fuccides, & aquã eius fufcipies ad potienē, & calidam adfumes cum ui- no temperatã. Item caput canis comburito, & puluerē eius ad caput ponito. Ad auriginem. Herbam ariftolochiam, & mufcum de tecto, quē fumus non tetigerit: in fe teris, & fpargis in corpus ipfius: uel pul- uerē ipfum dabis cum uino uetere, ut bibat. Item gith quod nafcit in fegete, friges, & in tefta teris, & bibere dabis. Ad panniculũ. Meu, & cedriã cũ axungia imponis. Itē palas cypreffi, fi decoques bene, quafi cærotũ, & femen eius deintus projcies: cætera teris, & axungiã fine fale in fe diligēter panno nigro imponis: aut fpargit, aut rũpit. Ad fiticulo- fos. Radicē fyriacam da in balneo. Manducet autē de aue fyluatica, & in friget. Ad tiniofos. Oleo de perna uetere facio, illi caluariã linas, tines

Superftitio- fum. Ad Febres. Ad Somnũ. Ad Auri- ginem. Ad Panni- culum. Ad Siticu- lofos.

æs capitis perſaniat. Item facias ei caluariam, & de ſtercore bubulo li-nias caput tiniofum, etiam capillos reſtitues, ut ualetudinem deterges. Et ſi adipe urſino ſæpius caput ungas, & muſcarum ſanguine perfrices. Aeris floris præſegmina, aluminis ſciſſi, unc. II. acetum acerrimum. In quod mittis ſquillam, & rutam ſyluestrem, & corticem pini interiorem: his omnibus diligenter contritis, & in unum redactis nudum perfrica-bis: ſimiliter & tertio facies. Et illud quod primum impoſueris, ſpon-gia deterges, & iterum fricabis, ſimiliter & tertio facies, poſt hæc oleo roſaceo perungas. Item ad eandem ualetudinem, ubi et uulnerati ſint, etiam ſi caua ſint uulnera, & medicamine replentur, & ad ſanitatem perducuntur. Ceruſæ lapides, cortices roriſmarini, ſpumam argenti, æ-quis ponderibus tundis in puluerem delicatum, & ex eo puluere uul-nera curabis. Etiam omne corpus perfricabis, ſic ſanus fiet. Ad ignem ſacrum. Caſeum mollem, coriandrum teras, & linas. Iterum bitumen iudaicũ, et acetum bonum in mortario teris, et de penna linas. Si quis hemorrhoidas patitur, uiridia mora manducet, & ceſſat dolor. Item ſtercus bubulum, calido cum aceto mixtum illinas: et ſi poſt laueris, ite-rum linas, & ſanus efficitur. Vulneribus antiquis, quibus humor aſſi-duus, medicamẽti impoſiti beneficijs obſtat: facies hoc. Ex albo oui pul-uerem factum, ulceri impoſito uſq; ad ſanationem. Ad Furunculũ. Dactylos, & ſaponem teris, et pro cataplaſmate calefacies, & imponis.

Ad uulnera pedum. Heracleam carpis, folia ſeptem ſicca teris, & in uaſe plumbeo condis: et cum cœperit humor ille curari, puluerem eius in uulneribus ſpargis, et ad pennam fricas, & ſaluus efficitur. Ad uul-nera pedum, ſi in tibia. Bulbum liliaciũ coques ex aqua donec fiat qua-ſi cærotum. In ollam nouã mittis bulbum, & teris, oleum roſaceum ad-ijcies, quaſi cærotum; et inducis, & ponis ad uulnera ſtercus caprinum arſum, ac cum uino impoſitum, quamuis a medicis deſperata ulcera per ſanat. Ad ſolutionem membrorum. Olei pernæ elixatæ p°. I. adipis taurini p°. I. hyſſopi ſucci ſcrupulos. IIII. medullę ceruinę ſcrupulos. VI. ſemis, olei cyprini p°. I. cęræ uncia ſex ſemis, reſinæ albæ p°. I. 5. pana-cis. II. caſei caprini recentis ÷ I. facies cærotum, & perunges loca quæ uidentur eſſe ſoluta. Ad ſomnum. Non dormientem ſaluabis ſic. O-pij ÷ III. myrrhæ & rutæ, thuris ſingulos ſrxtarios, & cęra mixta pa-ſtillos ſcrupulares efficias, & pro chalaſtico umbilico imponas: tam ſo-mnum præſtat, quam etiam uentrem mouet. Serpentes fugantur ſuf-fitu cornu ceruini. Idem facit ſandaraca, & galbanum, et adipes capri-ni. Sane non eruntin ædificio ſerpentss, ſi abſynthium circa ædificium * ſeras, uel artemiſiam herbam, uel abrotanum. Si autem uaſa calefacta, in quo putaueris loco ſuffoderis, ita ut uaſorum labra terræ æques, o-mnes illuc ſerpentes conueniunt. Quos cum incluſeris, & obuius fera-ris, ne intremueris ad ſcorpiones, & cætera ſimilia: ijdem enim reme-

A

Nota ad ti-neam capitis optima re-media.

Ad Ignem ſacrum.

Dioſcorides mora naturæ aſtringẽtis eſ-ſe, præſertim uiridia ſcribit, unde & cœlia cis dantur.

Ad Hemor-rhoidis.

Ad uulnera antiqua.

Ad Furun-culos.

Nota Dioſco rid. oĩbus He racleę ſpẽbus, quæ alias ſy-deritis dicit, uim glutina-toriã tribuit, quare Hera-cleam hoc lo-co lego.

B

Cærotum bo num ad mem bra ſoluta.

Somniferum unguentum mirabile.

Ad effugan-dos Serpẽtes.

* Alias, teras.

C Pili oculorũ. diis pelluntur quibus alia. De pilis oculorum. Euulsus oculo pilus niger, canos nasci non sinit, si sanguis eius loco pili euulsi imponatur.

Ad renum dolorem. Muria renum dolorem tollit.

Ad caliginẽ. Ad caliginem. Fel testudinis melli mixtum caliginem tollit.

Dentes. Ad dentium dolorem. Iuncus appositus dentium dolori subuenit.

Stomachum. Ad stomachum. Vrsi natura, stomachi dolorem curat: & digestionem præstat, si concauitate, qua gracilius est, caput lupi ex auro accipiat, & uascione circa stomachum suspensa collo, lino portetur, ita: ut nec aqua contingat, nec terra ipsam naturam ursi.

Ad conceptionem. Ad concæptum. Gramen corio canis curato, ut oportet, illigatum, steriles concipere facit. Idem efficiunt mercurialis, & uerbena, herbæ quæ tam masculinæ sunt, quam fœmininæ.

Ad dysentericos. Ad Dysentericos, qui nimium fluxum uentris patiuntur. Semen de lapatho agresti teris, & mundas, & in uino uetere nigro dabis. Quotiesq; assellatus fuerit, totiens postea ex ista confectione dabis. Item cochleam cum testa & carne comburis, & teris, & lentem nostratem et ipsam comburis, & teris, piper simul tritum mittis, & dabis potionem in aqua calida. Ad Dysentericos, uel quibus nimium uenter fluit, ita ut fatigati ad periculum perueniunt, facies, admiraberis. NOTA. Mora syluatica tempore suo colligis cum suis foliis, et reponis. D Quo tempore aliquis necessitate retinetur, in cacabum rudem mittis, coques illud diligenter usque ad tertias, & das ei potum, et continuo stringit fluxum sanguinis qui in uentre est. Ad Dysentericos, et qui sanguinem uel muscilaginem assellant. Gallam rubeam, et gummi album alexandrinum, equis ponderibus tundis, & cernis, et dabis cochleare unum in ouo sorbili. Idem ex herba argemonia facies, ut eius succum cum uino mixto accipiat. Etiam si aliquis ferro fuerit percussus, cum axungia tunsa curabis. Idem plantago facit, ut aceto coquatur, si modicum exinde bibit.

Ad Calculũ. Ad calculum, Brassicam siccam, & piperis pondus duplum, utrisque cribratis, & simul mixtis, cochleare plenum das in potione, carẹni cochleare pariter. Ad calculos expellendos, etiam infantibus. Vnum calculum porcinum, seminis cauliculi, unci. II. piperis ∸ II. hæc separatim tunduntur, cernuntur: & postea quam in unum rediguntur, seruantur in dolio uitreo. Cum necesse fuerit, tribus cyathis mixtis calidis, caræni plenum cochleare dabis.

Item calculum quem primum miserit, tolle, & tere, et nescienti in aqua calida dabis bibere. Item semen de herba personatia tere, & dato siue oxymelle, siue in aqua. Ad calculum, & colum. Semen pastinacæ siccæ uentilatum diligenter purga, deinde uigesimam partem piperis optimi in mortario teris, & in dolio uitreo conde, et signa. Ex hoc, si dolorem febrium habet, in aqua calida quantum tres digiti capiunt, ieiuno dabis. Sin uero sine febre fuerit, lauet, & ea die in piscinam non descendat, & in sabano incondito sedeat. In diebus triginta ter hoc ac-

cipiat, omnino nunquam dolebit. Item semen Cleomæ: nascitur autem in locis humidis, & similis est synapi. Cuius semen quantum digitis tribus poteris comprehendere, cum triginta granis piperis inmittas in calida aqua, & da: babat ieiunus per plurimos dies.

A
Est aũt Cleoma Helenium siue Inula Cã pana. Vel aliud herbæ nomen huic uici nũ, & conformẽ pronũciatiõi reponat.

Item semen cauliculi, cyminum, piper, baccas lauri sicca, munda sine cortice, æquis ponderibus singula tunduntur, & in uinum miscentur: desuper adijcitur lapis qui in uesica porcina inuenitur, & ipse teritur cum supradictis speciebus. Confectum seruatur in dolio uitreo. Cum necesse fuerit, dabis in tribus cyathis careni, mixta calida per triduum cochlearia singula. Item herbam quæ appellatur græce petrocorpos: nascitur in petrosis locis: hanc tundis, & ipsam dabis cum aqua bibere ei, qui necessitatem sustinet, & expellit lapidem. Huius autem experimenti gratia, ipsam herbam in uesica porcina cum lapide, quouis modo liga: maneat illic triduo: & post triduum aspice, & inuenies uirtute ipsius dissolutum lapidem.

Experimentum contra calculum.

Item ad calculum, uel qui cum tormento urinam facit. Lotium capræ montanæ bibat, & sanabitur. Ad calculum & colum. Petroselini ÷ I. saxifragæ ÷ I. iuniperi ÷ I. asari ÷ I. cassiæ ÷ I. pyretri ÷ I. ammoniaci ÷ I. squinanti ÷ I. prassij ÷ I. rorismarini ÷ I. rutæ ÷ I. betonicę ÷ II. zinziberis ÷ II. samsuci ÷ I. costi ÷ I. piperis ÷ IIII. inulæ ÷ II. opij ÷ I. spicænardi ÷ I. ameos ÷ I. rheupontici ÷ I. baccæ lauri ÷ I. tritis, & in unum redactis, nudum perfricabis. In loco in quo erit, tepidum facies, & illic quod primum imposueris, spongia detergis, & iterũ fricabis, similiter & tertio facies. Post hæc oleo rosæ perunges. Fabæ fœminæ si in coitu mulieris præstantur, ad sexum cui appositæ fuerint, iam lectę uirides bonæ sunt. Nam sponsæ fœminalis uis magna est, siquidem ex paucis infrascriptis noscitur. Fabæ florentis summitates lectæ, ac tritæ, & uasi terreo mandatæ, & post nonaginta dies extractæ, caput infantis pene cruenti ostendunt. Quod si per suprascriptos dies retexeris, corpus muliebre formatum deprehendis. De eruca. Erucæ uiti inclusæ, cum feceris uirides farinas, si diu maneant intactæ, licurcium cum uite formatum ostendunt.

B

De lotio. Lotium humectum aqua pluuiali, & madefactum, ita custoditum, ut non siccetur, firmatur in muros.

De ozimo. Ozimum luna prima tritum, & missum in ollam nouam florebit, permanens usque ad plenilunium. Quod si duplato tempore supradicto, condatur in nigra terra, generat spiphiones.

Ad coli dolorem. Coli dolorem auertis, si caudæ lacertæ summitatem ipsam, auro clausam ligaueris circa umbilicum: & si restem intuleris, in qua suspendio quis finierit uitam.

Ad Coli dolorem.

Ad morbum regium. Regio morbo tentus, asinum diu & frequenter intuens, medicabitur. Mustelas a pullis auertit, os de armo asini ca-

Ad morbum regium.

C su inuentum, et in domo, uel in uilla collocatum. Ad scabiem equorum. Equo scabiem tollit, si uituli marini adipe, contra pilũ unxeris, aut anethum cum piculę pari mensura æreo coquas uase, et eodem inducas modo. Ad rigorem. Antacotis lapis omnem rigorem ligatus auertit.

Ad oculorum equi dolorem. Suffusionem oculorũ equi tollis, si succo hederę, et melle attico inungas. Vt equo pauorem tollas. Equo pauorem tolles, si in dexteræ auris summitate, caudam caponi uiuo sublatam, suspenderis. Vt uinum bonum fiat. Vinum insuaue bonum facies, si decimã dulcis aquę addideris, et coquas fortius ad focum, donec ad tertias coquitur. Oleum bonũ & clarum fit, si in fundo anethum, & salem colloces. Oleum nigrum & sordidum clarum reddis, si nitri libram coctam, carbonibus tunsam, et cretam in uas miseris. Si autem uis idem iam bonum reddere, oleastri folia cõmode tunde, & massam libralem in uas mitte. Si autem suauissimũ uis facere, folia uiridia oleastri tunde, & in lintheolum mitte, et per idem lintheolum oleum colato.

Vinum.

Oleum clarum.

Eodem modo iterum oleastrũ tunsum macera, et patere dies aliquos permanere, & traijce. Vt putorem oleo tollas. Si oleastrum sine semi-D ne tunsum, diligẽter uasi submittas, & in sole colloces, ut calefiat, et post in aliud uas transferas. Pili ne nascantur. Corpus pueri, uel puellæ, priusquam pilos emittant, ouis Ortigarum linito, inperpetuũ nitidum præstas, si sæpius in locis consuetis perfrices. Confectio liquaminis. Mororum partẽ unam, duabus uini dulcissimi permisce, liquamini bonum saporem facies. Confectio passi. Hyssopi fasciculum, mala orbiculata decem in melle coque per triduum igni lento, ita ut tribus horis diurnis ferueat. Ad hemicranium. Hemicranius pausat, si uermes pari numero sinistra manu lecti, et in aceto optimo permixti, eadem manu linantur loco dolenti. Ad alopitias. Muscarum capita caluis locis capitis illita, uestiunt capillis. Item muscarũ capita combusta cum melle, alopitias tollunt. Murium ętiam stercus aceto tritum auxiliatur.

Ne pili crescant.

Ortiges, coturnices sunt.

Liquamen.

Passum.

Ad hemicranium.

Ad Alopitias.

Si aũt uolueris auxilium fortius dare, canis uenã ceruicis solue, & acc̨epto sanguine inducis. Item de muscis suprascriptis inductũ caluo, etiam capillos restituet. Ad dentitionem infantium. Catuli dens, si casu decidat, dentientibus infantibus auxilium prę̨stat. Et equinus dens, seu canis, uel uituli auxiliatur. Et si muri uiuo licium per acum in ore traijcias, & per intestini postremam partem adijcias, & filum collo sustendas.

Ad dentitionem.

¶ SEMEN quid sit, & unde nascitur.

ALEXANDER amator ueri, appellatus discipulus Asclepiadis, libro primo de semine, spumam sanguinis eius essentiam dixit, Diogenis placitis consentiens. Itẽ Erasistratus, et Herophilus, essentiam seminis dicunt sanguinẽ. Hoc idem Stoici philosophi de ma-

Semen quid.

teriali femine fenferunt, et demonftrationes alij alias deferentes, quafi in unū cōprehenfas enarrāt. Primo igitur ut Herophilus ait, abruptio corporum hoc teftatur, quam græci anotomin uocant. Etenim feminalium uafculorū interiora atq; fecretius remota fanguinulenta uidentur. Sequentia uero, fiue fecunda, plurimum a præfcriptis demutata funt. inferiora ac proxima feminis colorem habentia: quo probatur, in feminales uias fanguinē uenire, fed earum uirtutem albefcere, atq; mutatam in fe miniftrans ire qualitatem: ficut etiam in fœminis poft partum, fi quid fanguinis nondum fuerit uteri nutrimento confumptum, naturali meatu fuo, in mammas, & earum uirtute albefcens, lactis accipit qualitatem. Secundo, cum illi qui frequentius ufu uenereo depurgantur, fanguinis fuftineāt per feminales uias emiffionē. Siquidē celeritatis cauffa effentia fanguinis in feminales uenire nō finitur uias. Tertio. Summum quicquam ex fummo fieri neceffe eft. Summum eft autem femen ex omnibus in nobis liquoribus: fummus eft fanguis. Semen igitur ex fanguine generatur. Quartum. Quicumque phlebotomati, fuftinent poft fanguinis detractionem pallorem, tenuitatem, debilitatem. Hæc etiam peracta uenere corpora comitantur: fiquidem femen ex fanguine fieri uidetur. Quintum. Semen matrici appofitum congelatur: ut declarant temporis abruptiones: quod eft fignum feminis, atque effentiæ de fanguine uenientis, & ad fuam originem redeuntis, quippe præter fua uafcula conftituti. Sed his omnibus Diocles, fectator Hippocratis, quem Athenienfes iuniorem Hippocratem uocauerunt, affertionibus refpondens, contra primam dixit: quomodo una atque eadem materies defcendens per quofdam uiarum meatus ufpiam phlegma fiet, ufpiam fel, id eft, cholera rubea, ufpiam melancholia, ufpiam fanguis. Fit etiam fanguis femen ex nutrimine, id eft, ex cibo & potu, ex quibus & ipfi quatuor humores nutriunt, & non fpecialiter fanguinis eius mutatur initium. Alioquin debuit etiam in pueris feminis fubftantia feruari, cum materia fanguinis non defit.

A — Herophili rationes.

Semen ex fanguine.

B — Dioclis refponfio.

Item contra fecundam, hoc eft, quod frequenti uenere uexati, fanguinem quidam excludant, dicendum: quod iugi adfricatione aliquæ interioris coli uię fanguineę uideant. Deniq; illis maxime urinā facientibus, partiū mordicatio fequitur. Contra tertiam, quod in nobis magis fummus uideatur fpiritus, non ut illi putant fanguis, qui neque per fe moueri poteft. Contra quartam dicendum, quia phlebotomatis non folum fanguis egeritur, uerumetiam fpiritus: & eofdem non pallor, fiue fatigatio, uel cætera fequi uideantur. Hanc igitur effentiam feminis dixerit fel, aut ftercora.

Contra quintam dicendum, quod fępius conceptione declināte purgationes fiant, et propterea fi quid fanguinis in matrice remanferit femine congeletur. Ipfum denique foras effufum, & non in matricem ueni-

C ens nunc in sanguinis reducitur qualitatē, aut congelari potuit in simili tudinē sanguinis. Diogenes autē Apollonij, essentiam seminis similiter spumam sanguinis dixit libro physico. Etenim spiratione adductus spiritus, sanguinem suspendit: cuius alia pars carne uiuit, alia superans in seminales cadit uias, & semen facit, quod nō est aliud quā spuma sanguinis spiritu collisi. Aristoteles autem, semen inquit aliud principaliter uocari, aliud participio. Cuius primum semine feruens quidam in liquido spiritus, atque in complexum uenereum prosiliens, fit cum liquore, qui fit similis igni terreno. est enim corruptiuus. Ille autem qui diurnus atque æthereus est, si quidem fit nutribilis, germinum atque animalium, clauso feruore seminis in liquido, comparabitur. Participio autem dicunt appellari semen spumam ultimæ digestionis nutrimēti. Primum etenim consensum cibos in ore accipit: secundum in albo: tertium cum in sanguinem mutatum est. Igitur superantia supradicta non inutilia, ut urina, uel stercora, sed ut illud quod in panificio separant panifices, fermento relicto, alterius panis confectioni profuturo.

Quærunt etiam, qua caussa conferuens atque crassum, post digestionem, aquatum atque frigidum fiat, cum necesse sit. Attendunt esse ex duobus, hoc est, aut terrenum, aut aquosum.

D Diocles his assertionibus respondens, ait in libro trigesimo octauo. Hippocrates, quem primarium medicorum appellamus, suo testimonio affirmauit de seminis natura: eo quod ex nutrimento, quod grece trophin appellamus, sicuti & omnes humores, ut musculi, nerui, nenæ, & arteriæ, uel reliquorum membrorum, seu cordis, & cerebri, ubi principaliter anima consistit, suum alimentum, uel nutrimentum percipiunt ex cibo & potu: sic itaque & seminales uiæ, quas grece spermaticos sporos appellamus, ex nutrimento replentur, & sic calefacti, incitati a uenere, deriuatio seminis fit. Quę & ipsę uiæ seminales, a cerebro initium alimēti percipiunt, ad conficiendum animal. Ad hęc consentiens Diocles ait. Cur Aristotiles definiuit terrenū, aut aquosum esse semen? Inanem atque uacuam definitionē opposuit. Sed si aquosum, cur feruore nostro crassescit? cum liquida magis frigore post digestionem soluātur, Etenim terrena feruore solidantur, nec tamen frigore soluuntur. Sed hanc quęstionem differens, ait semen contineri terrenum æque liquoris & spiritus essentia. Efflato autem feruore suo, aquosa remansit qualitas, sed gelatur: siquidem terrenam quoque habebat substantiam. Album si quidem fit spuma. Denique culpandum inquit historiographum Herodotum, et Thesium medicum. Historiographum Herodotum siquidem, quod dixerat semen ethicorum nigrum uideri. Thesum uero medicum, quod elephantorū semen ita post egestionem solidari dixerit, ut electri similem substantiā sumat: sanguis etiā non paruus, et ita ueniēs in uentrē motus, ut a plerisque epilepsia minor diceretur. Quo fiet, ut melius

Diocles in Aristotelem.

quifq; dixerit, quod fit quidē alba fpuma, fed non folida. Lac em̄ quoq; eius coloris oftendit, nec tamē ilico feminis effentia, feminis deriuatio. A

Ad hæc Diocles. Quippe cum fit omnis fpuma leuis, atque fiftulofa, & inanibus capillis uacuata, & facilitate fcifsibili folubilis: femen aūt ut a cunctis profpicitur, uel intelligitur, eft graue, tractuofum, glutinofum, & non facile folubile, neque fiftulofum: oftendo & alia multa, non effe femen effentiam fanguinis. Omitto plurima, & a plurimis animalia fine fanguine memorari: utputa, pulpas, fepias, lollia, oftrea, fpondulos, pernecas, profacines, qui fua uirtute nauim bellificantes, oppofito ore, uel mordente immobilem retinent. Nec tamen hæc omnia fine fuo femine procreari poffunt: quomodo etiam in ufu uenereo fpuma generari. Perfuadent autem cadentibus membris, cum in apertionibus corporum, quas anatomas uocamus, paftus in fuis uafculis reperitur. Afclepiades autem confentiens, ait effentiam, atque feminis uniuerfalis hominum, uel animalium, item principalis corpufculi intellectu fenfam: fubiectam autem fibi paftilitatis cruditatem, hoc eft, nouum cibum accæptum, fiue noua fubinde nutrimenta. Vult enim ex crudis fieri reddibitiones: ut accæpti cibi difiecta materies in corpufculis minutata, feu cocta, & in lacteum humorem mutata, omnes per corporis partes, ac particulas difcurrat: atque ita in nares ueniens, mucilentum faciat liquorem, in ueficula iecoris. Fel non aliter etiam in feminales uias cadens, ea cum naturali uirtute, fiue fabricatione femen fieri, ut beatiffimus Hippocrates affirmat. Afclepiades. B

Lapidem dicit Hippocrates in uefica generari fuperatione feruoris, cum attracta, feu defcendentia urinæ terrore in uefica refident, ex feruoris denfitate nimio perfufa liquore, feu calore: ficut inquit uidemus fieri etiam in fictilibus uafculis, quæ humecta admixto liquore molliore fornacibus ingeruntur: tunc deficcata feruore, in lapideam foliditatem ueniunt. Quæ & ipfa uefica uelut uentofa ab artifice pofita, ad fe humorem attrahit, & ex omni regione corporis ad orificium eius decurrit, & ficut humor tenetur a lacte fecernitur: fic itaque urina a cibo iam cocta, atque in fanguineum colorem mutata, uel lactaneum fecernitur, effluens ad inferiorem locum, in corpore ad id prædif pofitam ueficā, per uritidos poros fufcipiens in fe urinā uiridis coloris. Quæ & ipfa uefica habet fuper fe duos renulos neruofos, non ad fufcipiendam urinam, fed ad refpirationem, uel uaporatinem. Caufsa Lapidis.

Lacte autem fieri, uel nutriri dictum eft ex nutrimento: quod fi quid fuerit craffius, ac pinguius, exprimit, uel excludit uteri per anguftias, aut meatum: quo expreffo, & in humecta ueniente, pinguicies egeratur, in mammarum, aut fiftulofas uias ueniens, lactis accipiat qualitatem.

Pubertatem & barbam nafci eodem tempore laxamento cutis, quod

C laxamentum fiet emiſſione ſeminis: ante enim fieri non poteſt. Nunc igitur naturę nutrimentum per laxatas uias corporis exiens, aëris frigido tactu nimia denſitate cöactum, in capillos uenit. Denique eunuchi barbire non poſſunt: quia ſemen non emittunt. Denique & infantes nati minime ambulare poſſunt, ut reliqua animalia: quæ mox ut nata fuerint, ambulant, infantes uero minime: ob hoc. Quia omnis calor in capite eſt conſtitutus. Omnes uiri artus phlegmatico humore ſunt corroborati: eaque ratione neque nerui, ſeu muſculi ſuum officium rite adimplere poſſunt, niſi ex cibo & potu incitatus fuerit calor, qui in ſuperioribus locis eſt conſtitutus, id eſt, in cerebro, qui durinando omnẽ corporis regionem calefacit, atque ſoluit. Neque mulieres barbire poſſunt. quanquam etenim ſemen emittere uideantur, non tamen ita emiſſionis tempore ut uiri mouentur, quo poſſit cutis fieri laxamentum. Hinc igitur delicatiora & frigidiora ſunt mulierum, ſiue eunuchorum corpora: & non oſculatæ, neque minime incitatæ ſi fuerint, aut concuſſæ a puerili ſemine, ante hoc tempus ſemen emittere non poſſunt, ut uiri in fine uiæ: neque in his neceſſario prohibetur uſque ad ſuperficiem corporis exire nutrimentum, & propterea ſupradicta loca capillis deſeruntur. D Hic de ſeptem annorum cauſſa naſcendi conijcit compendioſam fœtus perfectionem fieri, quotiens ſummo temperamento primordiorum, cõfectum ſemen in matricem uenerit. Ipſa quoque ſimiliter temperat etiam nutrimenta minime inſidioſa. Etenim in nono menſe, magis partum fieri, perfectionis eſt cauſſa. Quæ cum forte ſeptimo fuerit menſe commota, raro quidem, ſed rationabiliter fiet. Octauo tamen menſe non facile nutribiles ſunt, non eſt amilicatus fœtus, pro ratione ponderis. Septimo menſe, ad inferiora loca deſcendit ex ſuperioribus ſpacijs. Dehinc ſi fuerit perfectus, rumpens membranas, nutribiliter excluditur. Hinc quaſſat membranas, & totam matricem, qua ex quaſſatione generatur tumor. Rumpere autẽ cum non potuerit ſupradictas membranas ac matricem, ſiquidem nondum conueniens habet pondus, ac perfectam fortitudinem, neceſſario permanens uenit in octauo menſe, & laborem facit prægnanti, donec tumor quaſſatione gemens reſoluatur. Qua deſinente, nonus menſis rurſum uenit.

Leuior cauſſa eſt aũt partus ſecundum Hippocratem uteri perfectio, ex qua fiet nutrimenti inopia, & eruptio membranarum. Quamdiu enim paruus fuerit fœtus, ſufficiens carpit ex matre nutrimẽtum. Cum autem ad perfectam uenerit magnitudinem, plurimo neceſſario indigebit, quam ualet grauida ſubrogare. Tunc incommodis affectus eſt nutrimenti. Ad quod acrius commotus, rumpit membranas: & celeritate eruptionis prominet. Fit etiam umbilici marcor, cum iam non poterit ualere nutrimenta miniſtrare.

Tempore autem inſtante concipi, atque collocari manifeſtum eſt,

ſeptidomum uero ſeptem ſpacijs contineri, ſeptimo menſe dentes naſci, aliquibus nono: ſeptimo anno infanti dentes cadere: bis ſeptenis pubeſcere & nucleantib. mãmillis ſemẽ generare: ter ſeptenis & uno anno barbam maturare, ſeptidomis ægros periclitare. Quid minus? Septem ſtellis omnia miniſtrari ſic infantem in utero ferri atque componi, curſum Solis & Lunę duodecadion terminare. Eſt autem numerus ſepties multiplicatus. Ita partum conſummari. Sed figuram hominis infans accipit primo quadrageſimo aliquando: aliquando & trigeſimo die, ſic ut ait Hippocrates in libro quadrageſimo nono de infantis natura. Et uidi quandã mulierem in partibus Gazæ, triginta dierum abortum feciſſe maſculum, cuius omnia membra ex integro confirmata conſpexi. Nam & cor ipſius quaſi granum papaueris magnitudine exiſtimaui. A

Quãdo in utero formetur homo.

Hos autẽ numeros, ut partus edatur, ſepties multiplicare oportet: ita ut quicunq; die trigeſimo in utero materno figuram hominis accipit, ſeptimo menſe naſcatur: hos dies ſepties multiplicabis, & efficiuntur dies CCX. qui fiunt menſes ſeptem. Qui autẽ quadrageſimo die figuram hominis accæperit, nono menſe intrante, decimo die naſcitur. Septies multiplicabis dies, efficiuntur. CCLXXX. qui fiunt menſes nouem. Itaq; die decimo, ut diximus, ſeptimo, aut decimo menſe, qui naſcuntur, uitales erunt. Manifeſtum eſt, infantem in utero temporibus firmari. Quomodo? Intendite. Primo menſe iactus ſeminis noſtri in utero materno congregatur in umbilicum, in hoc eſt congregatio. Secundo menſe expreſſio eſt corporis. Tertio menſe, quia priore formatum eſt corpus, ei tribuitur anima. Quarto menſe ungues accipit, & capillos ducit, et motum facit infans in utero materno. Ideo quarto menſe prægnantes naſcuntur. Quinto menſe facit caracterem patris eius, aut matris, aut adulterium demonſtrat. Sexto mẽſe adijcit neruorum confirmationẽ. Septimo menſe medulla conſolidatur. Octauo menſe oſſa durantur. Nono menſe maturatũ mouet infantem effectus naturæ rerum beneficijs. Decimo menſe de tenebris ad lucem exit, tardę ætatis ingreſſu maturatus, & proficiens. Igitur Cor aliquando cũ ex pulmone impletur, ſi quid per ſuperficiem cutis uenerit, recuſat, atq; recludit: aliquando cum pulmo deficiens cordi nõ dederit, ſi quidem eo tempore cum accipiendum officium uiſitatur ſuperioribus hauſtibus, tunc rurſus corpus ex toto corde ſumit aërem ſibi cõſuetum, atq; ita reſpirationis perficit officium, differenti tempore inducens frigus, ſemper corpori neceſſariũ. Sic enim ſupradicto exemplo ignei ſplendoris, ſeu radij, ex partibus loci in corde conſtituti, in quo anima conſiſtit, uſque ad omnes fines corporis iſtis ſuperuenerit, & conſenſus in illis partibus fiet, in quibus etiam irruentia perficiuntur. Sed ſpeciales quoque, uel quæ in ipſis geruntur; exPones, aut unam eſſe ex corde ad quam eandem uirtutem ſenſificant, quæ ad animã tranſmittet, ſed pro uiarum diuerſitate fieri differentem.

B

Infantis crementum.

Animę ſedes.

C Cum enim inquit, uiuus ſuis uiſalibus fuerit conſtitutus, uiſus perficitur: cum in audibilibus, auditus: cum in odorantibus, odor: cū in linguæ partibus, ſapor: cum in toto corpore, tactus. Sicut enim una atq; eadem cibi materia prouidentia uiarum nutrimenta miniſtrans, nunc neruos, uel arterias, nunc uenas, aut oſſa, uel muſculos tranſit, non aliter ſenſificat uirtus animæ ſecundum accipientium uiarum differētiam. Si per omne inquā corpus mundæ eſſent uiæ, ut in oculis ſunt conſtitutæ, per totum corpus forſitan uideremus. Nunc autē, quia ſecundum uiarū differentiam hoc fieri non poteſt, recte uiſum inquit, hoc genere celebrari: cum ex corde ſenſifica uirtus limpida, atq; ſplendens, ad oculos prouenit, infuſa per humorē uitreum, quē Græci hialoiden uocant. Exinde rurſum redit ad ſphæram, hoc eſt, oculi ultimā interius tunicam, quam Græci criſtalloidem uocant, ſeu phacoidem, aut diſaidem: tunc tenuans atq; ſplendificans ſphęram, ad eius centrum ac mediam partē, quam appellamus phacoidem, confugit. Exinde ad pupillā omnis concidens, celerrimo lapſu per eius raritates accipit caſum, tanq; ex ſuffecto ſecundum ſphæram a uertice, ad tenuem pupillæ uiam conductum: atq; ita irruens uiſibilibus rebus, hoc eſt, quas uidemus, earum facit apprehenſionem. D Sicut inquit ignis uicina corpora exurit, diſtantia calefacit, remota illuminat: longius autem conſtituta neq; urit, neq; calefacit, neq; illuminat, diſſoluta omnino ſeu perdita uirtute: ſic etiā anima in cordis altitudine habens rationabilē uirtutem, quam tendit uſq; ad corporis fines, omnes ſenſus perficit: ſed ab his decidens, in aērem eundē euaneſcēs, in alios ſenſus ſcinditur: neq; iam ſeruans ſenſificam uirtutē, dehinc quod in uiſu ſenſifica uirtus per multa uenit corporis mēbra, ex anguſtijs ad mundas uias, & propterea pura atq; illibata peruenit, & ſplendens, proprio uigore ſeruato. Accedit etiam, quod ſecum plurimū luminis ex anima trahat ex corde perfecto, in ſimilitudinem radij per uiſificas uias irruat, et ab hoc corpore in aērem cadens, longo itinere non intereat. Ad alios uero ſenſus uirtutes uenientes, per apertiores feruntur uias, ad plurimum ſpiritali ac ualida materia circumſeptas, quorum admixtione obſcurantur: ob hoc mox corpore in aērem ueniente intereunt, plurimo ſibi aēre permixto.

Comparatio aptiſsima.

¶ De LINGVAE natura.

ETENIM Linguam fine ſuo naturali eſſe conſtituit: dehinc mollem, atq; laxiorem: ſiquidem guſtādi capacem. Sed ſinu ſuo fabricatā: ne traducta ab aliquo qui in ſe eſſet ſucco & rarefaceret, & iudicium eorum qui extrinſecus irruerint, ſubuerteret. Mollem autem factam, quo facilius, ſeu celerius per eam ſenſifica uirtus currens guſtata apprehenderet. Laxioris uero naturæ atque raram, quo celerius præuenta tranſuoratione eorum quæ ſumuntur iudicium fieret.

¶ De CEREBRI natura. A

ITEM CEREBRVM sine odore esse constituit, atque sine sono: siquidem in ipso sit apprehensio odorandi, atque tangendi, seu audiendi. Sed sine odore inquit quid possit? nunc uero a supradicto officio ad suum odorem atque nuncians abiret. Irruentium iudicium autem sine sono, ut silentio capitis uoces acciperet ac probaret. De quo etiam testam natura iugem, omni ex parte circumdatam confecit: ut sumpta sensuali uirtute, facile iudicium fiat ad irruentem uocem.

¶ De VOCIS natura.

VOX NASCITVR ex totius corporis spiritu, uel pulmonum, qui sunt in modum follis ferrarij, in dando, & accipiendo spiritum uenientem & pereuntem in capite, & resonantem: & sic uocis densitas ab uniuersis auditur. Sic denique nocte uoces, densitate aëris perseuerantes, longius & a longe constitutis audiuntur, perdurante aëris laxioris caussa. Dissipatæ, etiam proximorum difficilius audibiles fiunt.

¶ De TACTV.

TACTVM autem esse inquit sensum capientẽ. Sed si lenia fuerint, atque æqualia, & tenuissima, exterius, siue interius irruentia, corporum suauitatem facere: si autem aspera & concissa, dolorem. B

¶ De PVRGATIONE Fœminarum.

FIERI autem purgationem fœminis ait. Siquidem concaua, atque inanis, & feruens, & uenosa sit matrix: ut ad inanitatem humecta ueniens, materiæ ingerat feruorem. Venas quoque naturaliter materiosas corrigit: ut post implementum uasculorum, osculatione interius facta, sanguis excludatur. Vt autem per singulos menses hoc fiat, caussa inquit extat, quod tales sint uiæ, siue pori, ut mense repleantur, & post implementum rursum osculatio fiat, ac deinde purgatio sequatur. Quæ adhuc nouellis ætatibus fieri non potest, neque declinantibus. Siquidem in nouellis nondum sint uię dilatatæ atque capaces materiæ plurimæ. Item in declinantibus, siquidem conciderint: uia etiam frigida atque torpens. Naturaliter autem suspicatur, matrici compati mammas.

¶ De SEMINE.

ITEM MASCVLorum semẽ suam habere naturam, ut ossa, uel neruos, aut carnem, & his similia, & non ex alienigenis fieri. Ostendit enim ad generandum mense nono, uel iam fœminam conuenire. Seminis autem iactum ait, nõ nisi solum iaculando fieri. Non enim sufficit hoc intantum penetrare, ut fundum matricis teneat, sed ipsum

C quoque iactum seminis, siue excussum rapere ad se adducendo, atque suę inanitati concedere: ut iaculum piscaturus: & ut medicinalis cucurbita apposita, carnes ad se adducit, adiuuãte feruore: uelut lucerna & flamma oleum ducit ad se. Dehinc forsitan etiam, ut delectatione conceptio fiat siccitas rapit eam. Quod etiam ad pœnitentiam quandam seminis afficiantur fœminæ, probatur ex eo: quod ante coitum agantur stimulis. Sic denique si prior fœminini seminis cursus in uasculis concidat, masculi ex eo nascuntur, superueniẽte simili semine. Si uero antecesserit uirile semen, & in uasculis ceciderit, prius superueniente fœmineo semine, fœminæ nascũtur. Hinc est rationi humanæ consentaneum, quod uirili semine puellę nascantur: ex fœmineo semine, pueri nascantur. Si itaque utrorumque semen permixtum, obuiando sibi in uasculorum cauitatem ceciderit, hos uiragines appellamus. Exinde prudentes atque pulchri nascuntur, ex uno consensu, nihil in se retinẽtes iracundiæ. Denique si ex uno censensu permixtio seminis non fuerit, sed uacanti animo incitatum fuerit, seu in uasculis ceciderit, debiles atque sine intellectu nascuntur: eo quod ipsum semẽ minutum moueatur, non ut pingue rationabiliter, sed aut cholericum, aut aquosum, aut cœnosum, aut corruptum, sæpius muti, aut surdi, aut rari: eo quod non sit integrum semen, nec tempore competenti.

Partuum diuersitas.

D Geminorum genus nos dicimus: eo quod in orificium uuluæ duo aditus abire noscuntur: ubi si uicissim, uel si diuisum in duas uel tres partes semen in uasculorum capita ceciderit, gemini, uel trigemini nascuntur. Ictericum inquit fieri, quod turgescente iecore, seu tumente uesicula, quam fel appellamus, debilitationem superatione nutrimenti caussetur, & non potest ad digestorias uias, seu rationales peruenire: unde fit totius corporis obduratio, stomachi, epatis, splenis, atque pulmonum, siue intestini cæci. Et propterea prohibetur fel ad uasculum permeare, quod græce holedon uocamus: & ita agitata siue perfusa corpora, aut uiridescere, atque deformes & pallentes cutes facere. Somnos inquit fieri, animę atque corporis indulgentia, id est, sedato feruore, qui insomnietatem facit, qui calefacit & desiccat metucas cerebri. Temperatis & humectis itaque metucis, dulcis somnus corpora reformat. Bolinũ inquit fieri ex ariditate & siccitate totius corporis, & obstrusis uijs ex melancholia, quæ est tardior ad curandum, ex quibus uijs fames, siue appetentia ciborum fiet.

Dysenteriam inquit fieri, uel lienteriam, nimietate frigoris, ac liquidorum humorum, quam græce dacchodes uocamus: quæ descendendo & exurẽdo intestina dysenterias, uel lienterias facit, ex defluenti carne uenientium atque uentre ruentium, quę nutrimentis admixta, seu cibis sumptis, corruptione sua neque sursum carnis uias accipere sinat nutrimentum, aut corpori propiare. Cordapson autem & ileon fieri humore generato dixit in ore coli argillosorum, liquidorũ humorum ob-

ſtruſione: ſed cordapſon inferiore oſculo fieri dixit, quod eſt oppoſi- A
tum, uel ſpectans inteſtinum, cui nomen eſt arcon. ſiquidem neq; ſter-
cora in ipſum, neque uentus irruat, neque cliſteris iniectio accipiatur,
omnibus concidentibus & obſtantibus iniectionali. Auliſculeon uero
in ſuperiori oſculo fieri, quo liquor tenue denique expectat inteſtinum,
& inflationem, ſeu uentos, & ſtercora aliquando irruentia accipiat, &
cliſterem quoque: ſi quidem inferius oſculum non ſit obſtruſum, ſed
non liberũ tranſitum ad ileon fieri, concepto ſeu retento ſpiritus iaculo,
& prohibente nutrimenti naturalẽ meatum. Hoc ſæpius continget inci
pientibus, & qui cauſſas non intelligunt, aut per uerecundiam, ſeu po
tentem perſonam, ſicut in clepshydris, cum acceptus ſpiritus prohibet
tranſitum liquidorum humorum, ſeu ſurſum exuſto atque congluti-
nato nutrimento, tranſitus inteſtini atque eius fieri receſſus non fina-
tur: uel duratis inteſtinis, nimia ui ſpiritus, ita ut prohibea-
tur irruere nutrimentum.

ℂ Quomodo ESCA, uel POTVS per omne Corpus diſtribuuntur.

TRIA INQVIT officia, atque diſcretiones in corpore nu- Digeſtiones tres.
trimentum ſuſtinere. Quorum primum in uentre mixtum conſtituit,
calefacto atque decocto, ſecundum in uenis, tertium in particulis: quia
pro membrorum diſpoſitione ſupradicta accipiunt. Sed ex primo offi- B
cio atque diſcretione ſi quid inutile fuerit, in ſtercora per inteſtina de- Stercus.
uenire. Ex ſecundo autem, quod uenis perficitur, ſuperfluum in uri- Vrina.
nam tranſire, atque in ueſicam decurrere: quę ſub uentoſali artifice po-
ſita, ad ſe humorem attrahit, uel ex omni parte ad orificium eius decur-
rit, ſicut humor tenuatus a lacte diſcernitur. Item ex tertio officio, quod Sudor.
in partibus poſuimus, quæ in ſe ſupradicta ſuſcipiunt nutrimenta, ſi
qua ſuperflua fuerint, tanquam aliena per ſudorem egerint. Tribus er-
go, ut ſupra diximus officijs ac diſcretionibus, non recte conſtitutis,
non digeri cibos, & in alborem inquit uerti, putredinem, ſeu fermento-
ſam ſumere qualitatẽ: quã zimoſin appellauit: quod & ante ipſum cæ-
teri probauerunt: & in exaltationem tranſire, ſeu mutari, ut neque
adduci ſpiritus, neque humoris eſſe uideatur, ſed inter utramque natu-
ram, neutrum probetur. Horum igitur utrumq; cuſtodiens anima, ex-
ternum frigus inducit, hoc eſt, aëre partitum eſt. Huncque adduci non Spiritus aeris.
ſolum per nares, uerumetiam per totum corpus, officio commutato.
Quando enim per nares inferius adducitur, per fauces ad pulmonem
fertur: exinde pars cordi, pars thoraci tranſmittitur: tunc impletis lo-
cis, inductus aër per uias totius corporis, denuo totus rgeritur. Quan-
do autem ex pulmone, atque corde, & uentre redditur, rurſum per fau-
ces reciprocus fertur ad narium atque oris uias: tunc uia ſeruata, rur-

C sum per totam corporis superficiem inducitur per eiusmodi, qua per sit pradictas uias exierit. Sic etiam per podicem, atque intestina, ac uentrem quod etiam per totam corporis superficiem, seu cutem respiratio fiat, manifestum est ex eo: quod cum medicaminũ atque unguentorum uirtutes usque ad altiora uiscera perueniant, necessario materię tenduntur, & oppressione uentris perurgentur. Etenim per superficiem, seu cutem corporis, & rationabiles uias, id est, digestorias, inuisibili dispendio in sumptione facta, sequitur ut inanitas non ualeat substantiam retinere, id est, cibum, uel potum: cum semper irruenti materiæ cedit: atque ita oprimente uentre, nutrimenta partis uniuerso corpori traduntur. Sic itaque compresso stomacho, idem domino corporis escas quas suscepit, crudas atque acidas seu limosas ad superiora reiactat, atque euomit, impellente feruore. Anedum inquit fieri, quem nos redibitionem uocamus, cum per inane in obstrusione uenæ, quæ ex corde sumit initium, seu pulmonem, cum cogitur transgredi per eam a corde, reciprocus ad materiam quæ spiritum spargit, per omnem corporis regionem: & ob hoc non sinens spiritum recto ac solito cursu moueri, usque ad corporis finem, sequitur ut turbatus mentem commoueat, & casum corporis faciat, atque adductiones & raptus diuersos. Aut si forte omnia quæ in nobis liquida, seu argillosa, & crassiora, et feruentia sunt, hæc fuerint obstrusa, secundum eos meatus, quibus et respiratio credita sequeretur.

Caussa epilepsiæ.

D Certante autem inquit interiore spiritu, seu feruore cum festinatiõe exeundi, & obuiante frigore festinationi intrandi, turbari mentem, et spiratione retentatos artus fieri, seu casum, seu malefactionem, uel clypsim animæ, usque dum calor ex altioribus locis mutatus, seu abductus, obduratas, uel clausas uias subtilitate caloris interrũpendo puias faciat, qua sanguis uel spiritus consuetudinarium sibi iter cõsequatur. Hinc fit epilepsia, compatiente sibi bulini passionem, quæ fit ex ariditate & siccitate totius corporis ab anno trigesimo usque ad quinquagesimum. His frequenter ego carpision epithimo permixto, seu samsuco, uel abrotano, seu carui semen cum asaro, in hyssopi aqua decocto, ieiuno bibendum dedi, et ad meliora prouocaui. Opium cyrenaicum ad odorãdum naribus opposuimus. In locis refrigeratis, bene olentibus repausandi locum accipiant, seu ubi flores herbarum dispersi fuerint. Ab inquietudine uociferantium custodiendi erunt.

Sternutatio.

Sternutatione reflationem inquit fieri limoris in cerebro constituti, cadentis per nares. Simili modo etiam aurium tinnitum, superantibus liquidis in capite ac reflatis, decidente spiritu. Hinc sæpe etiam aurium dolorem nasci, uel ex concæpto spiritu & assumptione, atque erumpente & extendente partes. Item fluentis humoris acrioris caussa per auditorias cauernas, exulceratis finibus, transeunte humore in loca uulnerato.

Oscitatio.

Oscitationes item fieri, cõaceruati spiritus atque erumpentis caussa, &

illati, per solitas uias decurrentis, mouente spiritu a parte, siue extra cordis pulsum. Ob hoc cum lachrymarũ fluore ad superiora fertur. Tetanici uero fiunt in statione sanguinis arteriæ, qui ex corde fertur fieri. A

Spasmum opostotonum fieri inquit, spiritus concæptione, siue sumptione interius secundum spinam constituti, et qui uenarum inferiores regat partes. Quando enim inquit, concæptus spiritus in exitum cœperit perurgeri, nec tamẽ ualuerit exire, angustiarum caussa irruens, uenarum summotationibus, totius corporis, atq; totis ceu sumptis alis, uiæ occlusionem, atq; attractionem neruorum, musculorum quoq; facit. Peripleumoniam uero inquit fieri, astante sanguinis plenitudine, aut nimio tumore facto, quæ pulmonem penetrant, unde & respiratio impeditur oppressione pulmonis, et densatio in uasculis, hoc est, uenis: item aliam obstrusionem spiritus generari, aliam liquoris acrioris incerti, & transitum uiarum non habentis. Spasmus. Peripleumonia.

Similiter & Pleureticæ passionis duplicem dedit substantiam. Ictericum inquit fieri, qui apud nos auriginosus, seu arcuatus uocatur: nam uulgus morbũ regium uocant. Fit obstruso meatu, qui ad uentrem ducit ex eo, qui ad fellis folliculum tendit. Suspicatur enim, si quid in sanguine fuerit acrius factum, hoc per spirationem tenuem, ad iecoris ferri uesicam, quam fel appellamus, atq; ex ipsa exuberatione facta, aliud ad uesicam, aliud ad oculos, aliud ad superficiem totius corporis effundi, fortificandi corporis caussa, seu per uim naturalem pergere: quo extra corpora atque debilia, ex hac materia admonitionem atq; deformationem, & fellis egestionem atq; exuberationem in se suscipiant. Morbus regius. B

Singultum uero inquit fieri, spiritus accæpto in quasdam uocales uias, & decidente paulatim in uasculis, ubi frigidus liquor repositus est, sicut ex aqua uidemus uesiculas surgentes, descendente pluuia, atque stillicidio. Hydropem inquit fieri sanguinis corruptione per frigidum torporem. Feruore enim, naturale nutrimentum in sanguinem co gi æstimat: quo extincto, per morborum tarditatem supradicta materia inaquetur, destinata in sanguinis uentris substantiam: a cdeinde in loca uenarum, quæ periton membranæ, & intestinis interiecta sunt, et diffuso liquore obstrudẽtem hydropem nasci siue perfici ad tumorem totius corporis. ¶ Diuisam esse dicimus medicinam in partes quatuor. Regularem, quam Dietam uocamus. Manuum officium, quod Chirurgiam uocamus. Medicamen, quod Pharmaciam uocamus. Prænoscentiam, quã Prognosin dicimus. Corpus autẽ nostrum ex tredecim cõmixtionibus constat: neruis, uenis, renibus alternis, pinguetudine, ossibus, unguibus, cartilagine, capillis, succo, sanguine, medullis, membranis. Singultus. Hydrops. Partitio totius Medicinæ.

Animę regimen in corde consistit, quę per subtilitatem spiritus seminata est per omnem corporis retentionem.

Digestionem inquit feruore fieri, & separatas esse corporis materias, Digestio.

C sum per totam corporis superficiem inducitur per eiusmodi, qua per sic prædictas uias exierit. Sic etiam per podicem, atque intestina, ac uentrem quod etiam per totam corporis superficiem, seu cutem respiratio fiat, manifestum est ex eo: quod cum medicaminũ atque unguentorum uirtutes usque ad altiora uiscera perueniant, necessario materię tenduntur, & oppressione uentris perurgentur. Etenim per superficiem, seu cutem corporis, & rationabiles uias, id est, digestorias, inuisibili dispendio in sumptione facta, sequitur ut inanitas non ualeat substantiam retinere, id est, cibum, uel potum: cum semper irruenti materiæ cedit: atque ita opprimente uentre, nutrimenta partis uniuerso corpori traduntur. Sic itaque compresso stomacho, idem domino corporis escas quas suscepit, crudas atque acidas seu limosas ad superiora reiactat, atque euomit, impellente feruore. Anedum inquit fieri, quem nos redibitionem uocamus, cum per inane in obstrusione uenæ, quæ ex corde sumit initium, seu pulmonem, cum cogitur transgredi per eam a corde, reciprocus ad materiam quæ spiritum spargit, per omnem corporis regionem: & ob hoc non sinens spiritum recto ac solito cursu moueri, usque ad corporis finem, sequitur ut turbatus mentem commoueat, & casum corporis faciat, atque adductiones & raptus diuersos. Aut si forte omnia quæ in nobis liquida, seu argillosa, & crassiora, et feruentia sunt, hæc fuerint obstrusa, secundum eos meatus, quibus et respiratio credita sequeretur.

Caussa epilepsiæ.

D Certante autem inquit interiore spiritu, seu feruore cum festinatiõe exeundi, & obuiante frigore festinationi intrandi, turbari mentem, et spiratione retentatos artus fieri, seu casum, seu malefactionem, uel clypsim animæ, usque dum calor ex altioribus locis mutatus, seu abductus, obduratas, uel clausas uias subtilitate caloris interrũpendo puias faciat, qua sanguis uel spiritus consuetudinarium sibi iter cõsequatur. Hinc fit epilepsia, compatiente sibi bulini passionem, quæ fit ex ariditate & siccitate totius corporis ab anno trigesimo usque ad quinquagesimum. His frequenter ego carpision epithimo permixto, seu samsuco, uel abrotano, seu carui semen cum asaro, in hyssopi aqua decocto, ieiuno bibendum dedi, et ad meliora prouocaui. Opium cyrenaicum ad odorãdum naribus opposuimus. In locis refrigeratis, bene olentibus repausandi locum accipiant, seu ubi flores herbarum dispersi fuerint. Ab inquietudine uociferantium custodiendi erunt.

Sternutatio.

Sternutatione reflationem inquit fieri limoris in cerebro constituti, cadentis per nares. Simili modo etiam aurium tinnitum, superantibus liquidis in capite ac reflatis, decidente spiritu. Hinc sæpe etiam aurium dolorem nasci, uel ex concæpto spiritu & assumptione, atque erumpente & extendente partes. Item fluentis humoris acrioris caussa per auditorias cauernas, exulceratis finibus, transeunte humore in loca uulnerato.

Oscitatio.

Oscitationes item fieri, cõaceruati spiritus atque erumpentis caussa, &

illati, per solitas uias decurrentis, mouente spiritu a parte, siue extra cor- A dis pulsum. Ob hoc cum lachrymarũ fluore ad superiora fertur. Te- tanici uero fiunt in statione sanguinis arteriæ, qui ex corde fertur fieri.

Spasmum opostotonum fieri inquit, spiritus concæptione, siue sumptione interius secundum spinam constituti, et qui uenarum inferiores regat partes. Quando enim inquit, concæptus spiritus in exitum cœperit perurgeri, nec tamẽ ualuerit exire, angustiarum caussa irruens, uenarum summotationibus, totius corporis, atq; totis ceu sumptis alis, uiæ occlusionem, atq; attractionem neruorum, musculorum quoq; facit. Peripleumoniam uero inquit fieri, astante sanguinis plenitudine, aut nimio tumore facto, quæ pulmonem penetrant, unde & respiratio impeditur oppressione pulmonis, et densatio in uasculis, hoc est, uenis: item aliam obstrusionem spiritus generari, aliam liquoris acrioris incerti, & transitum uiarum non habentis.

Spasmus.

Peripleumonia.

Similiter & Pleureticæ passionis duplicem dedit substantiam. Icteri- cum inquit fieri, qui apud nos auriginosus, seu arcuatus uocatur: nam uulgus morbũ regium uocant. Fit obstruso meatu, qui ad uentrem ducit ex eo, qui ad fellis folliculum tendit. Suspicatur enim, si quid in sanguine fuerit acrius factum, hoc per spirationem tenuem, ad iecoris ferri uesicam, quam fel appellamus, atq; ex ipsa exuberatione facta, aliud ad uesicam, aliud ad oculos, aliud ad superficiem totius corporis effundi, B fortificandi corporis caussa, seu per uim naturalem pergere: quo extra corpora atque debilia, ex hac materia admonitionem atq; deformationem, & fellis egestionem atq; exuberationem in se suscipiant.

Morbus regius.

Singultum uero inquit fieri, spiritus accæpto in quasdam uocales uias, & decidente paulatim in uasculis, ubi frigidus liquor repositus est, sicut ex aqua uidemus uesiculas surgentes, descendente pluuia, atque stillicidio. Hydropem inquit fieri sanguinis corruptione per frigidum torporem. Feruore enim, naturale nutrimentum in sanguinem cogi æstimat: quo extincto, per morborum tarditatem supradicta materia inaquetur, destinata in sanguinis uentris substantiam: a cdeinde in loca uenarum, quæ periton membranæ, & intestinis interiecta sunt, et diffuso liquore obstrudẽtem hydropem nasci siue perfici ad tumorem totius corporis. ¶ Diuisam esse dicimus medicinam in partes quatuor. Regularem, quam Dietam uocamus. Manuum officium, quod Chirurgiam uocamus. Medicamen, quod Pharmaciam uocamus. Prænoscentiam, quã Prognosin dicimus. Corpus autẽ nostrum ex tredecim cõmixtionibus constat: neruis, uenis, renibus alternis, pinguetudine, ossibus, unguibus, cartilagine, capillis, succo, sanguine, medullis, membranis.

Singultus.

Hydrops.

Partitio totius Medicinæ.

Animę regimen in corde consistit, quę per subtilitatem spiritus seminata est per omnem corporis retentionem.

Digestionem inquit feruore fieri, & separatas esse corporis materias, Digestio.

C sanguinem in uenis contineri, spiritum in arterijs.

Sed pulmonem esse ueluti cellarium. spiritus ad arterias mittendi, seu replendi omnem corporis regionem, ex quo spiritu omnes nostri arcus commoueantur. Phreneticam passionem inquit fieri, tumore in corde suffecto, et suffocato sanguine, seu calore consuetudinario, ex quo cerebrum sensum & intellectum præbet. Aliud est enim, quod intelligitur, aliud quod sentitur.

Cerebra duo. Sic itaque duo cerebra sunt in capite constituta. Vnum, quod intellectum dat. Aliud, quod sensum præbet: idq; quod in dextra parte iacet, ab eo sentitur: a sinistro uero intelligitur: ob hoc sub ea parte subiacente corde, & semper uigilante, audiente, & intelligente: quia & aures habet ad audiendum. Quod

Præcordia. & Præcordia habet uentris, id est, recæptacula sanguinis, & spiritus singulis in partibus secundum aures, nunc ex ue-

D nis promere sanguinem, nunc ex arterijs spiritum. Nam arteria multum habet spiritum, & modicum sanguinem. Vena autem multum sanguinem, & modicum spiritum.

OCT. HORATIANI ad Filium EVSEBIVM Quarti LIB. Finis.

ALBVCASIS IN Chirurgiæ suæ LIB. PRAEFATIO.

A

POSTQVAM compleui uobis o Filij, librũ hũc, qui est postremus scientię in medicina cum complemẽto ipsius, & consecutus sum finem in eo, ex expositionibus eius, & ipsius declarationibus, uisum est mihi, ut compleam ipsum uobis cũ hoc Tractatu qui est pars operationis, id est, chirurgiæ cũ manu. Quoniã operatio cum manu prostrata est in regione nostra, & tẽpore nostro priuata omnino: donec fortasse perijt scientia eius, & abscissum est uestigium eius: & non remanserunt ex ea, nisi descriptiones paruæ in libris antiquorũ, quas mutauerũt manus: & accidit eis error & hæsitatio, donec clausæ sunt intentiones eius, & elongata est uis ipsius: Visum est mihi, ut uiuificẽ eam cum ordinatione huius Tractatus in ea secundum uiam expositionis, & declarationis, et abbreuiationis: et ut ueniam cum formis ferramentorum Cauterij, et reliquorum instrumentorum operis: cum sit ex declarationis additione, & ex properatione eius quod est necesse.

Appellat Librum, Tractatum.

B

Caussa autem propter quam non inuenitur bonus artifex eius cũm manu sua in hoc nostro tempore, est: quia ars medicinæ est longa, & oportet auctorem eius exercitari ante illud in scientia anatomiæ, quam narrauit Galenus, donec sciat iuuamenta membrorum, & ipsorum formas, et eorum coniunctionem, & separationem, et habeat cognitionem ossium, & neruorum, et lacertorum, & numerum ipsorum, et eorum egressionem, & uenarum pulsatilium, et quietarum, & locorũ exitus earum. Et propter illud dixit Hippocrates, quod nomen cum nomine est multum, et cum opere est paucum, et præcipue in arte manus. Nos uero iam diximus de illo in introitu huius libri. Quoniam qui non est sciens, quod diximus de anatomia, non euacuatur, quin iam cadat in errorem, quo interficiuntur homines: sicut ego uidi multos ex illis, qui formantur de hac scientia, & iactant se de ea absque scientia, et sine experimento. Quod est, quia uidi medicum stolidum fecuisse apostema scrophulosum in collo mulieris, et incidit quasdam arterias in collo: quare fluxit sanguis mulieris, donec cecidit mortua inter manus eius. Et uidi medicum alium, qui præsumpsit ut extraheret lapidem uiro, qui processerat in ætate, & lapis erat magnus. Peruenit ergo ad eum, & extraxit ipsum cum frusto uesicæ. Quare mortuus est uir in tertio die. Et ego quidem iam uocatus fueram ad extrahendum ipsum: & uidi ex magnitudine lapidis, & dispositione infirmi, quod moriretur. Et uidi medicum alium, qui accipiebat stipem apud quendam Ducum terræ nostræ propter medicinam: et ac-

Chirurgico scitu necessaria.

Imperitiam Chirurgicorũ periculosa.

C cidit eunucho nigro, qui erat apud ipsum, fractura in crure eius prope calcaneum: et properauit medicus cum ignorantia sua, & strinxit fracturam super uulnus cum puluinaribus, & astellis strictura forti, et non dimisit uulneri expirationem. Deinde absoluit eum secundum desyderia sua. Postea dimisit eū diebus aliquot, et pręcepit ei, ne solueret ligamentum: et stetit sic donec apostematū est crus eius, & ipsius pes, et peruenit ad perditiōem. Vocatus sum ergo ad eum: & properaui ad soluendum ligamentum: et consecuta est tranquillitas, et euasit a doloribus suis. Verumtamen corruptio iam confirmata erat in membro: et non potui refrenare ipsam. Non ergo cessauit corruptio perambulare in membro, donec perijt. Et uidi medicum alium, qui perforauit apostema cancerosum: & ulceratum est post dies, donec magnificata est malicia eius cum domino ipsius. Quod est, quia quādo est cancer purus ex humore melancholico, tunc nō oportet ut perueniatur ad eum cum ferro omnino, nisi sit in membro quod toleret, ut abscindatur totū eius. Et propter illud o Filij, necesse est uobis, ut sciatis, quod operatio cū manu diuiditur in duas diuisiones: scilicet, operationem cui associatur salus: et operationem, cum qua est periculum in pluribus dispositionibus. Et ego iam D excitaui in omni loco huius libri, in quo uenit operatio, in qua est terror & timor. Quare necesse est uobis, ut caueatis illud, & dimittatis ipsum: ut non inueniant stolidi uiam ad loquēdum, et dehonestandum. Accipite ergo mensuram cum sollicitudine & protectione, et infirmos uestros cum facilitate & firmitudine, et utimini uia meliore perducente gratia Dei ad salutem & successionem laudabilem: et dimittite ægritudines terribiles difficilis sanationis: & tollite animas uestras ab eo quod facit uos timere, ut ingrediatur super uos hęsitatio in fide uestra & commodo uestro. Est enim magis remanens ad gloriam uestram, et sublimius in mundo isto, et postremo ad quātitates uestras. Galenus enim iam dixit in quibusdam suis admonitionibus. Non medicetis ægritudinem malam: ne nominemini medici mali. Iam autem diuisi hunc Tractatum secundum tria Capitula.

Admonitio salubris.

Partitio Libri.

¶ Capitulum primū. De Cauterio cum igne, et Cauterio cum medicina acuta, capitulatum, & ordinatum a capite usque ad pedes, et formis instrumentorum, & ferramentis Cauterij: et omni quod necessarium est in operatione.

¶ Capitulum secūdum. De sectione & perforatione, phlebotomia & uentosis, et uulneribus: et extractione sagittarū, et similibus illius: & totum capitulatum, ordinatum formis instrumentorum.

¶ Capitulum tertium. De restauratione, & dislocatione, et curatione torsionis, & similibus illius: capitulatum, ordinatum a capite usque ad pedes, & formis instrumentorum.

¶ De Iuuamento, & Nocumento Cauterij: & quibus cōplexionibus cōueniat, et quo tēpore: & si cum ferro, uel auro. Caput I.

SED ANTE QVIDEM QVAM rememorer operationis cum eo, oportet ut dicam qualitatem Iuuamentorum eius, & Nocumentorū ipsius: & in qua complexione exhibeatur. Dico ergo, quod sermo de qualitate iuuamenti Cauterij, & nocumenti eius, est sermo prolixus, & subtilis, scientia, & secretum occultum. Etiam locuta fuit in eo multitudo sapientum, & dissenserunt in eo: & mihi quidem sufficit parum ex sermonibus eorum, timens prolongationem. Dico ergo, quod Cauterium confert uniuersaliter omni complexioni, quę est cū materia, et absq; materia: exceptis duabus complexionibus, quæ sunt complexio calida absq; materia, & complexio sicca absque materia. In complexione autem calida & sicca cum materia dissenserunt. Quidam enim dixerūt, quod Cauterium iuuatiuum est in ea. Et dixerunt alij contrarium illius, scilicet quod Cauterium non est conueniens in ægritudine, quę est ex caliditate & siccitate: quoniam natura ignis est caliditas: & inconueniens est, ut sanetur ex ægritudine calida & sicca, cum calido & sicco. Et dixit ille qui dicit contrarium illius: quod per Cauterium fit iuuamentum in omni ægritudine calida & sicca, quæ accidit in corporibus hominum: quoniam quando tu comparas corpus hominis, & humiditates eius, ad complexionem ignis, inuenis corpus hominis frigidum. Et ego quidem dico per sermonē eius: quia experimentum iam detexit mihi illud aliquotiens. Verumtamen non oportet, ut ueniat super illud, nisi qui iam probatus est, & exercitatus in capitulo Cauterij exercitio ultimo, & cognouit diuersitatem complexionum hominum, & dispositionem ęgritudinum in se ipsis, et caussas earum, & accidentia ipsarum, et spacium temporis earum. Ex reliquis autē complexionibus non est super uos timor: et pręcipue in ægritudinibus frigidis & humidis. Iam enim cōuenerunt omnes medici super eas: et non dissenserunt in iuuamento cum Cauterio in eis.

Cauteriū, cui complexioni conueniat.

B

» »

Et scitote filij, quod ex secreto curationis per Cauterium cum igne, & bonitate eius super Cauterium cum medicina comburente est: quoniam ignis est simplex, cuius actio non peruenit, nisi ad membrum quod cauterisatur: & non nocet membro alio coniuncto cum eo, nisi nocumento paruo. Medicinæ uero comburētis actio peruenit ad illud quod elongatur ex mēbris: et fortasse facit accidere in membro ægritudinem difficilis sanationis, et fortasse interficit. Ignis autē propter subtilitatē suā & bonitatē substantię suę, non facit illud, nisi superfluat. Iam uero innotuit nobis illud p̄ expimentū, ꝓpter longitudinē seruitutis & studij cū

C arte, & stationẽ super ueritatẽ rerũ: et propter illud excusor a longitudine sermonis. Et si non esset, quia nõ licet huic libro meo, afferrem uobis secretum occultũ in igne, et qualitatẽ operationis eius in corporibus expulsionis suæ, qua expellit ægritudines sermone philosophico demonstratiuo, qui acueretur a mẽtibus uestris. Et scitote filij, quod ipsi dissentiunt in tempore, in quo cõuenit fieri cauteriũ, et ponunt melius tempus ueris. Et ego dico, quod cauterium cõuenit in omni tempore: propterea, quod nocumẽtum accidens propter tempus submergitur in iuuamento, quod attrahitur cum cauterio. Et præcipue si cauteriũ est propter dolores ex doloribus necessarijs, fortibus, festinis, qui non tolerant tarditatẽ: propterea quod timetur ex eis, q̃d accidat malicia quæ est maior, quam paruum nocumentũ intrans propter tempus. Et non cadat in mentibus uestris o filij illud, quod non extimant, nisi uulgus & stolidi medici, scilicet quod illi ægritudini quæ sanatur per cauterium, non est reditio semper: et ponunt illud consequens, et res non est sicut putant: propterea quod cauteriũ non est, nisi loco medicinæ, quæ alterat cõplexionẽ, & exiccat humiditates quæ sunt caussæ, quare accidunt dolores. Verũtamen cauterium superfluit super medicinã per uelocitatem ualetudinis suæ, & uirtutem suæ operationis, et uehementiã dominij sui: &

Cauterizandi tempus.

D possibile est, ut redeat ægritudo hora aliqua temporis secundũ complexionem infirmi, & locationẽ ægritudinis suæ, & uirtutem eius: & quod præparatur in corpore eius ex aggregatione superfluitatũ in eo: & quod peruenit ad ipsum in acquisitiõe sua ex cibis, & similibus illis ex caussis, nisi sit ægritudo, in qua administratur cauterium. Aegritudo subtilis in membro paucarũ superfluitatum, et humiditatũ, sicut cauterium dentis, propter dolorem, et similia illi, possibile est enim, ut non redeat in eo ille dolor. Sed illud fit in paucis. At uero sermo uulgi iterum, quod cauterium est postremũ medicinæ, est sermo rectus: non ad illud quod ipsi intendunt in illo: quoniã ipsi credunt, quod non est curatio quæ conferat cum medicina, neq; cum alio post occasum cauterij. Res autẽ est econtrario illius, & intentio, quod cauteriũ est postremũ medicinæ, non est, nisi quod quando nos administramus modos curationis in aliqua ægritudinũ, & non conferunt illæ medicinæ: deinde administramus in fine rei cauteriũ, & confert: tunc inde cadit, quod cauterium est postremum medicinæ, non secundũ intentionem quam intelligunt uulgus & multi stolidorũ medicorum. Antiqui autẽ dixerunt, quod cauterium cum auro est melius, quam cauteriũ cum ferro: & non dixerũt illud, nisi propter æqualitatem auri, & sublimitatẽ substantiæ suæ: & dixerunt, quod non facit pus locus cauterij. Verum non est illud absolute: quoniã ego iam probaui illud, & inueni, quod ipsum non facit illud in quibusdam corporibus absq; alijs. Et cauteriũ cum ipso est bonum, et melius quam cum ferro, sicut dixerunt. Verũtamen quãdo tu ignis cauterium in igne

Cauterium postremum medicinæ.

Cauterium cum auro præstat.


ex auro, nō declaratur tibi, quando ignitur ſecundū quantitatem quam uis, propter rubedinē auri: & quando properat ad ipſum frigus, & ſi ad dis ſuper ipſum ignitionē, liqueſcit in igne, et uertitur in laminas. Quare cadit artifex ex illo in occupationem: & propter illud fit Cauteriū cum ferro apud nos uelocius & propinquius, ex rectitudine ad operatiōem. Et ego quidem iam ordinaui hoc Capitulum in Cauterio, ſecundum ca pitula: & ordinaui ea a capite uſq; ad pedes: ut alleuient quærenti illud quod uult ex eo. A

¶ De modo cauterizandi Caput in commiſſura coronali. Caput II.

CONFERT hic cauterizatio ad dominiū humiditatis & frigiditatis ſuper cerebrum: quæ duæ ſunt cauſſæ ſodæ, et multitudinis fluxus humorū ex capite ad partes oculorum & auriū, et multitudinis ſomni, & doloris dentiū, et doloris gutturis: & uniuerſaliter omnis ægritudinis, quæ accidit ex frigiditate, ſicut paraliſis, & ſodæ, epilepſię, et apoplexiæ, et ſimilia illis ex ægritudinibus. Modus cauterizationis eſt, ut præcipias infirmo: ut euacuetur in primis cum medicina ſolutiua mundificante caput tribus noctibus, aut quatuor, ſecūdum quod exigit uirtus infirmi, & eius ætas, et conſuetudo eius. Deinde pręcipe ei, ut radi faciat caput ſuū cum nouacula. Deinde fac eum ſedere inter manus tuas quadratū, ita quod iam poſuit manus ſuas ſuper pectus ſuū. Deinde pone radicem palmæ tuæ ſuper radicem naſi ſui inter oculos ſuos. Vbicumq; ergo peruenerit digitus tuus medius, ſigna locum illum cum incauſto. Deinde igni Cauterium Oliuare: cuius hæc eſt forma.

Soda.

B



Cauterium oliuare.


Deinde pone ipſum ſuper locum ſignatum cum incauſto, deſcenſione, qua conſtringatur manus tua paulatim, & tu reuolues ipſum. Deinde leua manū tuam uelociter, & aſpicias locum. Quod ſi uides iam detegi ex oſſe quantitatē capitis alkiel, aut quantitatē zeuherbi, tunc eleua manum tuam. Et ſi non, itera manū tuam ferro ipſo, aut cum alio ab ipſo ſi infrigidatur: donec uideantur oſſa, quæ dixi tibi. Deinde ſume aliquid ex ſale, & ſolue illud in aqua, et imbibe in ipſo cotum, & pone ſuper locum: et dimitte ipſum tribus diebus. Deinde pone ſuper ipſum cotū imbibitum in butyro, & dimitte illū ſuper locum, donec deſtruatur eſchara ignis. Deinde cura illud cum unguento tetrapharmacon, uſquequo ſanetur. Iam dixerunt, quod quanto uulnus plus remanet apertū, emittit pus: quare eſt melius & magis iuuatiuum. Et dixerunt quidam eorum, ut cauterizetur cutis uſq; ad os; & teneatur Cauterium, donec ad-

C uratur quiddam ſpiſſitudinis oſſis. Deinde radatur poſt illud quod adustum eſt ex oſſe, deinde curetur. Et dicunt alij, quod oportet ut cū cauterio perueniatur ad ultimum, donec imprimat in os impreſſionem fortem, ita quod cadat os, quod fit ſicut forma kirate: aut inſtrumētū quod mulieres ponūt infuſo alphabeti parui: & extimant, quod exſpirantur ex hoc loco uapores capitis, & dimittatur uulnus apertum tempore longo. Deinde curetur, donec conſolidetur. Mihi autē non uidentur hæ duæ ſpecies Cauterij omnino niſi in quibuſdam hominibus ſecundum uiam timoris. Et dimittere ipſum, apud me eſt melius cum ſalute ipſius. Debilitatur enim caput ex ſolutione continuitatis ipſius naturalis: ſicut teſtificati ſumus in reliquis membris: & pręcipue quando caput infirmi debile eſt natura: & ſpecies quidē Cauterij prima eſt magis ſalua & melior apud me, & ea utor: operare ergo cum ea in ſalute.

¶ De modo cauterizandi capitis in dolore totius capitis. Caput III.

D QVANDO in toto Capite accidit dolor chronicus: et prolongatur illud in infirmo, & utitur hyeris, et cochijs, & caputpurgijs, & oleis, et empleumatis. Et pręcipue ſi iam cauterizatū eſt cauterio uno, quod narrauimus, et non confert ei aliquid ex illis: tunc conſidera. Nam ſi caput infirmi eſt fortis creationis natura, et nō eſt debile, & inuenit frigus uehemens: tunc cauteriza cum cauterio alio ſub illo parum. Deinde cauteriza ipſum ſuper omne cornu capitis ſui cauterio, donec pertranſeat cutis, et diſcooperiatur ex oſſe quantitas, quam narrauimus. Et cauteriza ipſum cauterio uno in occipitio capitis ſui, in loco qui nominatur uas: et eſt locus in quo ponitur uentoſa: & eleua manum tuam in hoc, et non diſcooperias os. Infirmus enim inuenit propter illud dolorem uehementem, et diuerſum a dolore reliquorū cauteriorum capitis omniū. Et ego dicam hoc Cauteriū in loco ſuo: et oportet quod ſit cauteriū, quo cauterizantur cornua capitis, et occiput eius ſubtilius cauterio, quo cauterizatur mediū capitis. et hæc eſt forma eius.


Vas capitis.



¶ De modo cauterizandi in hemicrania, tam cum medicina aduſtiua, quam cum ferro. Caput IIII.

QVANDO accidit in parte capitis dolor & ſoda, aut extēditur dolor uſq; ad oculum, & euacuatur cū medicinis mundificantibus caput, et adminiſtratur reliqua curatio, quam dixi in diuiſionibus ægritudinū, et non confert illud totū: tunc cauterizatio in eo eſt ſecundum duos modos: aut cauterizatio cū medicina acuta comburente: aut cum ferro. Cauterium autē cum medicina acuta comburente, eſt,

ut accipias dentẽ unum allij, & excortices ipſum, et abſcindas extremita tes eius ex duobus lateribus. Deinde ſcinde locum doloris in tempore cum phlebotomo lato, donec fiat in eo locus ſub cute, in quo dens capi atur. Intromitte ergo eum in ipſo ſub cute, donec occultet: deinde ſtrin ge ſuper ipſum cũ puluillo conſtrictione decenti, et dimitte ipſum quan titate quindecim horarũ: deinde ſolue eum, & extrahe allium, & dimitte uulnus duobus diebus, aut tribus: poſtea pone ſuper ipſum cotum ſub merſum in butyro, donec locus efficiat pus: deinde cura ipſum cum un guento uſquequo ſanetur. Et ſi uis fac illud cum quibuſdam medicinis comburentibus, quas ego ſcripſi in tractatu duodecimo, de Medicinis adurentibus. Cauterizatio uero eius cum ferro, eſt ſecundum hunc modum. Igni Cauterium, cuius forma hæc eſt. Et nominatur Clauilis: quoniã forma capitis eius eſt ſicut forma claui, in quo eſt quiddam cur uitatis, & in medio eius eſt quędam eminentia parua. A



Cauterium Clauile.

Deinde pone ipſum ſuper locum, & retine manum tuam: & tu reuolue ferrum paulatim cum uelocitate: et ſit quantitas quæ aduritur ex ſpiſſitu dine cutis, ſicut medietas eius. Et eleua manũ tuam, ut non aduratur ar teria, quę eſt inferius, et accidat fluxus ſanguinis. Deinde imbibe cotum in aqua ſalis, & pone ſuper locum, et dimitte ipſum tribus diebus: dein de pone cotum cum butyro: poſtea cura cum unguento uſquequo ſane tur. Et ſi uis, cauteriza hanc hemicraniam cum extremitate cultellari ſe cunda Cauterij. Et caue ab inciſione arteriæ in hac hemicrania, non an tiqua proprie. B

¶ De modo cauterizandi in hemicrania antiqua. Caput V.


QVANDO curas hemicraniam, cum eo quod diximus ex cu ratione præcedente, & quod diximus in diuiſionibus ægri tudinũ, et non confert curatio: & uides ex ægritudine, quod non ſufficit ei quod diximus ex cauterio primo cũ medicina, aut cum cauterio cum igne, tunc oportet ut ignias Cauteriũ cultellare, donec albificetur poſt quam ſignas ſuper locum doloris cum linea, cuius longitudo ſit medie tas digiti, aut quaſi illud: & depone manũ tuam uice una, et ſtringe eam donec incidas arteriam, & peruenias uſque ad os. Verumtamen neceſſe eſt tibi, ut caueas a continuatione mandibulæ, quæ mouetur apud ma ſticationem, ne aduratur latus, aut neruus qui mouet ipſam, unde acci dat ſpaſmus. Et eſto ſuper cuſtodiam, & cautelam de fluxu ſanguinis ar teriæ, quæ abſciſa eſt. In abſciſione enim eius eſt timor, & præcipue ei qui ignorat illud quod facit, & non eſt ſtudioſus, nec expertus: & di mittit operationem cum eo in primis. Et ego ueniam cum rememora

C tione regiminis fluxus ſanguinis accidentis ex arteria ſecundum mo-dum ſuum, & in loco ſuo huius libri. Quod ſi uides ex ægritudine, quod non ſufficit ei hoc Cauteriũ, & uides corpus infirmi tolerans cau-terium in medio capitis, ſicut narrauimus, cura uulnus, donec ſanetur. Et ſi uis, adminiſtra Cauterium, quod diximus in capitulo extractionis arteriæ cum Cauterio habente duos cultellos. Eſt enim cauterizatio me-lior hac, & magis conferens.

¶ De modo cauterizandi in dolore Auriũ. Cap. VI.

QVANDO accidit in Aure dolor a frigore, et curatur cum ſo-lutiuis, & reliqua curatione quam diximus in diuiſione, et non remouetur dolor, tunc igni Cauterium: & eſt illud quod no-minatur Punctum, cuius forma eſt hæc.

Cauterium Punctum.



D Deinde puncta cum eo poſt eius ignitionem in circumitu auris totius, ſicut reuoluitur: aut in circumitu utriuſq;, ſi ſimul dolor eſt in utriſq;. Et elonga te cum Cauterio a radice auris parumper, poſtquam ſignaueris loca cum encauſtro: & ſit cauterij quantitas decem punctorum in omni aure, & quaſi illa. Deinde cura loca, donec ſanentur.

¶ De modo cauterizandi in Tortura. Caput VII.

TORTVRA quæ curatur cum cauterizatione, non eſt niſi ex ſpeciebus, quæ accidunt ex phlegmate, ſecundũ quod diximus in diuiſionibus ægritudinũ. Et deuita cauterizationem ſpeciei, quæ accidit ex exiccatione, et ſpaſmo nerui. Quando curas hanc ſpẽm torturæ cum hyeris, & caputpurgijs, et gargariſmis, & non confert cu-ratio tua, tunc oportet ut cauterizes infirmũ tribus Cauterijs: uno apud radicem auris, et ſecundo parum inferius a timpore ſuo, & tertio apud coniunctionẽ duorum labiorum. Et pone Cauterium tuũ ex contrario partis infirmæ. quoniã mollificatio non accidit, niſi in parte quæ appa-ret ſana. Et forma cauterizationis eſt, ut cauterizes ipſum Cauterio in directo extremitatis auris ſuperioris ſub cornu capitis parum: et alio in timpore: cuius longitudo ſit ſecundũ longitudinem pollicis. Et depone manũ tuam cum cauterio, donec comburatur quantitas medietatis ſpiſ-ſitudinis cutis. Et hæc eſt forma Cauterij, & eſt ſpecies ex cultellari, cu-



ius forma præmissa est: uerũtamen non est subtilior ea parum, sicut ui- A
des: & oportet ut sit cultellus in eo superfluę grossitudinis parum. De-
inde cura loca, cum eo quod præcessit: donec sanetur.

¶ De modo cauterizandi in Apoplexia antiqua. Caput VIII.

QVANDO antiquatur Apoplexia, & curas eam cum eo quod diximus, & non confert medicatio tua, & infirmus non habet febrem, tunc cauteriza eum quatuor cauterijs super omne cornu capitis sui, & cauterio in medio capitis, sicut diximus, & cauterio in occipitio capitis, secundum quod præcessit: & modus cauterij sit secundum quod præcessit. Etiam cauterizatur cum Cauterio super os stomachi: et est magis ultimum. deinde curetur, cum eo quod præcessit.

¶ De modo cauterizandi in Obliuione. Caput IX.

OPORTET ut in potu dentur in primis infirmo hyeræ magnæ, & pillulæ mundificantes cerebrum. Deinde rade caput infirmi totum, & pone super occipitium eius emplastrum de synapi descriptum in tractatu emplastrorum: & pone ipsum aliquotiens. Ipsum namq; est modus Cauterij: & fac illud secundum ordinem eundem, quẽ dixi illic. Si ergo sanatur per illud, bonum est. Si non: tunc B
fac ei cauteria tria in posteriori parte capitis sui, quæ sint descendentia a superiori parte capitis usq; ad inferiorem partem oculi: & pone inter omne cauterium grossitudinem digiti. Deinde cura Cauterium, cum eo quod præcessit. Si autem uis additionem, & infirmus est tolerans illud: tunc fac ei Cauterium in medio. Quod si uis additionem: tunc cauteriza ipsum super duo cornua. Deinde cura ipsum, donec sanetur: sitq; Cauterium oliuare secundum formam, quæ præmissa est.

¶ De modo cauterizandi in Paralisi, & mollificatione. Caput X.


OPORTET ut procedas in mundificatione capitis cum hyeris, & cum eo quod diximus. Deinde rade caput infirmi: postea cauteriza ipsum cauterio in medio capitis, & cauterio super omne cornu capitis, & cauterio super posterius ipsius, & tribus super spondiles colli.

Si autem indiges in ægritudine mollificatione corporis pluribus illis, & infirmus est tolerans, & ægritudo est fortis: tunc cauteriza ipsum quatuor cauterijs super spondiles dorsi, & ultima cum cauterio, donec comburatur ex cute plurimum eius, & eleua manum tuam. Deinde cura ipsum, donec sanetur: & sic cauterium Oliuare.

¶ De modo cauterizandi in Epilepsia. Caput XI.

NON CAVterizatur epilepticus, nisi ille cuius epilepsia est ex phlegmate. Oportet ergo ut mundifices cerebrum eius in primis cum hyeris, & cum reliqua curatione quã diximus in diui-

C ſione:quando infirmus eſt magnus, aut eſt tolerans in accęptione medi=cinarum. Si aũt eſt puer, qui non tolerat medicinas, tunc adminiſtratur gargariſma, et maſticationes mundificantes cerebrum, ante illud diebus multis cum bonificatione ciborum. Deinde rade caput eius, poſtea cauteriza ipſum Cauterio uno in medio capitis, ſecundum quod præceſſit in modo: et cauterio alio in occipitio eius, & ſuper omne cornu capitis ſui cauterio. Quod ſi infirmus fuerit fortis, et fuerit tolerans, tunc cauteriza ipſum cauterijs, quæ dixi in habente paraliſim, & mollificatiõem corporis ſuper ſpondiles colli, & ſpondiles dorſi: & ſit Cauterium oliuare ſecundum modum qui præceſſit. Si autem infirmus eſt puer, tunc pone cauterium ſubtile, ſecundum hunc modum.



De modo cauterizandi in Melancholia. Caput XII.

QVANDO cauſſa melancholiæ ſunt humiditates corruptæ, & phlegma groſsũ, tũc cauteriza ip̃m Cauterijs, quę diximus in habẽte paraliſim. Et ſi cauſſa melancholiæ eſt ſuperfluitas decliuis ad
D melancholiã, & eſt corpus infirmi humectũ, tunc da ei in potu q̃d mundificet cerebrum eius, ſecundũ quod præceſſit in diuiſione: deinde rade caput infirmi, et fac poſtea tortellam decenter factam ex lino, ſicut circulum. Deinde pone ipſam in medio capitis: et infirmus ſedens quadratus teneatur ab omni parte. Deinde pręſenta linimentum. Et eſt dignius ex butyro ouium antiquo. Et calefac ipſum ſuper ignẽ calefactione temperata menſura, quã toleret digitus, quando intromittitur in ipſum. Deinde euacua ipſum in medio capitis eius ĩ circulo, et dimitte ipſum donec infrigidetur. Fac illud infirmo omni hebdomada ſemel, cũ reliquo regimine eius bono, donec ſanet̃. Aut ſi uis, cauteriza ipſum faciendo puncta parua plurimũ eius, pręter quod teneas manũ cum cauterio: imo ſit odorando. Hæc enim ſpecies cauterij humectat cerebrũ cum qualitate. Deinde pone ſuper ipſum cotũ imbibitũ in butyro, aut adipe gallinæ.

De modo cauterizandi in aqua deſcendente ad oculum. Caput XIII.

QVANDO declarat̃ tibi principiũ aquę in oculo per ſigna, quę dixi in diuiſione, tũnc incipe & pota infirmũ, cum eo quod mundificet caput eius. Et cuſtodi ipſum ab oĩbus humiditatibus, & fac eum ſedere in balneo, in ieiunio diebus aliquot. Deinde pręcipe ei, ut radat caput ſuum, & cauteriza ipſum in medio capitis ſui. Deinde cauteriza ipſum ſuper duo timpora duobus cauterijs, ſi eſt incæptio deſcenſus aquæ in duobus oculis ſimul: aut ex latere uno, ſi eſt incæptio aquæ in oculo uno: & abſcinde cum cauterio omnes uenas & arterias quæ ſunt ſub cute: & ſint cauteria in ea longa in latitudine timporum: & ca=


ue a fluxu ſanguinis. Quod ſi uides aliquid ex eo, tunc abſcinde eum A
ſtatim cum quacunque medicina eſt poſſibile: & ego ueniam cum ſapientia, quæ eſt in extractione arteriarum, et abſciſione earum, & cautela a fluxu ſanguinis. Et quandoque cauterizatur in ceruice, ſub duobus oſſibus, duobus cauterijs ultime productis.

¶ De modo cauterizandi in Lachrymis antiquis. Caput XIIII.

QVANDO lachrymę oculorũ ſunt antiquæ, aſſiduæ: et ſunt ſuper uenas, & arterias quæ ſunt in manifeſto capitis exterius, uerificatur q̃d illud eſt ex ſuperfluitatib. frigidis, phlegmaticis: tunc cauteriza cauterio eodem quod narraui in inceptione aquæ deſcendentis, cauterio in medio capitis, et duobus cauterijs ſuper duo tempora, & duobus cauterijs in ceruice ſub duobus oſſibus. Et ſi indiges additione, tunc cauteriza ipſum in omni latere caute oculi, ſuper extremitatem ſupercilij cum cauterio paruo.


¶ De modo cauterizandi in fœtore Naſi. Cap. XV.

QVANDO tu medicaris illud, cũ eo quod diximus in diuiſione, et non cõfert medicatio: tunc propera, & da in potu infirmo cochias tribus noctibus: deinde rade caput eius, et cauteriza ipſum cauterio medio, cũ cauterio oliuari. Deĩde cauteriza ipſum cũ cauterio clauili duobus cauterijs, ſuper duo ſupercilia ſub capillis parum. Et cuſtodi te ab arteria, ne incidas eam. Et hæc eſt forma cauterij Clauilis. B



¶ De modo cauterizandi in mollificatione Palpebræ. Caput XVI.


QVANDO mollificatur Palpebra oculi ab ægritudine, aut humiditate: tunc cauteriza Palpebram cauterio uno, cum hoc cauterio lunari. Et ſi uis, cauteriza ipſum ſupra duo ſupercilia parum duobus cauterijs in omni parte: & elongentur a duobus temporibus: & ſit longitudo omnis cauterij, ſecũdum longitudines ſupercilij: et non ultimes manũ tuam cũ cauterio, imo ſcdm quantitatem q̃d aduritur tertia palpebræ. et hęc eſt forma cauterij ſcd'm hũc modũ cauterij lunaris.



¶ De modo cauterizandi Palpebram cum pili inuerſantur pungentes oculum. Caput XVII.

CAVTERIVM in eo eſt ſecundũ duos modos: aut cauterium cum igne: aut cauteriũ cum medicina comburente. In cauterio aũt

C cum igne, præcipe infirmo ante illud, ut dimittat pilos suos, si est ex illis qui mundant eos, donec prolongētur & æquentur. Si autem pungunt eum apud ortū suum: tunc constringe oculos eius cum uitta, ut non moueantur, donec nascantur. Cum ergo nascuntur & ęquantur, tunc pone caput infirmi in sinu tuo: deinde signa super Palpebram oculorum eius cū encaustro, signo quod sit secundū figuram folij myrti: et sit principiū signi prope pilos. Deinde pone cotū imbibitum in albumine oui: aut in mucilagine psilij sup oculū. deinde igni cauteriū, cuius forma est hæc.



Deinde cauteriza super figurā, quam signasti paulatim in uicibus multis, donec cōburatur superficies cutis, quę est sicut figura folij myrti, totam apparentē proprie. Et signū sanitatis operis tui est: ut si uideas Palpebram oculi iam contrahi, et pilos eleuari apud puncturā oculi. Eleua ergo manū tuam tunc: et dimitte ipsum tribus diebus. Deinde pone super ipsum Cotum cum butyro, donec eradicetur eschara. Deinde cura ipsum cum unguento, donec sanetur. Quod si redeat aliquod ex pilis post horam, & mollificetur palpebra: tunc itera Cauterium super illum locum, sicut fecisti in primis. Si autem pili sunt in inferiori: tunc cauteriza ipsam, donec eleuetur ad locum suum naturalem: & ęquetur ut non pungant pili oculum.

D

❡ De modo cauterizandi cum medicina comburente in eodem casu. Caput XVIII.

EST UT præcipias infirmo, ut dimittat pilos, donec prolōgentur & æquentur. Fac ex charta de panno formam folij myrti. Deinde accipe ex sapone cognito, & ex calce non imbibita ex unoquoq; pondus unc. I. aut quasi illud: deinde tere ea simul contritione bona, & fac illud cum festinatiōe, ut non infrigidetur. Deinde expande ex eo super chartam quā fecisti sicut formā folij myrti, & pone ipsum super palpebram oculi unius, aut duorum. Et pone sub oculo cotum imbibitū in albumine oui: & caput infirmi sit in sinu tuo. Et pone digitum tuū indicem super medicinā, & preme ipsum parumper. Et tu moueas ipsum quotiens sentit infirmus mordicationē medicinæ: quoniā inuenit eius mordicatio sicut ignis. Dum ergo perseuerat hoc quod ipse inuenit mordicatio, tunc dimitte medicinam, & moue ipsam cum digito tuo. Cum ergo quiescit mordicatio, tunc remoue medicinā, & ablue oculū cum aqua. Et considera tunc, si uides palpebram eleuari, sicut eleuatur apud contractionē cum igne, aut cum incisione, est bene: & si non, tunc itera super ipsam ex medicina super locū, in quo non imprimit medicina, & non denigrat, donec ęquet operatio tua, et cōtrahat oculus. Deinde pone super

ipſum Cotum cum butyro, donec eradicetur cutis aduſtionis. Deinde cura ipſum cum unguento diaphinicon, aut alio, donec ſanetur. Et neceſſe eſt tibi apud operationem, ut cuſtodias ultima cuſtodia, ne in oculum cadat aliquid ex medicina. Quod ſi mollificatur palpebra poſt dies, & pugnat ex capillis aliquid in oculo, tunc itera medicinam ſuper illum locū, qui mollificatur ex palpebra proprie, ſicut feciſti in primis. Deinde cura ipſum, donec ſanetur. Et hæc eſt forma folij myrti. A




Forma folij Myrti.

Et ſcias, quod oculi hominū diuerſificantur in magnitudine, et paruitate. Ergo ſecundum illud ſit conſideratio tua: & non occultatur uia rectitudinis illi, cui eſt ſtudium de hac arte.

¶ De modo cauterizandi in Fiſtula lachrymali. Caput XIX.


QVANDO curas Fiſtulam, cum eo quod diximus in diuiſionibus ægritudinum, & non confert curatio tua: tunc, oportet ut cauterizes ipſam ſecundum hunc modum. Præcipe infirmo, ut ponat caput ſuum in ſinu tuo, & teneat caput eius miniſter inter manus ſuas taliter, ut non moueatur, neq; agitetur cum capite ſuo. Deinde pone Cotum infuſum in albugine oui, aut in mucilagine pſilij ſuper oculum eius: deinde igni Cauterium, cuius forma eſt hæc. B



Sit concauum, ſicut forma cannæ pennæ uulturis ab extremitate una, cum qua fit Cauterium: & ſi uis ſit penetrans uſq; ad extremitatem aliam, & ſi uis ſit ſurſum ſic tenta. Verumtamen hoc concauum eſt melius ad opus tuum. Deinde exprime fiſtulam, ſi eſt aperta, et extrahe ex ea ſaniem, & exicca ipſam: et ſi non eſt aperta, tunc aperi eam, & extrahe pus eius. Deinde pone tunc ſuper eam Cauterium, quod ſit ignitum ualde. Et tene cum eo manum tuam parumper apud Cauterium ab oculo, ad partem naſi, ut non erret manus tua, aut inquietetur infirmus: & ponas Cauterium in adipe oculi, et corrumpas ipſum. Si ergo peruenis in principio Cauterij tui uſque ad os, erit bene. Et ſi non: tunc itera Cauterium ſemel, aut bis, ſi indiges illo: & dimitte illud tribus diebus. Deinde pone Cotum cum butyro, & cura ipſum cum unguento exiccatiuo, donec ſanetur. Quod ſi prçterierint ei quadraginta dies, & nō ſanatur: tunc pone ſuper ipſum medicinam acutam corroſiuam, donec detegatur os: & rade ipſum ſecundum quod uenit in capitulo ſuo. Et eſt modus a-

C lius Cauterij fistulæ, quē quidam primi dixerunt. Intende ad locum fistulæ, & finde ipsum: deinde pone in ipsam fissuram camahan subtile, id est, Cannulam subtilem. cuius forma hæc est.

Cannula.




Et funde in ipsum quantitatem drachmæ ex plumbo liquefacto, & tene manum tuam cum Canna retentione bona, & non moueatur infirmus omnino, ut nō currat, uel perueniat plumbum liquefactum ad oculum eius. Et oportet ut ponas super oculum infirmi cotum infusum in albumine oui, aut in aqua. plumbum enim comburit locum fistulæ, & sanat ipsam sanatione mirabili. Quod si sanatur fistula, cum eo quod diximus ex Cauterio, & curatione, est bonum. Et si non, tunc necesse est administrare foramen nasi, & reducere fistulam ad cursum nasi, secūdum quod ueniet in loco suo sibi proprio.

De modo cauterizandi in fissuris Labiorum. Caput XX.

Pili labiorum.

MVLTOTIENS accidunt in Labio fissuræ, quę noīantur Pili, et pręcipue in labijs puerorū. Cum ergo tu curas has fissuras, cum eo q̄d diximus in diuisione ægritudinū, et non confert D curatio, tunc igni cauterium paruū cultellare, secundum hanc formā.

Cauterium Cultellare.



Et fit concauitas eius secūdum subtilitatem cultelli. Deinde pone ipsum ignitum festinanter in ipsis fissuris, donec perueniat cauteriū ad profundum fissurarum. Deinde cura ipsum cum cæroto, donec sanetur.

De modo cauterizandi in fistula Oris. Caput XXI.

QVANDO accidit apostema in radice gingiuæ, aut in palato, aut in radicibus dentium: deinde facit pus, & rumpitur: postea antiquatur, et currit pus, et fit fistula: deinde curas ipsam, et non confert in ea curatio, tunc oportet ut ignias cauterium secundum quantitatē, quod capiat in fistula. Deinde intromitte ipsum ignitū in foramine fistulæ, & tene manū tuam, donec perueniat ferrū ignitum ad profundū eius, et ultimū eius: fac illud semel, aut duabus uicibus. Deinde cura ipsum post illud, cū eo quod diximus de curatione usquequo curet̄. Si ergo abscinditur sanies, et sanat̄, erit bonū. Et si nō, tunc necesse est detegere locū, et auferre os corruptum sc̄d'm q̄d ueniet in capite suo.

A

¶ De modo cauterizandi in Gingiuis, et Dentibus mollificatis. Caput XXII.

QVANDO mollificatũ gingiua propter humiditates, & mouentur dentes, & curas eam cũ medicinis, et non confert: tunc pone caput infirmi in sinu tuo. Deinde igni cauteriũ, cuius forma ueniet post hæc, ita ut ponas Cannulã super dentem: & intromitte in ea Cauterium ignitum festinanter: & tene manum tuam parumper, donec sentiat infirmus calorem ignis iam peruenisse ad radicem dentis. Et eleua manum tuam: deinde itera Cauterium aliquotiens, secũdum quod uis. Deinde impleat infirmus os suum aqua salis, & teneat ipsam hora una: & exspuat ipsam. Dens eñ motus firmatur, & gingiua mollificata stringitur, et siccatur humiditas corrupta.


¶ De modo cauterizandi in dolore Dentium. Caput XXIII.

QVANDO dolor dentis est propter frigiditatem, aut in ipso est frigus, aut uermis, & non confert curatio cũ medicinis: tunc Cauterium in ipso est secundũ duos modos: aut Cauteriũ cum butyro: aut cauteriũ cum igne. Cauterium aũt eius cum butyro est, ut accipias butyrũ uaccinũ, et bullias ipsum in cochleari ferreo, aut in uenera. Deinde accipe cotũ, et inuolue ipsum super extremitatem tentę. Deinde submerge ipsum in butyro bullito: et pone ipm super dentem dolorosum festinanter, & tene ipsum donec infrigidet: deinde itera ipm aliquotiens, donec perueniat uirtus ignis ad radicẽ dentis. Et si uis, submerge lanã, aut cotũ in butyro frigido, et pone ipm super dentẽ dolentẽ: et pone super ipsum ferrum ignitũ, donec perueniat ignis ad profundũ concauitatis dentis. Cauterizatio aũt eius cũ igne est, ut intendas ad cannulã æris, aut cannulã ferri. Et sit in corpore eius quiddã grossitudinis, ut non perueniat acuitas ignis ad os infirmi. Deinde igni Cauteriũ, cuius forma ueniet: et pone ipsum super illũ dentem: & tene manũ tuam, donec infrigidetur Cauteriũ. Fac illud aliquotiens. nam dolor remouebitur, aut in illo eodem die, aut die alio. Et oportet in impressione illius Cauterij, ut impleat infirmus os suũ butyro bono, & teneat ipsum hora una: deinde exspuat ipsum. Et hæc est forma C auterij.


B

Cauterium Dentiũ cum butyro.

Cum igne.




Cauteriza cum quacumque extremitate uis secundum quod est possibile: & hæc est forma Cannulæ.



C ¶ De modo cauterizandi in Strophulis. Caput XXIIII.

QVANDO Strophulæ sunt a phlegmate, et ab humiditatibus frigidis, & non sunt obedientes digestioni per medicinas, & uis digestionem earum uelociter: tunc igni Cauterium concauum, cuius forma est hæc.



Habens duas extremitates apertas, ut egrediatur fumus apud Cauterium ab extremitate altera: & pone ipsum ignitũ super ipsum apostema semel, et secũdo, si indiges illo, donec perueniat ad profundũ apostematis. Quod si apostema est paruũ: tunc pone Cauteriũ secundum quãtitatem apostematis. Deinde dimitte ipsum tribus diebus, et pone super ipsum cotũ infusum in butyro, donec remoueatur quod cõbussit ignis. Deinde cura ipsum cũ unguento dentis, donec sanetur forma cannulæ.


¶ De modo cauterizandi in raucedine uocis, & constrictione anhelitus. Caput XXV.

D QVANDO uincũt humiditates super cañale pulmonis, et præcipue quando illud est cum frigiditate complexionis, tunc oportet ut euacuet infirmus ĩ primis cũ medicinis solutiuis. Deinde cauteriza ipsum in nocrati apud radicẽ gutturis in loce depresso: et caue, ne peruenias cum Cauterio ad guttur, neq; in cute, nisi quiddam eius. Deinde cauteriza ipsum cauterio alio apud iuncturam colli in ultimo spondili eius ultimando: & sit Cauterium clauile secundũ modum, qui præcessit. Deinde cura ipsum cum eo quod præcessit, donec sanetur.

¶ De modo cauterizandi in ægritudinibus Pulmonis, & Tussi. Caput XXVI.

QVANDO Tussis & ægritudo Pulmonis sunt ab humiditatibus frigidis, et infirmus non habet febrẽ, neq; phthisim, & ægritudo antiqua: tunc cauteriza ipsum duobus cauterijs supra furculã in locis depressis, lenibus, uacuis. Et cauterio alio in medio pectoris iter duas mãmillas: et sit cauteriũ cannulæ secũdum formã quæ pręcessit. Et si uis sit cauterizatio tua punctando cũ cauterio, quod noiatur Punctũ, cuius forma pręcessit in punctatione doloris auriũ: & sint puncta ex triginta pũctis usq; quasi ad alia. Deinde cura ipsum cũ eo quod pręcessit, donec sanetur. Et iam sit cauteriũ habens tres ramos: scd'm hanc formã.


Cauterium Punctum.




Quare alleuiatur cum eo cauterizatio, quando tu facis cum eo uice una tria Cauteria.

ℂ De modo cauterizandi in Titillico, in dislocatione Humeri. Caput XXVII. A

QVANDO dislocat̃ caput adiutorij caussa humiditatũ, et non figit̃ in hora reditus sui a dislocatione sua, donec sit illud ei consuetudo reditionis, deinde dislocatur a paruo motu, qui accidit sicut nos iam testificauimus illud, tunc oportet ut reducas dislocationẽ in primis. Deinde resupinetur infirmus super dorsum suũ, aut super latus sanũ. Deinde eleua cutim, quę est in interiori Titillici ad superiora cum digitis manus tuæ sinistræ: & si iunctura dislocatur ad interiora. Deinde igni Cauterium habens duo uerũa. Cuius forma est hæc.



Deinde cauteriza cutim, donec penetret eam usq; ad latus aliud, & ueniet figura cauterizationis cum quatuor cauterijs. Et quandoq; fit cauterizatio cum cauterio habente tria uerua, quare fit figũra cauterizationis tunc sex cauteriorum: & sunt uerua secundum subtilitatem tentæ. Et hæc est forma cauterij habentis tria uerua. B




Et quandoq; additur super hunc modum unum, quare sunt cauteria octo. Deinde pone super cauterium porros contritos cum sale. Deinde fac adhærere infirmum tranquillitati, ut non moueatur membrum tempore aliquo, donec confortetur. Et si dislocatio est ad superiora, & raro fit illud, tunc cauteriza ipsum super humerum cauterio clauili, aut cauterijs multis punctando. Nam iunctura firmatur, & remouetur humiditas: & sanatur infirmus.


ℂ De modo cauterizandi Stomachum. Caput XXVIII.

QVANDO accidunt in Stomacho frigus & humiditates multæ, donec extrahant ipsum a complexione sua, & multiplicentur catarri ad ipsum, & assiduas modos curationis, & non confert: tunc oportet ut resupinetur infirmus super dorsum suum, & extendat crura sua, & manus suas. Deinde cauteriza cum tribus cauterijs, cauterio sub cochleari pectoris quantitate digiti unius cum cauterio clauili, & duobus cauterijs inferius a duobus lateribus cauterij unius, donec ueniat figura cauteriorum triangulata. Et elonga inter utraq; ut non coniungantur, quando facient pus. & sit profunditas cauterij quantitas duarum tertiarum grossitudinis cutis.

C




Et ſit figura cauteriorum ſecundum hanc formam ſine additione: & ſi uis cauteriza cauterio magno in medio ſtomachi ſecundum hanc formam: & ſit cauterium quo fit hoc cauterium unum ſecundum figuram circuli ſecundum hanc formam. Et cauterizatur ſtomachus punctando ei qui terretur ab hoc cauterio: et eſt, ut ſignes ſuper ſtomachum punctum ſecundum quantitatem, quam uis cum encauſtro: deinde cauteriza ipſum cum cauterio puncti: deinde cura ipſum cum curatione, quæ præceſſit, donec ſanetur.




De modo cauterizandi Epar frigidum. Caput XXIX.

QVANDO accidit in Epate dolor ex frigiditate & humiditate, aut ex uentoſitate groſſa, donec egrediatur a complexione ſua naturali egreſſione ſuperflua, & curatur infirmus, cum eo quod diximus, et non proficit in illo: tunc oportet ut reſupinetur infirmus ſuper ceruicem ſuam, & ſignes cum encauſtro tria cauteria ſecūdum hanc

D



figuram, et hanc quantitatem eandem ſuper Epar inferius ab hypocundrijs, ubi peruenit cubitus hominis: & ſit ſpacium quod eſt inter omne cauterium ſecundum groſſitudinem digiti: & ſit cauterium ſecundum longitudinē corporis rectum: & non comprimas manum tuam cum cauterio multum. Et ſit quantitas eius quod aduritur ex ſpiſſitudine cutis, quantitas medietatis eius non additū: & ſit infirmus ſtans ſuper pedes ſuos. Si autem non eſt ſtans, tunc ſit iacens, qui iam extendit crura ſua, & eleuauit brachia ſua. Hæc eſt forma cauterij.




Et tibi quidem poſſibile eſt, ut cauterizes iſta cauteria cum cauterio cultellari, quando tecum eſt ſubtilitas & prudentia in arte. Et cuſtodi te, ut non ultime procedas in cauterizatione, & aduratur ſpiſſitudo cutis totius, quare aduratur corpus totum, & perueniat ad inteſtina: quoniam cutis illic eſt ſubtilis. ſcias ergo illud.

ℭ De modo cauterizandi apoſtemata Epa- tis. Cap. XXX. A

QVANDO accidit exitura, & uis ſcire, ſi illud apoſtema eſt in carne Epatis, aut in tunica eius: tunc ſi eſt in carne Epatis, inuadit infirmum dolor, & grauitas abſq; acuitate: & ſi eſt in tunica Epatis, cum dolore eſt acuitas uehemens: & uides iam, quia fatigauit medicos eius curatio. Oportet ergo ut reſupinet̃ infirmus ſuper ceruicem ſuam. Deinde figura locum apoſtematis cum encauſtro: deinde ignias cauterium quod aſſimilatur radio. & hæc eſt forma eius.

Apoſtema Epatis.



Et cauteriza cum eo cauterium unum, donec comburatur cutis tota, & perueniat ad ſiphac, donec egrediatur ſanies tota: deinde cura ipſum curatione exiturarum, donec ſanetur. Et non oportet ut hac cauterij ſpecie utatur, niſi cuius ſtudiũ in arte medicinæ prolongatur: & per cuius manus concurrunt ægritudines iſtę cũ experimento aliquotiens: tunc enim audeat ſuper huiuſmodi operationem. At uero dimittere ipſam, apud me eſt melius.

ℭ De modo cauterizandi in Pleureſi. Caput XXXI. B

DIXERVNT antiqui, cauterium cum radicibus ariſtolochiæ ad Pleureſim frigidam ſecundum hunc modum. Et eſt, ut recipias ex radicibus ariſtolochiæ ſiccæ longæ, radicem unam longiorem, quæ ex ea inuenitur, & ſit ſicut groſſitudo digiti. Deinde ſubmerge eam in oleo: & accende ipſam in igne. Deinde cauteriza cauterio uno in eo quod eſt inter continuationem furculæ cum collo, & duobus cauterijs paruis ſub guidezi parum decliuibus ad partem, quæ eſt ſub barba. Et duobus cauterijs etiam in eo, quod eſt inter coſtam quintam & ſextam decliuibus ad poſteriora parumper: & cauterio alio in medio pectoris, & alio ſupra ſtomachum. Et tribus cauterijs a poſterioribus: uno in eo quod eſt inter duas ſpatulas: & duobus cauterijs a duobus lateribus pectoris, inferius cauterio quod eſt inter duas ſpatulas. Et non oportet ut comprimas manum tuam cum cauterio, imo ſit in manifeſto cutis odorando. Etiam dixerunt quidam antiqui, quod ex hominibus ſunt qui utuntur cauterio ex ferro ſimili radio: & igniunt, et intus mittunt ipſum in eo quod eſt inter coſtas, donec perueniatur cum eo ad ipſum apoſtema, & egrediatur ſanies: ſicut diximus in apoſtemate Epatis. Sed in hac perforatione cum cauterio eſt ex timore, quod aut moritur infirmus ſtatim, aut accidit in loco fiſtula, cui non eſt ſanatio.

ℭ De modo cauterizandi Splenem.

C

Caput XXXII.

QVANDO tu curas ægritudinem ſplenis, cum eo quod dixi=mus ex curatione in diuiſione ægritudinum, & non confert cu=ratio tua, tunc cauterium in ea eſt ſecũdum tres modos, qui omnes ſunt recti. Quorum unus eſt, ut facias tria cauteria, aut quatuor lineando ſecundum longitudinem ſplenis ſecundum figuram cauterio=rum Epatis, quorum præceſſit figura. Et ſit inter omne cauterium quantitas groſſitudinis digiti, aut plus parum. Et ſit modus cauterij, quem diximus in cauterio epatis æqualiter. Et non comprimas manũ tuam cum cauterio: & ſit infirmus reſupinus ſuper dorſum ſuum. Et modus alius de cauterizatione eſt: ut ignias cauterium habens duo uerua, quod diximus in capitulo diſlocationis humeri: & eleua cutem, quæ eſt in directo ſplenis, ubi peruenit cubitus infirmi ſiniſter: & ſit eleuatio tua qua ele=uas cutem ſecũdum latitudinem corporis, ut cadant cauteria ſecundum longitudinem corporis. Deinde intromitte duo uerua ignita ualde, do=nec cum eis penetres cutem a parte altera: deinde extrahe cauteriũ: fiunt ergo cauteria quatuor. Et ſi uis cauteriza cum cauterio alio habente tria uerua. Deinde cura cauteriũ poſtq̃ dimittis ipſum emittere pus diebus multis: eſt em̃ magis conferens q̃ reliqua quæ præceſſerũt ex curatione.

Tres modi cauterizandi Splenẽ.

¶ De modo cauterizandi in Hydropiſi.

Caput XXXIII.

D


CAVTERIVM non cadit in Hydropiſi, niſi aſcliti proprie. Quãdo tu curas Hydropicum cum modis curationis, quos diximus in diuiſione, et non confert curatio, tunc oportet ut cauterizes ipſum qua=tuor cauterijs in circumitu umbilici, & cauterio uno ſuper ſtomachum, & cauterio alio ſuper epar, et cauterio ſuper ſplenem, & cauterijs duo=bus poſt dorſum inter ſpondiles, & uno in directo pectoris, et alio in di=recto ſtomachi: et ſit quantitas profunditatis cauterij propinqua ſpiſſitu=dini cutis. Deinde dimitte cauteriũ apertum, ut emittat pus tẽpore lon=go. Et non euacues infirmũ a curatione poſt cauteriũ cum eo: quod o=portet ut aggregentur ei duæ intentiones: et feſtinabit ad ipſum ſanatio cum auxilio DEI. Forma uero cauterij cũ quo cauterizatur uenter, ſit clauilis: ſecundũ quod præceſſit forma eius: et illius cum quo cauteri=zatur dorſum, ſit oliuaris ſecundum quod præceſſit eius forma.

¶ De modo cauterizandi Pedes, & Crura.

Caput XXXIIII.

QVANDO apoſtemãtur in Hydropico, & replentur aqua ci=trina: oportet ut cauterizes ſuper dorſum Pedis in nocrati, quæ eſt inter auricularem & anularem: et eleua manũ tuam cũ cauterio, & non torqueas ipſum: deinde eleua manum tuam: & non iteres ipſum omnino. reſudet enim aqua citrina, et ſit cauteriũ ſecundũ hanc formã.

 A



Deinde fac ſuper duo crura duo cauteria in omni crure, & fiat cauteri- um cum extremitate cultellari cauterij: & fiat cauterium ſecundum lon gitudinem cruris, unum ſub genu, & alterum inferius eo, circiter medi- um cruris: et ſuper omnem coxam cauteria duo: & dimitte cauterium apertum abſq; curatiõe tempore longo: ut reſudet ex eo aliquod aquæ: deinde cura ipſum cum reliquis quæ diximus.

¶ De modo cauterizandi in ſolutione Ven- tris. Caput XXXV.

QVANDO eſt ſolutio uentris ex frigore & humiditatibus, donec debilitet uirtutes retentiuam & digeſtiuã, quæ ſunt in ſtomacho & inteſtinis: et curatur illud cum modis curationis, & non ſanatur: et uides infirmum tolerantem cauterium exuberantis uirtutis, tunc cauteriza ipſum cauterio magno ſuper ſtomachum ſuum, ſecun- dum quod præceſſit in cauterizatione ſtomachi cum cauterio circuli, & quatuor cauterijs in circumitu umbilici ſubtilibus, cum cauterio clauili ſubtili: et cauterio ſuper alcatin ſupra alhoſos magno, aut duobus cau- B terijs. Et ſi uides humiditates exuberantes, & infirmum tolerantem il- lud, tunc cauteriza ipſum cauterio ſuper pectinem, et cauterio ſuper o- mne ilium: & fortaſſe addes duo cauteria parua ſuper ſtomachũ prope magnũ. Eſt enim curatio proficiens, cuius iuuamentũ non errat.

¶ De modo cauterizandi Hemorroidas. Caput XXXVI.

QVANDO in ano ſunt Hemorroides antiquæ multæ, aut u- na, & ſunt ex humoribus groſſis, frigidis, aut humiditati- bus corruptis, & curantur cum eo, quod diximus in diuiſione, et non confert curatio: tunc cauteriza tribus cauterijs ſuper inferiorem ſpon- dilem dorſi ſub almeidati parumper triangulatim, & cauterio ſub um- bilico quaſi duobus digitis. Et ſi cogitas, quod ſtomachus eius infrigi- datus ſit, et cibus eius non digerat, et faciem eius uides apoſtemari, tunc cauteriza eum ſuper ſtomachũ cauterio magno, ſcd'm quod præceſſit: et cauterio ſuper Epar eius, et alio ſuper Splenẽ ipſius, cũ cauterio clauili: & dimitte cauteriũ apertũ tẽpore aliquo: deinde cura ipm, donec ſanet.

¶ De modo cauterizandi althelul poſt abſci- ſionem eorum. Caput XXXVII.

QVANDO tu abſcindis althelul, tunc ignias cauterium quod aſſimilatur radio. Deinde intromitte ipſum ignitum in ipſum althelul abſciſum: et ultima manum tuam, donec perueniat cau- terium ad orificium uenæ, ex qua currit ſanguis: fac illud ſemel, aut bis.

C Si ergo althelul fuerint multa, tunc cauteriza unumquodque cauterio secundum quod narrauimus. Deinde cura ea, cum eo quod confert eis ex unguentis, donec sanentur. Et si cauterizas eum cauterio magno super alcatin, est magis ultimum in iuuamento.

¶ De modo cauterizandi Fistulam in ano. Caput XXXVIII.

QVANDO non obedit infirmus sectioni & operi quod narrauimus in loco suo, & terretur ab illo, fortasse sanatur cum cauterio. Cum ergo accidit alicui Fistula, et antiquatur, currit pus ex ea, et humiditates corruptę. Dignius ergo quod oportet est, ut probes eam cum tenta subtili. Deinde cognosce quantitatem profunditatis eius cum tenta. Deinde ignias cauterium, quod est simile radio. Deinde intromitte ipsum ignitum in ipsam Fistulam & quantitatem in qua intrauit clauus. Et itera super eam cauterium, donec comburantur illa omnia corpora corrupta, semel, aut bis, aut ter, secundũ quantitatẽ necessitatis tuę. Et custodi te ab adustione nerui, si est illic, aut uenę magnę: aut si Fistula uadit ad corpus uesicæ, aut ad corpus intestini, tunc custodi te ab istis locis omnibus. Et non facias illud, nisi quãdo fistula est in loco carnoso: et cogitas, quia non est penetrans. Deinde cura locũ usque quo sanet̃. Si aũt D sigillat̃ locus, et abscindunt̃ ab eo materiæ, & remanet sic tẽpore longo: tunc scias, quia iam sanatus est integre. Et si non abscindunt̃ ab eo materiæ, tunc scias quia est penetrans, aut in profundo eius est os corruptũ, aut quasi illud ex illis: quorũ rememoratio ueniet in loco suo.

¶ De modo cauterizandi Renes. Cap. XXXIX.

QVANDO accidit in Renibus dolor ex frigore, aut ex uentositate grossa, et minuitur propter illud coius infirmi, tunc oportet ut cauterizes ipsum super almethenẽ super ipsos renes, cauterio super omnẽ renem cum cauterio clauili, cuius præcessit rememoratio. Et fortasse cauterizamus ipm secundo in ipso almeidatu. Quare uenient tria lineata. Ergo erunt magis ultima in iuuamento.

¶ De modo cauterizandi Vesicam. Cap. XL.

QVANDO accidunt in Vesica debilitas, et mollificatio a frigore & humiditatibus, donec non retineat infirmus urinam, tunc cauteriza ipsum in inferiori parte suminis super Vesicã, ubi incipiunt pili pectinis, et cauterio a dextra suminis, & alio a sinistra illius: et sit longitudo illius cauterizationis lateris secũdum quantitatẽ nodi pollicis: & cauteriza ipsum cauterio inferiori dorsi, aut duobus cauterijs, si indiges illo: & sit secundum quod præcessit cauterium clauile.

¶ De modo cauterizandi Matricem. Cap. XLI.

QVANDO accidunt in Matrice frigus & humiditates, et prohibetur per illud ab impregnatione, et corrumpũtur menstrua eius, & tardatur prouocatio eorũ, et accidit ei apud aduen-


tum eorũ dolor, tunc oportet ut cauterizetur tribus cauterijs in circũitu umbilici, ſicut diximus in cauterizatione ueſicæ, et cauterio ſuper alcatim inferius dorſo, aut duobus cauterijs: et ſit cauterium clauile. A

¶ De modo cauterizandi Ancham in diſlocatione. Cap. XLII.

QVANDO effundũtur humiditates mucoſæ ad pixidem Anchæ, & fiunt cauſſa exitus eius a loco ſuo: et ſignũ illius eſt, quod prolongatur crus ſuper alterum, quando comparant adinuicem: & inuenitur locus diſlocationis in eo uacuus. Oportet ergo ut cauterizes infirmum ſuper pixidem Anchæ ipſius cauterio ſimili circulo: poſt quam tu ſignas cum encauſtro in circumitu pixidis, ſicut reuoluitur: & ut cadat ipſa pixis in medio circuli. Et ſit cauterium cuius forma præceſſit in cauterizatione ſtomachi. Quod ſi tibi non eſt præſens hoc cauterium, tunc cauteriza ipſum tribus cauterijs, cum cauterio oliuari magno: et fiat cauterio profunditas ſecundum quantitatem ſpiſſitudinis cutis totius. Deinde cura ipſum, donec ſanetur.

¶ De modo cauterizandi in Sciatica. Caput XLIII.

QVANDO accidit dolor in pixide anchæ, & ſunt cauſſa illius frigus & humiditates: et curatur infirmus cum eo, quod diximus in diuiſione, et non confert curatio, & antiquatur illud: tunc oportet ut ſoluas infirmũ ab humoribus groſſis cum pillulis fœtidis, aut cum pillulis artificialibus, & ſimilibus. Deinde cauteriza eũ. Et modus cauterij in ea eſt ſecundum duos modos: aut cauterium cum medicinis adurentibus, aut cauterium cum igne. B




Cauteriũ cum igne, eſt ſecundũ multos modos. Quorum unus eſt, ut cauterizes ſuper pixidem anchę ipſius tribus cauterijs triangulatis, ſecundum hanc formã. Et fac eis profunditatem bonam, uel malam. Et ſit ſpacium quod eſt inter omne cauterium quantitatis groſſitudinis digiti: ſitq́ cauterium oliuare. Quandoq́ autem ſit cauterium in medio ſuper caput anchæ ipſius. Quare ſunt quatuor cauteria. Et ſi uis cauteriza cum circulo, cuius præceſſit forma in cauterizatione diſlocationis anchæ, uno: ut ſit circulus continens ancham totam. Et combure ſpiſſitudinem cutis totius. Iſte eſt modus cauterij in Sciatica, quando dolor eſt adhærens anchæ ipſi, et non extenditur uſq́ ad coxam & crus. Si autem extenditur uſq́ ad coxam & crus, tunc cauteriza ipſum duobus cauterijs ſuper coxam, ſuper locum ad quem innuit illic infirmus, in quo eſt dolor, & cauterio tuo ſuper cauillã quatuor digitis ad partem ſylueſtrem parumper: et ſit cauterium cultellare. Et ſit profunditas cauterij ſecundum profunditatẽ ſpiſſitudinis cutis. Quod ſi infirmus innuit quod dolor ex-

C tenditur usq; prope digitos pedis, tunc cauteriza ipsum illic ubi innuit cum cauterio puncti, tribus, aut quatuor, aut pluribus, si indiget illo. Et si innuit dolorẽ esse sub genu uersus crus, tunc cauteriza ipsum illic cauterio uno cultellari. Et caue tibi in omni cauterizatione tua, ut non ultimes cum cauterio ad hoc ut comburas neruũ, aut arteriam magnam, & attrahas per illud super infirmũ nocumentum malum, aut contractionem. Et ego quidem iam uidi unum & alium, ex eis qui cauterizauerũt supra cauillam, & ultimauerunt in cauterizatione, et inflatum est crus, donec tumor consecutus est pedem, et perforatus est totus, et corruptus est totus pes: deinde accidit solutio uentris, & mors post illud.

Quod si dolor est in duabus partibus simul, cauteriza utramq; secundum hunc modum. Et sapientes quidam dixerunt in cauterizatione anchæ, cuius cauterij iste est modus. Fac simile samio ex ferro, cuius diametrus sit medietas palmi: & sit apud orificium suum secundum grossitudinem nuclei dactyli, aut minus parumper: & intra illud samium sit samium tertium. Et sit spacium quod est inter omne samium per quantitatem nodi pollicis: et sint samia aperta a duabus partibus: & sit altitudo eorum quasi nodus, aut duo nodi: & fac eis manubrium ex ferro decenter aptatum in samijs. Et hæc est forma eius.

D



Deinde igniatur in igne, donec rubeat, & proijciat scintillas: deinde ponatur super pixidem anchæ infirmo accubitato super latus sanum. Cauteriza ergo eum tribus cauterijs rotundis in uice una. Deinde dimitte ipsum tribus diebus. Postea emplastra cum butyro: & dimitte uulnus apertũ diebus multis. Deinde cura ipsum cum unguento, donec sanetur.

Inquit Albucasis, hac specie cauterij o filij, parum usi sumus, propter terrorem aspectus eius: & propterea, quod paucos inuenimus qui expectent super ipsum. Verumtamen est ex bonis cauterijs ei qui suffert, & inuenit cum eo locum eius. Cauterium autem cum medicinis adu-

rentibus eſt, ut tu facias duo ſamia habētia perforatā armillam, in quam A
deſcendit cardo portæ eius ex ære, aut ferro, longitudo parietis: quorū in altitudinem eorum ſint duo nodi, aut quaſi ipſi. Et ſit ſpacium quod eſt inter utraq; quantitas groſſitudinis digiti, & ſint aperta inferius & ſuperius: & ſit quod contineant ſe adinuicem, ſecundum hanc formam.



Deinde depone eam ſuper pixidē anchæ, infirmo iacente ſuper latus ſanum. Et comprime manum tuam ſuper pixidem anchæ multum.

Deinde funde inter duos circulos ex aqua calida, quæ ſit calefacta cum igne parumper, & tene eam quantitate horæ temporalis: & toleret infirmus mordicationem eius, & ipſius aduſtionem, nam ipſe inuenit mordicationem ſicut ignis, donec quieſcat mordicatio. Deinde eleua manum tuam cum inſtrumento, & abſterge aquam calidam ab ancha tota cum aqua dulci: deinde dimitte illud tribus diebus. Et pone ſuper illud butyrū, donec remoueat nigredo aduſtionis: & dimitte illud diebus aliq̄t, & curret ex eo pus. Eſt enim ultimum in iuuamento. Deinde cura illud cum unguentis, donec ſanetur. Quod ſi extendatur dolor uſque ad coxam, aut crus: fac ei ſtatuam in eo quod continet aquam, ſecundum quod feciſti in ancha æqualiter. Et iſte eſt modus aquæ calidæ: & ego iam ſcri B
pſi eam in tractatu rectificationis medicinarum. Sume alcali, & calcis Aqua acuta.
non extinctæ amborum ana partem unam: tere utraque, & pone ea in ollam nouam, cuius inferior pars ſit perforata foramine uno paruo, ſecundum quantitatem quod ingrediatur ipſum radius: & pone ſub fundo ollæ ollam aliam uitreatam: & proijce ſuper alcali & calcem ex aqua dulci, quod ſubmergat utraque per digitum: poſt quam tu comprimas ea manu tua compreſſione bona: & dimitte ollam, donec deſcendat aqua acuta inferiori parte ollæ uitreatæ. Deinde aggrega illam aquā totam, & proijce eam ſuper aliam calcem: & cola, donec renouetur. Ipſa enim erit tunc fortis acuitatis ualde, quæ adminiſtratur in multis operationibus medicinæ, & in cauterizatione reliquorum membrorum. Quoniam efficit operationem ignis ipſius. Et ex medicinis ſunt, cum quibus cauterizantur ancha, etiam ſicut teſiſie, & mel anacardi, & calx cum ſapone, ita quod utraque ſint permixta.

¶ Et GALENVS quidem narrando retulit, cuiuſdam uiri ex antiquis curationem, qua curatus eſt dolor anchæ & uenæ ſciaticæ: & magnificauit eſſe eius ualde. Et dixit, quia non indiguit alia curatione, & quia ſanatus eſt ex uice una, donec retulit, quia ipſe fortaſſe intrauit balneum delatus, & exiuit ex eo iam ſanus. Et eſt, ut accipiatur ex ſeitaragi uiridi: & ſi non inuenitur uiride, ſumatur ſiccum, recens: & teratur multum cum aliquanto adipe, & ponatur ſuper an-


C cham, ubi est dolor, aut crus, aut in coxa: & ligetur, et dimittatur quantitate trium horarum, aut per quantitatem quod sentiat infirmus sedationem adustionis. Deinde intromitte eum in balneum. Cum ergo roridum fit corpus eius, intromitte ipsum in solium. Nam dolor recedit, & sanatur. Et scias, quia non oportet ut utatur aliquis cauterio cum istis medicinis, nisi post euacuationem corporis. Et Dioscorides quidem dixit, quod stercus caprarum, quando cum eo cauterizatur uena sciatica, confert ei: & fit cauterium secundum hunc modum. Sumatur lana, & imbibatur oleo antiquo, & ponatur super locum profundum, qui est inter pollicem pedis, & inter focile, et est propinquior focili. Deinde accipe stercus caprarum siccum, et inflamma ipsum in igne, donec fiat carbo. Deinde pone ipsum super lanam, & dimitte ipsum, donec extinguatur. deinde itera illud. Non cesses ergo facere illud, usquequo perueniat sensus super mediatione usque ad ancham, & quiescat dolor. Et iste modus cauterij nominatur cauterium Vaccinum.

Operatio Dioscor.

Cauterium Vaccinum.

De cauterizatione doloris Dorsi. Caput XLIIII.


D QVANDOQVE accidit dolor in Dorso ex caussis multis, aut a casu, aut a percussione, aut euacuatione superflua, & illis similibus, ex infusione materiei frigidæ, et humidæ: & cauterium quidem non cadit, nisi in hac specie sola, quæ fit ex infusione materiei frigidæ. Oportet ergo post euacuationem infirmi cum pillulis fœtidis, & eis similibus, ut fiant super Dorsum, ubi est dolor, tres lineæ secundum latitudinem almeidati ipsius, postquam signas cum encaustro in omni linea quinque cauteria, aut plura secundum quantitatem quæ uenit ex tolerantia infirmi uirtute eius: & fiat cauterizatio cum cauterio puncti. Et si uis, cauteriza tribus cauterijs, aut quatuor, cum cauterio clauili mediali, secundum hanc formam.



De modo cauterizandi in incæptine Gibbositatis. Caput XLV.

MVLTOTIENS accidit hæc ægritudo in fantibus paruis. Et signum incæptionis eius in pueris est: quod accidit super eum strictura in anhelitu apud eleuationem, & motum: & inuenis in ultima spondilium Dorsi & nodorum eius, quod iam incæpit eminere super reliquos spondiles. Cum ergo uides illud, et uis facere illud, tunc cauteriza ipsum cum cauterio quod sit circulus secundum hanc formam.


A



Et capiat cauterium ſuper omnem partem ſpondilis æqualiter: & ſi uis cauteriza in circumitu ſpondilis cum cauterio puncti duas lineas, aut tres: & ſint puncta propinqua adinuicem. Deinde cura locum, donec ſanetur cum eo quod diximus. Et caue, ne adminiſtres cauterium in gibboſitate, quæ fit in ſpaſmo nerui.

¶ De modo cauterizandi in Podagra, & doloribus iuncturarum. Caput XLVI.

QVANDO dolores iuncturarum ſunt ab humiditatibus frigidis, quæ effunduntur ad cuiuſlibet membra corporis, tunc quãdo accidunt dolores in pedibus, de conſuetudine medicorum eſt, ut nominent illud Podagram proprie. Cum ergo curatur Podagra frigidæ cauſſæ cum modis curationis, & non remouentur dolores, tunc cauterium remouet eos. Et eſt, ut cauterizes eum poſt euacuationem in circumitu iuncturæ pedum, cauterijs multis: et ſit cauterium Oliuare. Cuius hæc eſt forma. B



Et ſi indiges ut punctes ſuper faciem pedis, tunc fac cum cauterio puncti. Quod ſi aſcendunt dolores uſq; ad genua, aut reliquas iuncturas, & multotiens accidit illud, tunc cauteriza ipſum ſuper omne genu tribus cauterijs, aut quatuor ab omni parte, cum hoc eodẽ cauterio Clauili. Si aũt neceſſaria ſunt tibi plura hoc cauterio, tunc cauteriza ipſum. Et non ſubmergas manũ tuam cum cauterio, imo ſit circiter ſpiſſitudinem cutis tantum. Si autem aſcendunt dolores ad genua, & dorſum: tunc adminiſtra quod diximus ex cauterio in capitulo ſuo. Quod ſi dolores ſunt in manibus tantũ, tunc puncta in circumitu focilium, ſicut reuoluuntur duæ lineæ. Si aũt remanet ex doloribus in digitis, tunc puncta eos, ſuper omnem nodum punctum, & ſuper pectinem manus.


Si autẽ aſcendunt dolores poſt dies ad cubitos, aut ad humeros, tunc cauteriza utroſq; ab omni parte. Et non euacues infirmum ex regimine bono, ex recæptione medicinarum. Nam ſi bonum fiat regimen, & euacuetur phlegma, ſanabitur auxilio DEI cum iſto cauterio.

C

De modo cauterizandi in Rupturis. Caput XLVII.

Ruptura in inguine.

QVANDO accidit Ruptura in inguinibus, et descendit intestinum, aut zirbum ad testiculũ, & est illud incipiens propinquum: tunc oportet ut pręcipias infirmo dimittere comestionem in die suo. Et utatur ex lenientibus, quo descendat stercus a uentre suo. Deinde sedeat inter manus tuas super dorsum suũ: & præcipe ei, ut teneat anhelitũ suum, donec egrediatur, uel appareat zirbum, aut intestinum. Deinde reduc ipsum digitis tuis, & signa cũ encaustro sub Ruptura super os pectinis, cũ signo cuius extremitas sit similis medietati circuli ad superiora corporis. Deinde igni cauterium, cuius hæc est forma, do-




nec ueniat album, & proijciat scintillas. Deinde reduc intestinum, aut zirbum ad concauitatẽ suam. Deinde ponat minister manũ suam super locum, ut non exeat intestinũ: & tu iam aperuisti inter crura infirmi, & posuisti sub eo puluinar, & seruiens alius super crura eius, & alius super

D pectus eius qui tenet manus. Deinde depone cauterium super ipsum signum, manu tua cum cauterio stante recta. Et tene ipsum, donec cum eo consequaris os: aut itera cum eo uice alia, si non consecutus fueris cum eo in prima usq; ad os. Et prudenter obserua ab exitu intestini in hora cauterizationis tuæ, ne comburas ipsum, & eueniat per illud super infirmum aut mors, aut malicia magna. Et scias, quod quãdo tu non consequeris cum cauterio os, non confert operatio tua. Et oportet ut sit cauterium infantiũ subtile, secundũ mensuram eorum. Deinde cura cum reliquis unguentis, donec sanetur. Et sit infirmus iacens super dorsum suum quadraginta diebus, donec sigillet uulnus. Et oportet, ut ponas nutrimentum eius longitudine temporis curationis eius, quod leniat uentrem eius: ut non exeat intestinum apud conamen & egestiónem.

Deinde quando uult surgere post quadraginta dies, tunc administra ligamentum decenter factum, & teneat ipsum quadraginta diebus alijs. Et minoretur a labore, & repletione cibi & potus, et uocibus uehementibus. Nam quando utitur hoc regimine, ita sanatur sanatione integra. Et ego dicam curationem Rupturarum cum incisione in capitulo suo.

Ruptura in Ventre.

Quando autẽ Rupturæ accidunt in reliquo uentre, & sunt incipientes, & uis ut non addantur, tunc cauteriza Rupturam eius cauterio rotundo secundum quantitatem eius: & sit illud quod aduritur extunc sicut tertia eius. Deinde cura ipsum, cum eo quod diximus: & non addetur. Et iam dixerunt quidam primi: ut cauterizetur Ruptura cum cauterio triangulato, secundum hanc formam.

 A

Poſtquam ſignatur cum encauſtro, & ponitur linea quæ eſt per latitudinem in latere ſuperiori Rupturæ, & linea altera ad inferius. Et depone manum tuam in medio cum cauterio clauili. Sed cauterium primum eſt facilius & melius.

¶ De modo cauterizandi in doloribus propter caſum, aut percuſſionem. Caput XLVIII.

QVANDO accidit in quibuſdã membris a caſu, aut percuſſione dolor: & perſeuerat ille dolor tempore longo, & non confert in eo curatio cum medicinis: tunc oportet ut cauterizetur cum cauterio Puncti. Et ſit cauteriũ omnis mẽbri cauterium ſecundũ magnitudinẽ eius, & ipſius paruitatẽ, et debilitatem eius, & ipſius uirtutẽ, et locationẽ torſionis, & doloris ex eo. Si ergo ſanatur ex cauterio primo, eſt bene. Si non: tunc itera ſuper ipſum cauteriũ. quoniã de conſuetudine horũ dolorꝝ eſt, ut permutent̃ ex mẽbro ad illud q̃d appropinquat ei. Quare oportet ut conſequaris eos cũ cauterio, donec ſanet̃ infirmus.

¶ De modo cauterizandi in Lepra. Caput XLIX.

LEPROSI autẽ quandoq; iuuantur cauterio iuuamento maximo. Et præcipue ſpecies Lepræ, quæ fit propter putrefactionem phlegmatis & melancholię: cũ ergo uis cauterizare ipſam cõſidera. Si ergo Lepra eſt incipiciens, & curaſti eam cum eo, quod diximus in diuiſione, & non deſcendit, neq; ſtat: & times ſuper infirmũ, quod comprehendat corruptio ſuper totam complexionẽ eius: tunc cauteriza eum ſuper caput quinque cauterijs: uno in medio capitis noto, & ſecundo inferius eo uerſus frontem apud finem capillorũ, & duobus ſuper duo cornua, & uno poſterius ſuper nucea ceruicis. Et ultima manum tuam cum cauterio parumper, donec imprimat in os impreſſionem paruam, & diſlocentur ex eo cortices: ut alleuietur expiratio uaporum groſſorum ex eo, & cauteriza cauterio etiam ſuper ipſum ſplenem, ſecundum quod præceſſit. Sin autem Lepra iam ſparſa eſt ſuper infirmũ, & apparet manifeſte: tunc oportet ut cauterizes cum iſtis cauterijs, quę diximus in capite, & cauterio ſuper extremitatem naſi, & duobus cauterijs ſuper duas maxillas, & duobus cauterijs ſuper ſpondiles colli, & ſex ſuper ſpondiles dorſi, et uno magno ſuper alhahoſos apud gran caudæ & uno ſupra ipſum, in ipſo almeidati: & duobus ſuper anchas: ſcilicet ſuper omnem ancham uno, & duobus ſuper genua: uno ſuper omne genu, & duobus ſuper humeros, & duobus ſuper cubitos, & duobus ſuper teneritudines pectoris ſui: & cauteriza ipſum ſuper omnem iuncturam, ex iuncturis digitorum manuum ſuarum, & pedum ſuorum: & caute- B

C riza ſuper omnem calcaneum pedum ſuorum, & focilia manuum ſua= rum. Et caue tibi a neruis qui ſunt ſuper poſtremum calcanei, ut non comburas eos. Et quandoque cauterizatur cauterio ſuper os pectinis, & alio ſuper os ſtomachi, et alio ſuper epar. Et ſcias, quod quanto plus addis cauterium, eſt magis iuuamentum, & magis conferens.

Et ſcias, quod infirmus non inuenit in cauterio dolorem, ſicut inue= niunt ipſum ſani: propterea, quod corpus eius iam ſtupefactum eſt. Et oportet ut ſint cauteria ex magnitudine, et paruitate ſecundum mem= bra & iuncturas: ſecundum quod præceſſit ex ſpeciebus ferramento= rum. Deinde cura cauterium ex farina herbi cum melle, & reliqua cu= ratione, donec ſanetur.

¶ De modo cauterizandi in Stupore. Cap. L.

QVANDO ſtupet aliquod membrum, et curatur cum medi= cinis, et oleis, & emplaſtris, et non ſanat̃, tunc cauteriza ipſum membrum ſtupefactum cauterijs, ſecundũ quod meretur magnitudo membri, aut paruitas eius. Et ſit cauterium tuum intrans in ſpiſſitudinẽ cutis parumper. Deinde cura ipſum cũ unguento, donec ſa netur. Et quandoq; cauterizat̃ ad quiddam ſtuporis, qui accidit manui, & pedi, in ſpondilibus dorſi apud exitũ neruorꝝ, qui mouẽt illud mem= D brũ: et remouet̃ ſtupor. Verũ non p̃ſumat ſuper illud, niſi qui eſt ſapiẽs in anatomia membrorꝝ, et egreſſione neruorum mouentiũ corpus.

¶ De modo cauterizandi in Albaras. Cap. LI.

QVANDO antiquat̃ Albaras, et non confert in eo aliquid ex ingenijs medicinæ: tunc cauteriza ſuper ipſam cauterio profun do parũper, ſcd'm quantitatẽ ſpiſſitudinis cutis, donec re= moueat̃ albedo, et mutet̃ color eius. Deinde cura ipſum cũ farina herbi, & lentis cum oleo roſa. et folijs arnogloſſæ, et ſanguine columbæ, et ſan guine hyrũdinis: de unoquoq; ſit pars una: miſceantur hæc omnia, et li= niantur ſuper pannum, et adhæreant loco, donec ſanetur.


¶ De modo cauterizandi in Cancro. Cap. LII.

QVANDO Cancer eſt incipiens, et uis ipſum ſiſtere: tunc cau teriza ipſum cum cauterio circuli in circuitu eius, ſicuti reuolui tur. Sapientes autem dixerunt, ut cauterizetur cauterio ulti mo in medio. Mihi autem non uidetur illud: quoniã timeo quod ulcere= tur: & ego iam uidi illud aliquotiens. Et rectius eſt, ut cauterizetur in cir cumitu eius cum circulo, ſicut diximus: aut cauterijs multis.

¶ De modo cauterizandi in Adubelati. Caput LIII.

QVANDO aliquis habet Adubelati, & tardatur in maturati= one, aut propter ſuperfluitatem faciẽtem eam, aut propter ætatem infirmi, quando eſt decrepitus pauci ſanguinis, aut propter tem

pus, & uis festinare in maturatiõe Adubelati, tunc cauteriza in circumitu eius cum cauterijs paruis multis punctando. Deinde dimitte eam. Nam ipsa festinabit cum maturatione. Si autẽ uis perforationem eius cum cauterio, tunc igni cauterium, cuius hæc est forma. A



Et depone ipsum in medio Adubelati, donec penetret cutem: & sit cauterium ab eo quod sequitur infirmus, ut alleuietur cursus puris. Deinde cura ipsum donec sanetur.

De modo cauterizandi in malo corrodente. Caput LIIII.

CORRODENS non est nisi corruptio in membro ambulãs, & corrodit ipsum: sicut ignis comedit ligna sicca. Si ergo uides corrodentem in loco qui toleret cauteriũ cum igne, tunc igni cauteria multa, clauilia parua & magna, secundum quod conueniet illi loco in quo est corrodens. Deinde cauteriza ipsum ab omni parte donec eradices corruptionem totam, & non remaneat ex ea aliquid penitus. Deinde dimitte ipsum tribus diebus, & pone super loca cauterizata sulphur tritũ cũ oleo, donec eradicentur escharæ omnes, & omnis corruptio. Deinde cura ipsum cum unguentis generãtibus carnem. Si ergo uides, quod post tres dies caro nascitur natiuitate sana, in qua non est corruptio, est bonum. Et si non: tunc itera cauterium super illud quod remansit ex locis corruptis. Et corrodens medicatur quandoq; cum medicina acuta. Ipsa namq; surgit loco cauterij. Verumtamen cauterium cum igne est uelocioris iuuamenti: & ego quidem iam dixi cauterizationem eius cum medicina acuta in diuisione: accipe ergo eam illic quando ea indiges. Corrodens. B

De modo cauterizandi in Clauis, & Verucis. Caput LV.

MVLTOTIENS accidit in inferioribus partibus pedum hæc ægritudo: & est res grossa, filtrata, quæ lædit pedem. Et cauterium quidem in eis est secundũ duos modos: cauterium cum igne, & cauterium cum aqua calida. Quantũ autem cũ igne est, ut ignias cauterium concauũ simile pennę uulturis: quod fiat ex ferro, secundũ quantitatem quod contineat clauũ ab omni parte: et sit subtiliũ marginum. Deinde depone ipsum ignitũ super clauũ. Deinde reuolue manũ cum cauterio in circumitu claui, donec perueniat cauteriũ ad profunditatem claui: & dimitte ipsum tribus diebus, donec incipiat emittere pus. Deinde emplastra ipsum cum maluis syluestribus, contritis cum sale: & dimitte emplastrum super ipsum in nocte. Ipse enim eradicabitur ex radicibus suis. Deinde cura locum unguento generatiuo carnis, donec sanetur. Clauus.

Quod si sunt non conuersi, & multótiens accidunt in superficie cor-

C poris, præcipue in manibus & pedibus: tunc administres in eis cauteriũ cum aqua calida: et est, ut accipias cannulã ex ære, aut ferro, aut ex penna uulturis: et depone eam super clauũ, aut althelul. Deinde proijce in cannulam ex aqua calida quantitatem paucam: retine manum tuam, & tu reuolue eam cum compressione manus tuæ parũper, ut imprimatur margo cannulæ in radice claui, et inueniat aqua calida uiam ad profundum, ad radicem claui: & expectet infirmus parumper super mordicationem aquæ calidæ hora una. Deinde dimitte ipsum. nam clauus eradicatur cum radicibus suis. Ita fac cum eis uno post unum, donec uenias super omnes qui ex eis sunt in corpore. Deinde cura eos postquã eradicantur, cum eo quod generat carnem ex unguentis.

¶ De modo cauterizandi in Tremore. Caput LVI.

QVANDO accidit alicui Tremor ex frigore in neruo, aut ex febre quartana, aut alio: tunc oportet ut cauterizes ipsum quatuor cauterijs, aut quinq; super spondiles dorsi, et inter omnẽ spondilem cauterio, & in pectore eius cauterio, et super stomachum eius cauterio. Tremor enim quiescit cum cauterio oliuari, & festinat sanitas ægritudinis frigidæ.

¶ De modo cauterizandi Albathir. Caput LVII.

D QVANDOQVE expelluntur in corpore Albathir fœdæ, id est, pustulæ, quæ fiunt a materijs grossis corruptis. Oportet ergo in primis cum apparent, ut cauterizentur super omne caput pustulę cauterio subtili cũ ligno myrti, cuius extremitas accensa est cum igne. Aut cum radice aristolochiæ longæ. Aut cum cauterio lenticulari. Et quandoq; cauterizantur ademenul, in principio expulsionis suæ secundum hunc modum: & non augentur: et disrumpitur superfluitas faciens eos, & sanat̃ ex eis. Verumtamen oportet ut fiat illud post euacuationem cum phlebotomia.

Albathir.

¶ De modo cauterizandi in fluxu sanguinis ex arteria in uulnere. Caput LVIII.

MVLTOTIENS accidit fluxus sanguinis ex arteria, quæ incisa est apud uulnus, quod accidit extrinsecus, aut apud incisionem apostematis, aut cauterium membri, et similia eis: & fit difficile abscindere eum. Cum ergo accidit alicui illud, tunc propera cũ manu tua ad orificium arteriæ, et pone super ipsum digitum tuũ indicem: et stringe eum multum, donec obsessus sit sanguis sub digito tuo, et non egrediatur ex eo aliquid. Deinde pone in ignem cauteria oliuaria parua, & magna numero plura: & suffla super ea, donec fiant ignita ualde. Deinde accipe ex eis unum, aut paruum, aut magnum, secundum uulnus & locum, in

quo diſrupta eſt arteria, & depone cauterium ſuper ipſam uenam, poſt A
quam tu remoues digitum tuum feſtinanter: & tene cauterium, donec abſcindatur ſanguis. Quod ſi expellatur cum eleuas digitum ab orificio arteriæ, & extinguis cauterium, tunc accipe cauterium aliud feſtinanter, ex cauterijs quæ in igne ſunt preparata. Non ergo ceſſes facere illud cum uno poſt aliud, donec abſcindatur ſanguis. Et caue, ne comburas neruum qui eſt illic, & accidat ſuper infirmum malicia alia.

Et ſcias, quod quando ex arteria fluit ſanguis, tunc non eſt poſſibile abſcindere ipſum: precipue quaudo arteria eſt magna, niſi cum uno quatuor modorum. Aut cum cauterio, ſicut diximus. Aut cum extractione, quando non eſt extracta. nam quando extrahitur, contrahuntur extremitates eius, & abſcinditur ſanguis. Aut ligetur cum filo ligatione forti. Aut ponantur ſuper ipſum medicinæ de proprietate, quarum eſt abſcindere ſanguinem, & ſtringatur cum puluinari conſtrictione decenti. Qui autem adminiſtrat abſciſionem eius cum ligamento, & ſtrictura cum panno, aut poſitione rerum comburẽtium, et ſimilium, non confert ei penitus, niſi raro. Si autem accidat alicui illud, & non ſit ei præſens medicus, neque medicina: tunc incipiat cum poſitione digiti indicis ſuper orificium uenæ ipſius, ſicut narrauimus, & conſtrictione eius ualde, donec obſeſſus ſit ſanguis a ſuperiori parte uulneris, & B
ſuper arteriam. Et digitus non remoueatur, deſuper ipſum cum aqua frigida uehementis frigoris ſemper, donec congeletur ſanguis, & ingroſſetur, et abſcindatur. Et interim conſideret in eo, quid indiget ex cauterio, aut ex medicina.

Quatuor modis ſanguis ſiſtitur.

¶ Partis PRIMAE Finis.

LIB. Chirurgici ALBVCASIS Pars II.

¶ De Inciſione, Perforatione, & Phlebotomia in uulneribus, & his ſimilibus.

IAM DIXIMVS IN CAPITVLO Primo, omnem ægritudinem in qua conueniens eſt cum igne cauterium & medicina comburente, & occaſiones eius, ipſius cauſſas, et inſtrumenta eius, et formas cauteriorũ. Et poſui illic capitula a uertice uſq; ad pedem. Et ego procedam in hoc capitulo illa eadem uia; ut alleuietur ſuper querentem queſitum eius. Et antequã incipiam illud, oportet ut addiſcatis o filij, quod ĩ hoc capitulo eſt ex terrore illud quod eſt in capitulo primo de cauterizatione. Et propter illud oportet, ut ſit cautela in eo uehementior, quoniã in operatione quæ eſt in hoc capitu-


C lo, multotiens cadit euacuatio cum sanguine, cum quo stat uita apud apertionem uenæ, aut incisionem super apostema, aut apertionem exi-turæ, aut curationem uulneris, aut extractionem sagittæ, aut incisionem super lapidem, et illis similia: ex quibus omnibus associatur tremor, & timor, et cadit in pluribus eorũ mors. Et ego moneo uos, ne cadat super uos illud in quo est hęsitatio. nam quandoq; cadunt ad uos in hac arte modi hominũ cum modis infirmitatũ. Ex eis enim est qui irascitur cum ægritudine sua, et est leuis apud eum mors: propter uehementiam eius quod inuenit ex infirmitate sua & longitudine eius maliciei. Et cum æ-gritudine est ex timore quod significat mortem. Et ex eis est, qui dat tibi censum suum, et ditat te cum eo, sperans sanitatem, & ægritudo eius est perniciosa. Non ergo oportet ut consentiatis ei qui uenit ad uos ex eis, cuius modus est talis. Et sit cautela uestra uehementior, quam cupiditas & uestra rapacitas. Et non pręsumatis super aliquid ex illo, nisi post sci-entiam certam, quæ uerificat apud uos illud ad quod peruenit successio laudabilis. Et utimini in curatione omniũ infirmorum uestrorum, pro-gnosticatione & indicatione de eo ad quod conuenienter fit salus. In il-lo namq; est uobis adiutorium super acquisitionem famæ & gloriæ, & memoriæ & laudis. Inspiret uobis DEVS o filij, intellectum suum, et non auferat uobis directionem & inspirationem: quoniam illud est in manu eius. Et ego quidem ordinaui hoc Capitulum distinguendo per

Admonitio salubris.

D capitula, secuudum quod pręcessit in capitulo Cauterij, a ceruice usq; ad pedes: ut alleuietur uobis quęsitum quod uultis ex eo, & quo indigetis.

De curatione Aquæ quæ aggregatur in capiti-bus puerorum. Caput I.


SCIAS, quod hęc infirmitas multotiens accidit pueris apud partum: aut quando stringit obstetrix caput pueri absq; leuitate. Et quan-doq; accidit etiam ex caussa occulta quę non scitur. Et ego quidem non uidi hanc ægritudinem in alijs quam in pueris: et ad omnẽ quem ex eis uidi properauit mors: propter illud ergo uisum est mihi dimittere ope-ratiõem in ea. Et ego quidem uidi ex eis puerum, cuius caput impletum erat aqua, et caput magnificabatur in omni die, donec non poterat sede-re super seipsum, propter magnitudinẽ capitis sui: et humiditas augmentata fuit, donec mortuus est. Et hæc quidẽ humiditas, aut aggregat̃ inter cutem & os: aut aggregatur sub osse super sifac. Et operatio in illo, si est humiditas inter cutem & os, et apostema est paruũ, tunc oportet ut fin-das in medio capitis fissura una in latitudine: et sit lõgitudo fissuræ quasi duo nodi, donec currat humiditas. et hæc est forma spatumilis.



Si ergo humiditas eſt magis augmẽtata, & apoſtema eſt ma- A
ius, tunc pone eas duas fiſſuras, ſecundum formam hanc.



Et ſi humiditas eſt ſub oſſe, et ſignum eius eſt, quod uides commiſſuras capitis apertas ab omni parte: et aqua deprimi tur quando comprimis eam manu tua ad interiora, & non occultatur tibi illud: tunc oportet ut findas in medio capitis tribus fiſſuris, ſecundum hunc modum.



Et poſt inciſionem extrahe humiditatem totam. Deinde ſtringe fiſſuras cum pannis & puluillis. Deinde embroca illud deſuper cum uino & oleo uſq; ad diem quintum. Deinde ſolue ligamẽtum, et cura uulnus cum tentis, et unguentis. Et non dimittas ſtringere caput cum æqualitate. Et ciba infirmum omni cibo ſicco paucæ humiditatis, uſquequo confortetur membrum, et ſanetur. Et modus alius inciſionis eſt, ut conſideres ubi apparet magnitudo apoſtematis, et collectio aquę. quoniam quandoq; eſt in occipitio plus, aut in ſincipite, aut in dextra, aut in ſiniſtra. Aſcende ergo cum inciſione ubi apparet tibi apoſtema & impletio aquæ: et ſcinde illud ſecundum quod tibi poſſibile eſt. Et obſerua, ne incidas arteriam, et accidat fluxus ſanguinis, et moriatur infirmus ex illo fluxu cum euacuatione humiditatis.

¶ De inciſione Arteriarum quæ ſunt poſt aures. Caput II. B


QVANDO accidunt alicui catarri ad oculos, aut ad pectus, & antiquatur illud, et non confert curatio medicinarum: tunc magis ultima curatio eſt in illo, inciſio harum duarũ arteriarum. Oportet ergo quando uis incidere eas, ut radat infirmus caput ſuum. Deinde frica locum cum panno aſpero, ut appareant arterię. Deinde ſtringat infirmus collum ſuũ, cum quolibet panno ſuo. Deinde conſidera, ubi pulſet uena. Et loca utriuſq; ſunt loca quæ ſunt poſt aures depreſſa: et raro occultatur, niſi in quibuſdam hominibus. Deinde ſigna cum encauſtro ſuper utraque: & incide utramque cum ſpatumili utrimq; acuto, inciſione perueniente ad os: & fiat illud per latitudinem capitis. Et ſi uis, intromitte ſpatumile ſub arteria, et incide eam ad ſuperiora cum inciſione. Et ſit longitudo inciſionis quaſi duo digiti iuncti. Nam quando inciditur uena, egreditur ſanguis egreſſione pulſatili, qui ſalit ad interiora ſaltu frequenti. Si autem arteria non apparet ſenſui, tunc oportet ut menſures ab aure quantitatem ſpacij trium digitorum. Deinde ſigna cum encauſtro, & finde uſque ad os. Et illud quod oportet emittere ex ſanguine, eſt. VI. unc. & fortaſſe emittis ex eo plus, aut minus. Totum illud ſecundum quantitatem quæ apparet tibi ex uirtute infirmi, & repletione arteriæ eius. Deinde conſidera ad uulnus. Tunc ſi remanet ad os ex ſifac aliquid, tunc incide illud, ut non accidat apoſtema calidum:

C tunc ſtringe uulnus cum licinijs ex panno lini. Deinde cura ipſum cum unguento, donec ſanetur.

De extractione arteriarum, quæ ſunt in timporibus. Caput III.

QVANDO accidit homini hemicranea antiqua, aut catarri acuti propter humiditates acrimoniales, & caliditate in lacertis timporum, aut ſoda antiqua, uehemens, & ſimilia illis: et medicatur cum modis curationis medicinæ, & non confert illud: tunc experti ſumus in his ægritudinibus extractionem arteriarum ex timporibus, aut cauterizationem earum, ſicut narrauimus. Et modus operationis in extractione earum, eſt, ut radat infirmus pilos qui ſunt in timporibus, & intendat ad arteriam apparentem in timpore. Ipſa namque oſtenditur tibi ex pulſu ſuo, & raro occultatur niſi in paucis hominibus, aut uehementia frigoris. Quod ſi occultatur tibi, tunc ſtringat infirmus caput ſuum cum quolibet panno ſuo: deinde frica locum cum panno aſpero. Aut uapora locum cum aqua calida, donec appareat tibi apparitione manifeſta. Deinde accipe ſpatumile, quod paulo ante formaui. Deinde excoria cum eo cutem cum facilitate, donec peruenias ad arteriam. Deinde proijce in eam uncinum, & extrahe eam ad ſuperiora, donec extrahas eam ex cute, & facias eam euadere ex tunicis quæ ſunt ſub
D ea ab omni parte. Si autem arteria eſt ſubtilis: tunc inuolue eam cum extremitate uncini. Deinde incide ex ea partem ſecundum quantitatem qua elongentur extremitates eius, & contrahantur, & non accidat fluxus ſanguinis. Nam ſi non inciditur, & ſi non abſcinditur, non aſcendit ſanguis penitus. Deinde euacua ex ſanguine ana. VI. unci. uſque ad. III. Quod ſi arteria eſt magna: tunc oportet ut liges eam in duobus locis ex filo duplo, forti, ex ſerico: aut ex chordis alhohod, ut non properet ad ipſam putrefactio ante conſolidationem uulneris, & accidat fluxus ſanguinis. Deinde incide ſuperfluitatem, quæ eſt inter duo ligamenta. Fac illud in illa hora, aut poſt horam aliam. Et ſi uis, cauteriza eam cauterio uſque ad os, cum cauterio cultellari: donec incidantur extremitates eius, & ſtabit loco eiuſdem operis. Et eſt melius opus, niſi ſi infirmus habet febrem, aut eſt calefactæ complexionis. Quoniam cauterium eſt ex eis, quæ iuuant ad finiendas humiditates. Ergo eſt melius iuuamentum. Et oportet poſt extractionem arteriarum, ut impleatur locus cotto antiquo: & ponantur ſuper ipſum puluilli decenter facti. Et poſt ſolutionem curetur cum medicinis ſiccis, quæ faciunt naſci carnem, & cum licinijs, donec ſanetur. Quod ſi interim dum operaris accidit fluxus ſanguinis ex arteria, tunc propera ad abſcindendum eum cum cauterio, aut ut impleas locum cum zegi: & ſtringe manum tuam, donec abſcindatur ſanguis. Quod ſi nihil ex illis eſt tibi

præfens, tunc pone fuper locum digitum tuum, donec congeletur fanguis. Et embroca locum cum aqua uehementis frigoris, donec quiefcat acuitas, & ftringatur fecundum quod oportet. Et ex eo quod eft leuius & facilius extractione arteriæ, eft, ut cauterizes uenam cum hoc cauterio habente duos cultellos: fitque acuitas duorum cultellorum fimilis almagdatem. Verumtamen funt multo minoris acuitatis, quam duo cultelli. Quoniam fi funt acutę, ficut duo cultelli, properat utrifque frigus: & non incidunt carnem cum uelocitate. Cum ergo in eis eft aliquantulum groffitudinis, tenetur in eis calor ignis, & abfcinditur caro uelociter: cum hoc ergo opus eft melius omni opere, & leuius, & facilius. Et fit fpacium quod eft inter duos cultellos quantitas groffitudinis digiti, poftquam tu fignas duo loca cum encauftro: & depone utrofque ignitos ualde, donec perueniant ad os, & incidant uenam in duobus locis: ut elongetur quod eft inter extremitates eius. nã non confolidantur cum hoc cauterio penitus. Et hæc eft forma cauterij. A



B


❡ De cura curfus lachrymarum acutarum affiduarum ab oculis. Caput IIII.

QVANDO funt lachrymæ affiduæ, & eft curfus earum ex uenis, quæ funt fuper craneum capitis exterius: & non confert in eis aliquid curationis medicinæ cum medicinis, & uides faciem infirmi iam rubere, & fentit in fronte fua deambulationem, ficut eft deambulatio formicarum: & oculi eius funt extenuati, humidi, ita quod iam corrofi funt pili eorum cum corrofione: & calefactæ funt palpebræ eius ex acuitate lachrymarum: tunc antiqui indiguerunt in curatione earum hac operatione, & denominauerunt eam curationem, cum Enfe. Et eft, ut præcipias infirmo radere pilos qui funt in fronte fua. Deinde incide in fronte tres fiffuras æquediftantes fecundum longitudinem frontis: & fit longitudo fiffuræ quafi duo digiti, & fiffura una fit æquediftans longitudini nafi in medio frontis, & fecunda fecundum longitudinem parumper a motu lacertorum, & tertia a parte altera: & caue ab incifione arteriarum quæ funt in duobus lateribus: & elonga manum tuam a continuatione duarum mandibularum, & fit fpacium omnis incifionis quantitas trium digitorum coniunctorum: & fit tibi fruftum fpongię præparatum, aut panni ficcati multi, cum quibus exficces fanguinem. Deinde intromitte fpatumile duarum acutarum extremitatum, cuius mox fequens eft forma,

Curatio cum Enfe.


C

Spatumile.



ab incisione quæ est a parte timporis, usque ad incisionẽ secundam: et excoria cum eo totam cutem, quę est inter duas incisiones, cum sifac, quod est super os. Deinde fac illud etiam ab incisione media usque ad incisionem secundã. Deinde extrahe hoc spatumile, & intromitte in incisionẽ primã iterum instrumentũ aliud, quod nominatur cultellare acutũ, ab una parte lene, non acutum ab altera parte. & hæc est forma eius.

Cultellare acutum.




Et pone latus eius acutũ uersus carnem annexam cum cute, & latus eius lene uersus os: & impelle ipsum, donec perueniat ad fissuram mediam: & abscinde cum eo omnia uasa, quæ descendũt a capite ad oculos: præter quod continuetur incisio usque ad illud quod apparet de cute. Deinde fac illud in fissura media usque ad fissuram aliam. Et postquam currit ex sanguine quantitas æqualis, exprime loca ex frustis sanguinis cöagu-


D lati. Deinde pone in omnem fissuram licinium ex cotto ueteri, et pone super eos puluillos imbibitos in uino, & oleo, aut aceto. Et uide ut non accidat apostema calidum. Et in die tertia solue ligamentum, et administra infusionẽ multam cum aqua tepida. Deinde cura illud ex unguento basilicon, et reliquis quibus curantur uulnera: usquequo sanetur.

❡ De cura lachrymarũ acutarum & catarrorũ ad oculos ex interioribus capitis. Caput V.

QVANDO accidunt alicui catarri acuti, acres, assidui: & uides oculos eius extenuatos, paruos, & iam debilitatus est aspectus eorum: et palpebræ ulceratæ, & cadunt pili ex eis, & in profundo capitis est dolor acutus, lædens, et sternutatio consequens: tunc sume ex istis accidentibus, quod illæ materiæ, et catarri non ueniunt, nisi ex uenis multis. Et melior curatio in eis est hæc. Et est, ut præcipias infirmo radere frontem suam. Deinde incide in eam fissuram unã in medio frontis, aut alterius parumper per latitudinem, & incipe cum fissura a timpore sinistro ad timpus dextrum: & sit incisio usque ad os: & elonga manum tuam a lacertis timporum, qui mouentur apud masticationem: donec quando detegitur os: & exsiccabis totum sanguinem cum spongia. Tunc separa inter duo labia fissuræ cum cotto ueteri, aut cum liciniis ex lino. Deinde stringe desuper cum puluillis: & imbibe puluillos cum uino & oleo, ut non accidat apostema calidum. Et quando soluis illud, & uides quod apostema calidum iam imminuitur: tunc oportet ut frices os, donec incipiat in eo nasci ca-

ro. Deinde cura ipſum cum regimine exiccatiuo quod facit naſci carnem: ſicut ſi accipias ex farina tritici partes duas, & ex colophonia quatuor partes: & præpares ex eis emplaſtrum, et adminiſtretur ad natiuitatem carnis in iſtis uulneribus. A






De iſtis Inſtrumẽtis non ſit mentio apud Autorum.

De cura eius quod cadit in Aurem. Caput VI.


OMNE QVOD in Aurem cadit, eſt una quatuor ſpecierũ: aut lapis mineralis, aut ſimile lapidi, ſicut ferrum, & uitrum: aut eſt ex planta, ſicut eſt cicer, & fabæ: aut eſt res fluxibilis, ſicut aqua, & acetum, & eis ſimilia: aut aliquod animal. Quando ergo cadit in aurẽ lapis, aut genus lapidis ex eis quæ non adduntur, neque creſcunt in aure, expone Aurem ſoli: ſi ergo uides lapidem, tunc diſtilla in Aurem aliquid ex oleo uiolato, aut ſiſamino. Deinde adminiſtra extractionem eius, et fac ſternutare cum condiſi, et opila nares apud aduentum ſternutationis, poſtquam tu ponis in circumitu auris fruſta ex pannis, aut lana, et extendis aurem ad ſuperiora. multotiens enim egreditur cum hac cura. Si autẽ non egreditur, tunc adminiſtra extractionem eius cum Geſti, id eſt, Pizigarolis ſubtilibus: cuius forma eſt hæc. B

Extractio lapidis ex aure.




Geſti.

Si ergo egreditur cum geſti, eſt bonum. Et ſi non, tunc adminiſtra extractionem eius cum uncino cæco ſubtili paucæ duplicationis.



Vncinus ſubtilis.

Si ergo non egreditur per illud, tunc fac cannulam ex ære, & intromitte extremitatem cannulæ in foramen auris multum, et opila quod eſt in circumitu cannulæ cum cæra mollificata cum oleo, ut non ſit uento uia niſi cannulæ: deinde extrahe cum uento tuo attractione forti. Multotiens enim egreditur cum eo quod narrauimus.




Si autem non egreditur hoc modo: tunc accipe ex helkalimbat, aut ex uiſco, id eſt, gluten præparato, cum quo capiuntur aues, rem modicam:

C & pone ipsum in extremitate radij postquam tu inuoluis super eam cottum decenter positum: deinde intromitte ipsum in foramen auris cum facilitate, postquam tu exiccas aurem ab humiditate. Si ergo non egreditur cum omnibus quæ narrauimus, tunc propera ad scindendũ, antequam accidat apostema calidum, aut spasmus. Et modus fissuræ est, ut phlebotomes infirmũ in primis in cephalica: & extrahe ei ex sanguine secundũ mensuram uirtutis eius. Deinde fac sedere infirmũ inter manus tuas, & conuerte aurem eius ad superiora, & finde fissuram paruam in radice auris apud adipem eius in loco depresso ipsi: & sit fissura lunaris figuræ, donec peruenias ad lapidem: deinde aufer eum cum eo, quod est tibi possibile ex instrumentis. Deinde sue fissuram ab hora tua cum uelocitate, & cura ipsam, donec sanetur.

Extractio grani.

Quod si res cadens in aurem est ex uno granorum, quæ crescunt, & inflantur: tunc administra extractionem eius. Si autem non obedit tibi ad exitum, tunc accipe spatumile tenue, subtile, secundum hanc formã.

Spatanile.



Et administra cum eo abscisionem illius speciei ex granis, quæ cadunt in aurem, & non facias illud, quando tu cogitas, quod illud granũ iam hu-
D mectatum est per uaporem auris, donec ponis ipsum frusta multa: deinde extrahe ea cum uncinis, aut cum gesti subtili, aut cum suctione, sicut diximus. nam extractio eius alleuiatur.

Extractio aquæ.


In aqua autem quæ ingreditur in aurem, oportet ut utatur infirmus sternutatione cum cõdisi in primis: & iam impleuit aurem suam cum aliquanto cotto ueteri: & est iacens super illam aurem, in qua est aqua. Si ergo egreditur per illud, est bonum. Et si non: tunc accipe lapides multos, secundum longitudinẽ digiti, tenues, lenes, & calefac eos cum igne parumper, & intromittat infirmus ex eis unum in foramen auris suæ: & saliat super pedem suũ unum ex illa parte, & percutiat cum lapide alio super lapidem qui est in aure. Non ergo cesset facere illud cum lapide & lapide, donec egrediatur tota aqua. Et iam egreditur aqua ita, ut accipias ex parpyro, aut ex iunco unum, & intromittas extremitatem eius unam in aurem: et accendas extremitatem alteram cum igne, donec comburatur plurimũ eius. Deinde itera iuncum alium, et fac illud multotiens, donec egrediatur tota aqua: & extrahe ipsam cum cannula secundũ quod præmissum est in lapide.

Extractio animalis.

In extractione autem animalis intrantis in eam, si est parui corporis, ut pulex, & ei simile, cura ipsum sicut dixi in diuisione. Sed si est corporis magni, quod appareat sensui: tunc administra extractionẽ eius cum gesti, & uncinis: et res eius est facilior omnibus, quæ tenentur in aure.


In extractione autẽ uermis generati in aure, quando curas eum cum eo quod diximus in diuisione, & in tractatu distilationũ, & non confert

curatio tũa: tunc oportet ut aſpicias aurem in ſole. Si ergo apparet illic aliquid ex uermibus, tunc extrahe illud cum geſti, aut cum uncinis ſubtilibus. Si autem non apparet illic aliquid, tunc accipe cannulam, cuius hæc eſt forma, A



ſtricta inferius, ampla ſuperius: & intromitte extremitatem ſubtilem in aurem ſecundũ quantitatẽ quod tolerat eam infirmus: deinde ſuge cum ea ſuctione forti. Fac illud multotiens, donec egrediantẽ omnes uermes. Si autem non obediunt tibi ad exitum, tunc opila circumitum cannulæ cum cera, ſicut dixi in lapide. Quod ſi non egrediuntur cum eo quod diximus: tunc adminiſtra diſtillationes quas iam experti ſunt antiqui in interfectione uermium: & inuenies illud in tractatu diſtillationum. Et ſit effuſio tua qua effundis olea & medicinas in aurem cum hoc inſtrumento, cuius forma depicta eſt hic.

Liber Diſtillationum Albucaſis.




Sicut uides fac ipſum ex argento, aut ære, inferius ſtrictum, in quo ſit foramen paruũ, amplum ſuperius. Sit ergo ut impellens quod eſt in concauitate cannulæ, ſit ex ære decenter factum. Et ſi uis, accipe radium, & inuolue in extremitate eius cottum inuolutione decenti: deinde proijce oleum, aut ſuccum, aut quod uis ex iſtis medicinis in cannulam: & ipſa ſit in aure: deinde intromitte radium cum cotto deſuper, & exprime ipſum manu tua compreſſione tẽperata, donec impellatur oleum in concauitate auditus, & ſentiat ipſum infirmus interius: & illud quod infunditur in aurem, ſit iam calefactum cum igne parumper: & caue ne ſit res quæ diſtillatur in eam frigida ualde: medicinæ enim non tolerant illud. B

De cura opilationis accidentis Auri. Caput VII.

QVANDOQVE egrediuntẽ quidam infantes ex uentribus matrũ ſuarũ non perforati. Et iã accidit etiã quibuſdam hominibus opilatio in meatu Auris a uulnere, aut carne nata in ea. Et hæc opilatio quandoq; fit in profundo foraminis Auris, quam non conſequitur uiſus: & quandoq; accidit ad exteriora foraminis parum, & conſequitur eam uiſus. Illa ergo quę accidit in profundo Auris, et quam non comprehendit aſpectus, eſt in pluribus diſpoſitionibus difficilis ſanationis. Et in illa quam conſequitur uiſus, oportet ut ponas Aurem infirmi in ſole, et aſpicias in ea: tunc ſi uides opilationem apparentem, aperi eam cum ſpatumili ſubtili, cuius forma eſt hæc quæ ſequitur,

Modi opilationis Auris.

C 

Sit extremitas eius in qua sit quędam latitudo parua, cuius quædã pars sit acuta: & reliquũ spatumile sit duarum laterum lenium: ut non lædat aurem. Si ergo opilatio est a carne nata in meatu auris: tunc tene eam cum uncino subtili, et incide eam cum facilitate uehementi, donec auferatur tota caro. Quod si opilatio est in profundo auris: tunc accipe radium subtilem, lenem, & calefac ipsum cum igne parumper: deinde mitte ipsum in meatum auris. Si ergo senseris opilationem cum eo, quod inuenit infirmus cum grauitate auditus, conare apertionem eius cum facilitate: & caue, ne uulneres neruos auris. Deinde pone in aurem licinium secundum quantitatem amplitudinis foraminis, quod inuoluisti in unguento ægyptio: fac illud aliquot diebus, donec sis securus de consolidatione uulneris. Aut accipe licinium, & infunde ipsum in aqua rosata, & pulueriza super ipsum zegi tritum, et utere ipso. Quod si uides aurẽ iam apostemari: tũc oportet ut extrahas liciniũ, et permittas ipsum cũ licinio alio, quod inuolues in cæroto quod sit factũ cum oleo rosato, donec sedetur apostema calidum: deinde cura ipsum usqȝquo sanetur.

D Si autẽ accidat fluxus sanguinis: tunc submerge spongiam, aut pannos in aqua frigida, et pone super eam aurem: et utere reliqua curatiõe, quæ abscindit fluxũ sanguinis prędicta in tractatu distillationum.

¶ De cura Altheli palpebrarum. Caput VIII.

ISTI Althelil qui accidunt in Palpebris oculi, quandoqȝ sunt humidi, & sunt sicci. Oportet ergo ut teneas eos cum tenaliis: aut cum uncino, & incidas eos cum spatumili a radicibus suis. Deinde pone super loca zegi tritum. Si autem ex eis fluat sanguis, tunc cauteriza eos cum cauterio lenticulari subtili. Et cauterizare eos, est melius post incisionẽ. Multotiens enim redeunt quando remanet ex radicibus suis aliquid. Et quando cauterizantur cum igne, comburuntur illæ radices, & non redeunt.

¶ De cura Grandinum palpebrarum oculi. Caput IX.

Grando palpebrarum.

MVLTOTIENS accidit in palpebris aliquid quod assimilatur Grandini in fortitudine sua, & sua duricie, et propter illud nominatur Grando: et est aggregatio humiditatis grossæ in palpebra superiore, & palpebra inferiore. Operatio ergo in eis est, ut consideres tunc, si est Grando procedens in eo, quod apparet de palpebra, et mouentur ad omnem partem, & res eius est facilis. Finde ergo super eam fissura per latitudinem. Deinde excoria eam ab omni parte cum facilitate, donec euadat. Deinde suspende eam cum uncino, & abscinde ipsam. Si autem non præparatur tibi abscisio eius, nisi postquam tu penetras pal-

pebram cum incisione parumper, tunc nocet infirmo illud in aliquo. A
Quod si fissura est magna: tunc aggrega ipsam cũ sutura: & cura ipsam, donec sanetur. Et si est parua, non superueniet tibi malum ex ea. Vnguentum enim restaurat ipsam, & incarnat eam. Et si grando est decliuis ad interiora auris uersus superficiem intrinsecam, tunc inuersa palpebram, & suspende grandinem cum uncino: præter quod indigeas incisione, & preme eam ab omni parte. Quod si elongatur palpebra per incisionem, non nocet illud in aliquo. Deinde ablue oculum post incisionem grandinis, cum aqua salsa: & cura locum cum eo quod incarnat, donec sanetur infirmus.

¶ De cura Axirnath palpebrarum. Caput X.

AXIRNATH est adeps qui generatur in tunicis palpebræ superioris: & plurimum quidem accidit illud pueris: & ipsum grauat oculos eorum, & accidunt eis catarri in matutinis, et non possunt intueri lumen solis, propterea, quod lachrymæ properant ad eos, & propter illud uides eos discumbere super facies suas semper, & super eas dormiunt, & sunt palpebræ eorum sub superciliis humidæ, quas iam cooperuit inflatio: & eminentia quidem Axirnath apparens est oculo, & quando tu premis locum cum digitis tuis, sentis Axirnath inter eos. Et B modus operationis eius est, ut ponat infirmus caput suum in sinu tuo. Deinde accipe pannum lini, & præpara in eo licinia, & fac ex illo licinio circulum secũdum quantitatem quod continet Axirnath ab omni parte. Deinde pone eum super eam, & preme cum digitis tuis ab omni parte, ut aggregetur Axirnath in medio circuli. Deinde finde in medio illius humiditatis cum spatumili incidente fissuras per latitudinem, & non sit fissura maior illa quę fit in phlebotomia in profundo. Aut oportet ut findas cutem totam, donec peruenias ad Axirnath, in pluribus enim dispositionibus procedit Axirnath ex fissura secundum formam frusti pinguedinis albæ. Extrahe ergo eam cum panno, quem infiltrasti inter digitos tuos ad exteriora: & tu reuoluis manum tuam ad dextram & sinistram, donec dispergatur: & caue, ne addas in fissura, ut non peruenias cum spatumili ad oculum, & lædas eum. Si autẽ non appareat tibi Axirnath in principio fissuræ, tu addas in fissura parum cum facilitate, donec procedat Axirnath. Deinde extrahe eam, sicut diximus. Deinde submerge pannos in aceto et aqua, et pone eos super locum, et stringe eum cũ puluillis. Et ex hominibus sunt qui terunt salem, & ponunt ipsum in concauitate fissuræ, ut liquefiat quod remansit ex illa humiditate. Deinde cura ipsam, donec sanetur. Si autem accidat in loco apostema calidum, tunc cura ipsum cum emplastris sedatiuis, donec sanetur.

Axirnath palpebrarum.

C ¶ De modis Ataxmir oculi, id est, cum palpebra mollificatur oculi, unde fit ut rugetur sicut non debet. Caput XI.


QVANDO nascuntur in palpebris oculi pili additi, præter cursum sub pilis naturalibus, et antiquantur: tunc ipsi nocent oculo, & faciunt accidere modos ægritudinum, sicut lachrymas assiduas, et mollificationem palpebrarum, & albuginem, donec fit illud caussa destructionis oculi. Et Ataxmir quidem oculi curatur secundum quatuor modos. Aut per cauterium cum igne. Aut cum medicina acuta, secundũ quod præmissum est in capitulo cauterij. Aut curatur Ataxmir per incisionem & suturam. Aut per cannas, secũdum quod ego dicam. Oportet ut ponas caput infirmi in sinu tuo. Deinde converte palpebram oculi manu tua sinistra. Si ergo cõvertitur, bonum est. Et si nõ: intromitte acum in eam, in quã sit filum ab inferiori parte palpebræ; & fac penetrare acum cum filo desuper, et sit illud prope pilos ipsos, id est, prope marginem palpebræ, in quo nascuntur pili: & trahe filum ad superiora cum palpebra, et converte eam cum radio. Deinde finde in inferiori parte palpebræ sub pilis additis cum spatumili incidente a lachrymali maiore usque ad lachrymale minus. Deinde extrahe filum, et pone sub palpebra pulvillum parvum ex cotto, aut panno: deinde signa super palpebram cum encaustro, quod sit sicut figura folij myrti.

Cura quadruplex Ataxmir.


D Verumtamen oportet, ut sit figura secundum quantitatem & elevationem palpebræ: quoniam iam diversificatur illud in hominibus. Ex eis enim est, qui indiget ut incidatur ex palpebra quantitas magna, secundum quantitatem quæ mollificatur a palpebra. Deinde cum spatumili finde super duas lineas quas signasti, et incipe a lachrymali maiore usque ad lachrymale minus, et sit fissura una prope pilos naturales, sicut est grossitudo radij. Deinde intromitte uncinum in uno duorum angulorum cutis. Deinde excoria ipsam totam. Deinde aggrega cum sutura duo labia, cum acu & filo lana subtili: & absterge sanguinem, et fac adhærere quod superfluit ex filis super duo supercilia, cum quibusdam rebus invischantibus, si vis facere illud: & si non, non cures. Deinde dimitte suturam & fila usque ad tres dies, aut quatuor: postea cura illud. & si vis, dimitte vulnus absque sutura, & cura ipsum cum eo, quod exsiccat & constringit. Nam palpebra elevatur apud sigillationem vulneris & aggregationẽ eius: sed sutura est melior. Hunc modum curandi Ataxmir docuerũt antiqui. Verumtamen in eo est sollicitudo super infirmum, & est ex bona operatione, & non est in eo timor.

Et modus alius est in Ataxmir etiam: & est, ut signes super palpebram figuram, quæ sit sicut figura folij myrti, sicut narravimus. Deinde eleva palpebram cum tribus uncinis separatis, aut aggregatis, secundum formam hanc quæ sequitur,

A




Deinde incide quod ſuperfluit cū forficibus paruis, ſcd'm hanc formā,



cum æqualitate inciſionis. Si autē non eſt tibi poſſibile tenere uncinum, & non æquatur illud: tunc accipe acum in qua ſit filum, et intromitte ipſum in medio figuræ: et intromitte filum aliud prope lachrymale maius, & filum ſecundum prope lachrymale minus: et aggrega inter digitos tuos fila cum æqualitate. Deinde eleua manum tuam eleuatione æquali: et eleua cutem ſuper quam eſt ſignatū cotum, ſicut narrauimus. Deinde aggrega duo labia uulneris cum ſutura: et cura ipſum, donec ſanetur. Si uero accidat apoſtema apud inciſionem tuam, aut fiſſuram tuam: ſeda illud apoſtema cum cæroto, & his ſimilibus, ex unguentis ſedantibus. Et quandoq; accidit palpebræ etiam, ut conuertantur pili eius. Oportet ergo ut utaris in ea quod diximus in inciſione: ſed ſutura utriſque magis eſt artificialis.

¶ De cura Ataxmir cum cannis.

ET EST, ut conuertas palpebram, & ſcindas fiſſuram quæ eſt deintus, ſecundum quod narraui. Deinde arte fac duas cannas, aut duo ligna ſubtilia: quarum longitudo ſit ſecundum longitudinem palpebræ, et latitudo earum ſit minor latitudine ſpatumilis: & tu iam incidiſti in extremitatibus utriuſq; ab utriſq; partibus ubi tenes fila. Deinde aggrega utramq; cum ſubtilitate ſuper illud quod ſuperfluit ex palpebra oculi, et ſtringe duas cannas ab utriſque partibus ſtrictura forti, & dimitte eam diebus aliquot. Cutis enim ſtricta morietur, et denigrabitur, & putrefiet, donec cadet per ſe. Si ergo tardatur, tunc incide eam cum forficibus. Deinde cura eam, donec ſanetur. Cum ergo conſolidatur, eleuatur palpebra: & non pungunt pili. Et hæc eſt forma duarum cannarum, quas facies ſecundum hanc figuram, et quantitatem in longitudinem & latitudinem. B



¶ De eleuatione pilorum pungentium in oculo cum acu. Caput XII.

OPERATIO in illo eſt, ut accipias acum ſubtilem, & intromittas in eam filū ex ſerico ſubtile, lene. Deinde aggreges extremitates eius, & nodes utramq; nodo ſubtili ualde: & ſit longitudo filorum palmus unus. Deinde compone in Alinxotati filum aliud ſubtile ſub eo in breui, & noda extremitates eius ſi uis. Deinde ponat infirmus caput

C suum in sinu tuo, et sit prope solem ut declaretur operatio: quoniam est operatio subtilis, uel minuta. Deinde intromitte acum cum alinxotati in radicem palpebræ, et fac eam penetrare in palpebram festinãter, donec extrahas eam desuper pilum naturalem. Deinde trahe pilum usq; supra alinxotati: & intromitte in alinxotati illum pilum: si est unus, aut duo, aut tres, non plures. Deinde trahe manum tuam cum eo, donec egrediatur pilus cum alinxotati in palpebra cum pilo naturali. Si autem trahatur alinxotati, et non egrediatur pilus cum ea: trahes alinxotati ad inferiora, cum filo quod tu composuisti in ea, donec egrediatur alinxotati ex foramine superiori, & uideas eam uisione oculi: tunc enim trahes alinxotati, & filum: et extrahe utraque, & claude oculum: et dimitte ipsum clausum duob9 diebus, aut tribus, donec adhęreat pilus loco suo, & nascatur super ipsum caro. Quod si pilus est breuis, tunc aut associa ei pilum longũ ex pilis naturalibus, et eleuatur cũ eo: aut dimitte ipsum, donec elongetur post spacium, & tunc eleua ipsum.

De cura Alxatrati quæ accidit in palpebra superiori. Caput XIII.


Leporina.

QVANDO accidit oculo hæc Alxatrati, nominatur Leporina. Et hæc Alxatrati est aut naturalis, aut accidentalis. Accidentalis ergo fit ex consolidatione uulneris, aut sectionis, aut cauterij, &
D similium illis. Et modus operationis in ea est, ut tu findas illam consolidationem, et ut separes labia eius, & ponas in eo quod est inter ea licinium ex lino, et liges eam, donec sanetur. Et non oportet, ut utaris in curatione eius rebus quæ exiccant & constringunt: nam si tu facis illud, redit Alxatrati deterior quam fuit: imo utere in ea rebus quæ mollificant, sicut fœnumgręcum: et embroca cum aqua, in qua cocta sit althea, semen lini: et unguento dyaquilon, quod liquefactum sit cum aliquo ex oleis: & inuolue cum eo licinium, et cura cum eo. Et thesaurus curationis tuæ est, ut coneris omni ingenio, ut non consolidetur, secundum formam quæ fuit in primis. Et hæc quidem operatio quam diximus, non est nisi quædam rectificatio Alxatrati, ut non redeat forma loci secundum quod fuit omnino.

De cura Alxatrati quæ fit in palpebra inferiori, et est rugatio uel contractio sursum ad dextrum & sinistrum. Caput XIIII.

HAEC ALXATRATI quæ fit inferius, est quę uere nominatur Alxatrati. Et est naturalis, et est accidentalis. Et accidentalis fit ex uulnere, aut fissura, aut cauterio, et illis similibus. Et uia operationis in ea est, ut accipias acum, in qua sit filum duplum, & tingas eam in carnem, et facias eam penetrare a lachrymali sinistro usque ad lachrymale dextrum, donec perueniat filum in duabus extremitatibus carnis, Deinde exten-

de carnem ad ſuperiora cum acu, & incide eam cum ſpatumili lato. Si er A
go redit figura palpebræ ſecũdum quod oportet, eſt bonum. Et ſi non, accipe radiũ, et pone ipſum in fiſſuram, & conuerte cum eo palpebram: & ſinde duas fiſſuras in latere interiore palpebræ, et ſint extremitates duarum fiſſurarum ex duobus angulis inciſionis, donec concurrant & fiat ex eis angulus: donec quando aggregantur fiat figura earum hæc figura, & eſt litera lauda greca. Deinde aufer illam carnem per quantitatem, quod eſt latus eius acutum inferius, ab eo quod ſequitur palpebram. Deinde aggrega partes ſeparatas: ſue eam cum filo lanę. Deinde cura eas cum eo quod diximus, de medicinis mollificantibus, et licinijs, donec ſanent.



Et ſi Alxatrati accidat ex fiſſura, et ſutura, aut cauterio: tunc oportet ut findas fiſſura plana ſub pilis palpebrarum, etiam ſecundũ quod præceſſit. Deinde ſepara inter duo labia cum licinio, ſecundum quod diximus. Et ſumma ſermonis de cura Alxatrati, quando eſt deſuper, aut inferius, eſt, ut currat in ea operatio, ſecundum quod præparatur ex forma Alxatrati. Ipſa namq; eſt multarum diuerſitatum in forma: et artifex prudens præparat ingenium cum quocunq; modo eſt poſſibile ei, donec redire faciat figuram ad formam naturalem, aut prope eam, & ipſemet infirmus, ſecundum quod conuenit ei ex operatione & inſtrumentis in plurimis diſpoſitionibus.


¶ De adhærentia palpebræ oculi cum coniunctiua, aut cornea. Caput XV. B

QVANDOQVE accidit hæc conſolidatio multis hominibus, ita ut conſolidetur palpebra ſuperior cum albedine oculi, et prohibeat ipſum ab operationibus ſuis naturalibus. Oportet ergo quod intromittas extremitatem radij ſub palpebra, et eleues eam ſurſum: aut extendas eam cum uncino: deinde incide adhęrentiã cum ſpatumili ſubtili, quod non ſit cum acuitate inciſionis ſpatumilium, imo ſit obtuſum parumper: ut non inquietetur infirmus apud operationem, et remoueatur ſpatumile, et lędat oculum cum acuitate ſua: et ſit inciſio tua quaſi tu excories illam adhęrentiam cum facilitate, donec quando redit palpebra ſecundum formam ſuam naturalem, et ſanetur adhęrentia tota. Funde tunc in oculum aquam ſalſam, cum aqua ablue ipſum: aut diſtilla in ipſum ex ſief facto, ex ziniar diſſoluto cum aqua. Deinde ſepara inter palpebram & oculum cum licinio lini: et pone ſuper oculum lanam infuſam cum albugine oui: & poſt diem tertium utere ſief, et cum ſolidatiuis, donec ſanetur.


¶ De inciſione ungulæ & eminentiæ carnis lachrymarum. Caput XVI.

SCIAS, quod ungula eſt ſecundum duos modos. Aut eſt neruoſa: & eſt ſimilis ſifac duro, ſubtili. Aut eſt non neruoſa, ſimilis humidi- Vngula oculi duplex.

C tati congelatæ albæ: quæ quando tangit eam ferrum, aut conaris capere eam cum uncino, abscinditur, & non figitur in ea uncinus. Et utræq; species non incipiunt, nisi a lachrymali maiore, usquequo uadit paulatim, donec cooperit uisum, et prohibet lumen, & motũ oculi. Et modus operandi in incisione eius est: ut ponat infirmus caput suum in sinu tuo. Deinde aperi oculos eius, et eleua palpebrã manu tua. Deinde collige ungulam cũ uncino paucæ duplationis, et extende eam ad superiora. Deinde accipe acum, & intromitte in eam pilum ex pilis equi, et bouis, aut uaccę: et sit filum forte, & duplica extremitatem acus parumper, & fige eam in medio ungulæ: et penetra eam cum acu, & liga cum filo ungulam, & extende eam ad superiora: et excoria cum pilo latus ungulæ quod sequitur pupillam, ac si tu serres eam cum pilo usq; ad postremum eius. Deinde incide residuum in radice lachrymalis cum spatumili subtili, aut cum forficibus paruis: & dimitte carnem lachrymalis naturalem, ut non accidat ex incisione eius cursus lachrymarum assiduus. Et quandoq; extenditur ungula cum uncino solo: aut cum filo, sicut diximus. Deinde excoriatur cum spatumili leni, cuius hæc est forma.



D Et caue, ne tangat spatumile tunicam corneam, et accidat in ea ruptura, & perforetur pupilla. Deinde post incisionem, proijce in oculum aliquid salis contriti, aut ex sief facto ex ziniar, et dimitte ipsum usq; ad diem alium. Deinde cura ipsum cũ eo quod oportet, usquequo sanetur. Quod si ungula est non neruosa, et non potes intromittere in eam acum, neq; figitur in ea uncinus, tunc multotiens curatur hęc species ungulæ cum medicinis, et sanatur sicut narraui in diuisione. Quod si uis incidere eam, tunc aperi oculum infirmi, et accipe spatumile subtile, lene, debilis acuitatis, secundum hanc formam.



Et rade ungulam desuper rasione cum subtilitate. Quod si uides quod ipsa rarificatur & confringitur, et imprimit in eam rasio, tunc distilla ex hora tua in oculum ex sief facto ex ziniar, aut ex sief rubeo, aut sale trito: et opila oculum usq; ad diem alium. Deinde itera super ipsam operationem, donec remoueatur totum eius. Nisi contrarium sit tibi in oculo apostema calidum: tunc enim dimitte ipsam, et cura apostema, donec sanetur. Deinde itera operationem super ipsam cum rasione, donec sanetur. Eminentia autẽ carnis lachrymalis, si nocet in oculo nocumẽto magno, suspendatũ cum uncino, et incide ex ea partem eius: et non ultimes incisionẽ, ut non accidat cursus lachrymarũ. Deinde stilla in lachrymale sief rubeum, aut factum ex ziniari, donec sanetur.


¶ De inciſione Alguardenici, et carne nata in oculo. Caput XVII. A

NASCITVR quandoq; in quibuſdam oculis hominū ca-
ro rubea compoſita, uel ſuperpoſita, donec cooperit pupillam, aut ap-
propinquat, aut ſtringit ſuper palpebras, et fortaſſe conuertit palpebras
ad exteriora: et aſſimilatur roſæ balauſtinæ. Et operatio in ea etiam
eſt, ut ponat infirmus caput ſuum in ſinu tuo. Deinde aperi oculos eius,
& collige illam carnem totam cum uncinis conuenientibus ad illud: &
tene illud cum forcipe uno, aut geſti. Deinde incide carnem in primis,
donec finiatur totum eius cum inciſorio. Et caue ab oculo, ut non lędas
ipſum apud operationem: et ſit inciſio tua qua ipſam incidis, aut cum
ſpatumili, quod narrauimus in inciſione ungulę: aut cum forficibus par-
uis, cum quibus colligitur aſebel, ſecūdum quod ueniet forma eius poſt
hoc capitulum. Cum ergo completur inciſio tua, et remouetur tota al-
guardenici, tunc imple oculum ex ſale contrito: aut diſtilla in eum pul-
uerem rubeum, et ſimilia illi ex medicinis corroſiuis: & pone ſuper ocu-
lum deforis cottū cum albugine oui: ut ſecuretur ab apoſtemate calido.


Quod ſi remanet ex alguardenici aliquid, et dominatur tibi ſanguis
calidus, & times apoſtema calidum: tunc dimitte oculum, et cura ipſum
cum eo quod ſedat apoſtema. Deinde itera ſuper ipſum cum operatio-
ne, donec ſanetur. Et ſimiliter fac cum carne addita quæ accidit in oculo B
ex hac ſpecie. Verumtamen oportet, ut alienes curationem omnis ocu-
li debilis ex uia naturali, aut ex uia accidentali, operando cum ferro: &
non intromittas manum tuam in aliqua harum operationum, donec ui-
deas, quod illud membrum eſt tolerans illam operationem.

¶ De collectione Sebel ex oculo. Caput XVIII.

SEBEL ſunt uenæ rubeæ quæ texuntur ſuper oculum, et prohi- Sebel.
bent uiſui operationem ſuam: & debilitant oculum cum longitudine
dierū. Neceſſe eſt ergo tibi in primis, ut conſideres, ſi oculus in quo eſt
Sebel, eſt fortis, & non eſt in eo ægritudo aliqua, pręter Sebel: tunc col-
lige Sebel eius. Et eſt, ut præcipias infirmo, ut ponat caput ſuum in ſinu
tuo. deinde ſuſpende illas uenas cum uncino uno, aut duobus ſecun-
dum prudentiam tuam: & ſit uncinus ſubtilis dupla-
tionis, ſecundum hanc formam,




Aut ſint duo uncini gradati in corpore uno, ſecundum hanc formam,



Deinde collige cum forficibus ſubtilibus illas uenas cum ſubtilitate, &

C abſterge ſanguinẽ hora poſt horam, donec uideas illas uenas remoueri ex oculo, & reſoluũtur: et caue ne lædas oculũ cum extremitatibus ſpatumilis. Et ſit operatio tua in meridie coram ſole, & ſis firmus in operatione tua ualde: ut non incidas niſi illas uenas. Et cum tu expleueris, tũc diſtilla in oculum ſief uiride, aut rubeum: ut ſua acuitate corrodat quod remanſit ex ſebel. Si autẽ non eſt tibi poſſibile colligere illud totũ in illa hora, tunc emplaſtra oculum cum eo, quod ſedat dolorem oculi: et dimitte ipſum diebus aliquot, donec ſedetur dolor eius: & ſecuretur ab apoſtemate calido: deinde itera ſuper ipſum ſecundum modum eundem, donec ſanetur. & hæc eſt forma forficis.




❡ De reductione Ariſſati ad naſum. Caput XIX.


Ariſſati, ſiſtula.

NOMINANT medici Ariſſati Fiſtulam, quã curas cum cauterio, aut cum medicina acuta comburente, ſecundũ quod præceſſit eius narratio. Et ſi non ſanatur, tunc non eſt ingenium in ea: niſi ut findas ſuper apoſtema apud natiuitatem eius, & extrahas totam humiditatem quæ eſt in eo & pus, donec detegatur os. Cum ergo detegitur os, & uides in eo corruptionem, aut nigredinem, tunc rade ipſum cum D inſtrumento, cuius forma eſt hæc.

Aſperi capitis.



Et nominatur Aſperi capitis. Fiat ex ferro indo, & ſit caput eius rotundum ſicut azir, quod ſit punctatum punctatione limæ, aut punctatione aliskilferi punctatione ſubtili: & pone ipſum ſuper locum corruptum oſſis. Deiude reuolue ipſum inter digitos tuos, & tu preme manũ tuam parumper, donec ſcias quod illa corruptio iam raſa eſt: & fac illud aliquotiens. Deinde reſtaura locum cum medicinis exiccatiuis ſtipticis. Si ergo conſolidatur locus, et naſcitur in eo caro, & abſcinditur curſus ſaniei: et remanet quadraginta diebus, & non renouatur, et non apoſtematur, et non accidit in eo accidens: tunc ſcias quia iam ſanatus eſt. Et ſi non, tunc non eſt in eo ingeniũm, niſi reducere fiſtulam ad foramen naſi, ſecundum hanc formam. Et eſt, ut detegas ab oſſe ſecundo cum ferro, aut cum medicina acuta: & cum detectum eſt os, tunc accipe terebrum ſecundum hanc formam,



Sit extremitas ferrea, triangulata: & lignum eius ſit pyramis extenuata uſque ad extremitatem, ſicut uides. Deinde pone illud ſuper os ipſum:

& sit illud prope lachrymale: & elonga manum tuam ab oculo parum. Deinde reuolue manum tuam cum terebro, donec penetret os, & sentiat illud infirmus: per hoc quod inuenit uentum exire ex eo, quādo tenet manū suam super nasum suum. Ergo tunc restaura locum cum medicinis stipticis exiccantibus, sicut docui te. Cum ergo nascitur caro, et induratur locus: tunc materia quę effundebatur ad exteriora, redit ad nasum: est ergo leuius illud super infirmum. A

¶ De reductione eminentiæ Oculi. Caput XX.

QVANDO eminet Oculus cum totalitate sua, et non accidit in uisu nocumentum, neq; diminutio: tunc oportet ut soluas infirmum: deinde phlebotomes eum: postea ponas uentosas in ceruice absq; scarificatione, sed cum suctione. Deinde pone super Oculum linimentū quod fit ex acacia, & aloe, et olibano, & sarcocolla. Deinde stringe Oculū desuper super emplastrū cum puluillis multis. Et modus puluillorū est: ut accipias pannos lenes, multos, et duplicetur omnis pānus ex eis super quatuor: fac ex eis multos: deinde pone eos unū super aliū, secundū quantitatē qua indiget Oculus: deinde stringe super ipsos cum panno duro strictura forti. Et itera uentosas cū suctione sine scarificatione. Deinde aufer uentosas, et dimitte oculū strictum die & nocte. Si aūt ligamentū iterum mollificatur, tunc oportet ut stringatur multū: deinde aufer ligamentū post diem & noctem, sicut diximus. Si ergo uides oculum iam redisse uuæ tunicæ, est bonum: & si non, tunc itera emplastrū, & puluillos, et stricturam, & uentosas, donec sanetur. B

¶ De incisione Vuæ tunicæ. Caput XXI.

QVANDO accidit disruptio in tunica Vuea, deinde eminet & procedit extra palpebras sicut granum Vuæ, & fœdatur forma hominis propter illud, & uis incidere illud: tunc operatio in eo est, secundum quod narro: et est, ut intromittas acum in radice Vuæ ab inferiori ad superiorem partem. Deinde intromitte acum aliam in qua sit filum duplum a parte lachrymalis, & fac eam penetrare: & dimitte acum primā secundum dispositiōem suam. Deinde incide locum fili dupli, et liga cum eo partem Vuæ in circumitu acus: & stringe eam multum. Deinde extrahe acum, et pone super oculū lanam infusam in albugine oui: et dimitte eum, donec cadat filum cum Vua. Deinde cura oculum cum eo, quod confortat ipsum, donec sanetur uulnus. Et quandoq; stringitur Vua ab omni parte cum circulo ex panno, donec addat oculus eminentiam magnam. Deinde perforetur cum spatumili subtili, quod perueniat ad profundum oculi, & currat humiditas albuginea, & descendat oculus, & ingrediatur statim: deinde stringe eum, donec sanetur.

C

¶ De curatione Alcomnati. Caput XXII.

Alcomnati.

HAEC AEGRITUDO quæ nominatur Alcomnati, non, est nisi sanies, quæ aggregatur in oculo, similis aquæ descendenti, & non est ipsa. Et modus operandi in ea est, ut facias sedere infirmū super sedem præparatū, uel directum. Deinde accipe caput eius manibus tuis a partibus duabus, et moue ipsum, donec uideas saniem peruenire ad inferiora oculis tuis. Deinde figatur, & non descendat, et absoluat lumen: & uideat infirmus res sicut uidebat: et si nō descendit inferius, scias quia est aqua. Si autem non præparatur descensus saniei cum eo quod diximus, tunc fac sedere infirmū inter manus tuas. Deinde accipe spatumile subtile, & finde cum eo supra panniculū corneum parumper apud continuationem coniunctiuæ cum tunica cornea in corona, donec egrediatur sanies. Cum ergo egreditur, tunc distilla in oculum aquā calidam in qua miscuisti mel: aut aquam in qua iam bullisti fœnumgręcum & mel: deinde curetur cum reliqua curatione, donec sanetur.

¶ De cura aquæ, quæ descendit in oculo, uel cataracta. Caput XXIII.


IAM DIXImus species aquæ in diuisione, & quæ conuenit ad perforandum sermone declarante & exponente, tunc accipe illud idem secūdum sanitatem. Tunc ergo oportet, ut facias sedere infirmum inter

D

manus tuas quadratū, oppositum lumini, prope solem: & liga oculum eius sanū, & stringe eum ualde: deinde palpebram oculi eius manu tua dextra, si oculus in quo est aqua, est oculus sinister: aut manu tua sinistra, si oculus est dexter. Deinde accipe manu tua dextra almagda, si oculus est sinister: aut manu tua sinistra, si oculus est dexter. Deinde pone extremitatem almagda prope coronam per grossitudinem radiȷ in ipsa albedine oculi apparente lachrymalis minoris: deinde impelle almagda cum uirtute: & tu reuoluis cum eo manum tuam, donec penetret in albuginem oculi: & sentias, quod almagda iam peruenit ad rem uacuam. Et oportet, ut sit mensura itineris almagda ad profundū, mensura spaciȷ quod est a pupilla usq; ad finem nigredinis: & est corona oculi. uidebis enim ea in ipsa pupilla uisione oculi, propter claritatem tunicæ corneæ. Deinde pone almagda usq; ad locum in quo est aqua. Deinde preme ipsum inferius uice una post aliam. Si ergo descendit aqua statim, tunc infirmus uidet illud super quod aperit uisum suum statim, & almagda in oculo suo. Deinde quiescas paululū. Si ergo descendat aqua, tunc depone eam secundo, præter quod egrediatur almagda. Quando ergo figitur, & non ascendit: tunc extrahe almagda cum facilitate: & tu reuoluis manum tuam paulatim. Deinde dissolue in aqua aliquid ex sale claro gemmæ: & ablue cum eo oculum deintus. Deinde pone extra oculum totū stuppam, aut lanam infusam oleo rosato, et al=

bugine oui: & liga cum eo oculum sanum. Nos autem, et illi qui sunt nostri temporis, ponimus super eum ciminũ tritum cum albumine oui. A

Quod si non obedit tibi almagda ad introitum in oculum propter duriciem suam, quoniam ex hominibus est, cuius oculus est durus ualde: tunc oportet ut accipias spatumile, quod nominatur Alberid, cuius hæc est forma.



Alberid.


Perfora ergo cum eo ipsam coniũctiuam tantũ, & non ultimes manum tuam in foramine: et non est nisi ut facias uiam ad almagda locum subtilem. Deinde intromitte almagda, secundum quod diximus. Et apud complementũ operis tui, præparetur infirmo dormitorium decenter factum, in quo dormiat super dorsum suum in domo tenebrosa: & prohibeatur ab omnibus motibus, & a tussi: & pone cibum eius illud quo lenitur natura eius: & non moueat caput suum dextra, neq; sinistra omnino. Et sit ligamentum secũdum dispositionem suam usque ad diem tertium. Deinde solue illud in illa domo tenebrosa, & experire uisum eius: & fac eum uidere res. Deinde reduc ligamentum usque ad diem septimum. Et non oportet ut faciat illud in hora curationis, aut post incisionem statim: imo oportet, ut alienes illud: propterea quod aqua ascendit uelociter per aspectum uehementem. Si autem accidit apostema calidum: tunc oportet ut soluas oculum ante septimum: & rectifica illud cum eo quod sedat apostema, donec sedatur: tunc absolue ipsius uisum, & pone super faciem eius orale quo regatur uisus eius sub eo diebus aliquot, ipso existente in illa domo tenebrosa. Deinde egrediatur a domo gradatim, et cõuerset in casis suis. Et scias, quod in* zaltea non excusatur discipulus a uisione aliquotiens: tunc enim audeat super operationem. Etiam quidem peruenit ad nos quidam ex illis qui sunt de Alayrach, qui dixit, quod factum fuit in Alayrach magdan perforatum, quo fugitur aqua. Verum ergo non uidi aliquem in terra uostra, qui fecerit illud: neque legi illud in aliquo ex libris antiquorum: & est possibile, ut sit illud nouum. Et istæ sunt formæ specierum ex magda, ut stet super ea qui ea ignorat. Fiant ex ære proprie: & sint extremitates eorum cum hac eadem subtilitate triangulatę, & extremitas acuta. B

Aliar, * alcathea.

Formæ magda.








C

De cura Carnis natæ in naso. Caput XXIIII.

QVANDOQVE nascuntur in naso Carnes diuersæ additæ, ex quibus est aliquid quod assimilatur scorpioni multorum pedum: et ex ea est caro cancerosa, lapidea, fusci coloris: et ex ea est quæ est caro lenis, non fusci coloris. In ea ergo quæ ex istis carnibus est lenis, non fraudulenta, neq; cancerosa, oportet ut facias sedere infirmum inter manus tuas oppositum soli, & aperi nares eius, et proijce uncinum in illas carnes: deinde trahe eas ad exteriora, & incide quod comprehendisti ex eis cum spatumili subtili acuto a parte una, donec scias quod caro tota iam ablata est. Quod si remaneret aliquid ex ea cuius abscisio non est possibilis: tunc rade illud cum uno instrumẽtorum subtilium cum facilitate, donec non remaneat ex eo aliquid. Si autẽ sanguis tibi dominatur, aut accidat apostema calidum: tunc oppone ei per id quod oportet: aut est ex apostematibus malignis, tunc propera cauterizando eum, donec abscindatur sanguis, et auferantur omnes carnes. Deinde proijciatur in nasum post incisionem acetum, & aqua, aut uinum. Si autem aperitur nasus, et procedat ex eo humiditas usque ad palatum, tunc scias quia iam sanus est. Si uero non penetrat humiditas, secundum quod oportet, tunc scias quod intra ipsum est caro nata in superioribus ossibus naris, ad quę non peruenit cum incisione instrumentum.

D Tunc ergo oportet, ut intromittas filum lini cui sit quædam grossitudo, & noda in eo nodos multos: et pone inter omnem nodum quantitatem digiti, aut minus: et ingeniet infirmus, ut mittat extremitatem unam fili in nasum cum radio, aut cum quo possibile est ei postquam fecerit ipsum simile azer: & trahat odoratum suum, donec perueniat usq; ad caassum, et egrediatur super guttur suum. Et multotiens quidem faciunt simile huic Attomi pueri in scholis: & est res facilis ei, qui uult. Deinde pone duas extremitates fili, extremitatem unam quæ egreditur super nasum, & alteram quæ remansit in naso. Deinde administra serraturam carnis cum nodis qui sunt in filo. Fac illud donec scias quod carnes iam sunt cum nodis fili. Deinde extrahe filum: & pone in nasum post absterſionem sanguinis licinium quod imbibisti in unguento ægyptio: fac illud tribus diebus, aut plus, donec unguẽtum corrodat totum quod remansit ex carnibus. Deinde pone in fine rei in nasum cannulam de plumbo, diebus aliquot, donec sanetur. Si autem indiget curatione quæ exiccet, utere illa. Ad caputpurgium faciendum, cum quo distillantur olea, & aliæ medicinæ in nasum, fac illud ex argento, aut ære: quod sit simile lampadi paruæ, apertũ sicut conchula: & meatus eius similiter. Et si uis fac cannulã clausam, sicut canna. Et conchula instrumenti ad caputpurgium faciendum, sit plena, detecta: cui sit manubrium in postremo eius, cum quo teneas ipsam, quando calefacis in ea oleum, aut

quod uis ex ſuccis,& rebus fluxibilibus.Et hæc eſt forma inſtrumenti. A



De cura Thelul naſi. Caput XXV.

MVLTOTIENS naſcitur in extremitate naſi Thelul, & magnificatur,& augmentatur cũ diebus,donec fœdus fit aſpectus eius. Et propter illud oportet, ut incidas illud in principio apparitionis eius, & eradices totum eius.Deinde pone ſuper locum, aut cauteriũ, aut medicinam comburentem quæ ſtat loco eius.Si ergo tardatur inciſio eius, donec magnificetur,tunc conſidera,ſi eſt lapideum, durum, fuſci coloris, pauci ſenſus:tunc non tangas ipſum cum ferro:quoniã apoſtema eſt cancroſum.Multotiens enim uidi,qui incidit hmõi apoſtema, & accidit ex eo malicia magna ſuper illum qui ipſum habebat.Et ſi apoſtema eſt lenis tactus, non fuſci coloris, & uides quod inciſio poſſibilis eſt in toto eius, tunc euacua infirmum, & incide ipſum ſine timore, abſque pauore: & cura locum cum eo quod exiccat & conſtringit, donec ſanetur. B

Segna apoſtematis cancroſi.

De ſutura naſi,& labij,& auris. Caput XXVI.

SCIAS QVIA quando accidit ſolutio continuitatis in una harum cartilaginum, parum confert in ea operatio, niſi in quibuſdam hominibus. Oportet ergo quando accidit alicui aliquid ex illo,ut conſideres, ſi eſt uulnus recens cum ſanguine ſuo: & tunc aggrega duolabia uulneris cum ſutura:deinde cura ipſum,donec ſanetur. Et ſi ſolutionis continuitatis labia iam ſeparata ſunt,& facta eſt unaquæq; pars ſana:tunc oportet ut excories omnem partem a cute ſua apparente,donec ſanguinetur.Deinde aggrega duo labia cum ſutura,et ſtringe ea, & pulueriza ſuper ipſum ſanguinem draconis,& olibanum trita: & pone ſupra pulueres fruſtum emplaſtri diaſinicon,& alicuius alterius ex emplaſtris cõſolidatiuis: & dimitte ipſum ligatum duobus diebus,aut tribus. deinde ſolue ipſum,et permuta medicinam:et dimitte ipſum,donec abſcindantur fila per ſe. deinde cura ipſum cum unguento, donec ſanetur. Modus autem ſuturæ eſt,ut aggreges ſolutionem continuitatis,aut cum

C acubus, ſicut narrauimus in ſutura uentris: aut aggrega ſolutionem cum filo, ſicut feci te ſcire.

¶ De extractione nodorum labiorum. Caput XXVII.

MVLTIS QVIDEM hominibus accidunt plerumque in interioribus labiorum ſuorum apoſtemata dura ſimilia granis herbi: & quædam eorum minora, et maiora. Ergo oportet ut conuertas labium, & findas ſuper omnem nodum eius, & ſuſpendas ipſum cum uncino, & incidas ipſum ab omni parte. Deinde impleas locum poſt inciſionem zegi trito, donec abſcindatur ſanguis. Deinde colluatur cum aceto, & curetur locus cum eo, in quo eſt ſtipticitas, uſquequo ſanentur uulnera.

¶ De inciſione carnis natæ ſuper gingiuam. Caput XXVIII.

MVLTOTIENS naſcitur ſuper gingiuam caro addiat, quam antiqui nominant abuluſs. Oportet ergo ut ſuſpendas eam cum uncino: aut teneas eam cum forcipibus, & incidas eam apud radicem ſuam, & dimittas ſaniem currere, aut ſanguinem. Deinde pone ſuper locum zegi tritum, aut alios pulueres ſtipticos, exiccatiuos. Quod ſi redit illa caro poſt curationem, nam multotiens redit, tunc incide eam ſecundo, & cauteriza ipſam: ipſa namque non redit poſt cauterium.


D

¶ De raſione Dentium cum ferro. Caput XXIX.

QVANDOQVE aggregantur in ſuperficiebus Dentium ab interiori & exteriori parte, et inter gingiuas cortices aſperi, turpes, & quandoque denigrantur, & citrini fiunt, et uirides, donec peruenit ex illo corruptio ad gingiuam, et fœdi fiunt dentes per illud. Oportet ergo ut facias ſedere infirmum inter manus tuas, et caput eius in ſinu tuo, et rade molam & dentem, in quo apparent tibi cortices, & res ſimilis arenæ: donec non remaneat ex eis aliquid, & ſimiliter fac de nigredine, & uiriditate, et citrinitate, & alijs donec mundentur.

Si ergo auferatur quod in eis eſt a principio raſionis, bonum eſt: & ſi non, tunc itera ſuper eos raſionem die alio, ſecundo, & tertio, donec ad ultimum perueniat ſtudium in eo quod uis. Et ſcias, quod dens indiget raſorijs diuerſarum formarum, multarum figurarum: ſecundum quod præparatur operationi tuæ: propterea, quod raſorium quo raditur dens ab inferiori parte, eſt aliud a raſorio quo raditur inter dentes, ſecundum formas alias. Et iſtæ formæ raſoriorum ſint apud te præparatæ, quas uides.

A




Formæ rasoriorũ Dentiũ.

B

De extractione doloris Dentium. Caput XXX.

OPORTET ut cures Dentem a dolore suo cum omni ingenio, & tardes in eradicatiõe eius. Non est enim quod uicem eius suppleat quando eradicatur: quoniã est substantia sublimis: donec quando non est excusatio de eradicatione eius, tunc oportet quando cogitur infirmus eradicare ipsum, ut firmetur, et certificetur apud te dens dolens. Multotiens enim decipit infirmum dolor, & putat quia est in dente sano, & eradicat ipsum: deinde non recedit dolor, donec eradicetur dens infirmus. Nos enim iam uidimus illud ex operatione phlebotomatorũ. Cum ergo certificatur apud te dens dolẽs ipsemet, tunc oportet ut scarifices in circumitu dentis cum spatumili, in quo sit quiddam uirtutis, donec soluatur gingiua ab omni parte; deinde moue ipsum digitis tuis, aut


C cum forcipibus subtilibus in primis paulatim, donec concutias ipsum. Deinde loca tunc in eo forcipes magnos locatione bona, et caput infirmi inter genua tua: quod iam bene tenuisti, ita quod non moueatur: deinde trahe dentem secundũ rectitudinem, ut non frangas ipsum. Si ergo non egreditur, tunc accipe aliquod illorũ instrumentorum, et intromitte ipsum sub eo ab omni parte cum facilitate, & conare motionem eius, sicut fecisti in primis. Si aũt dens est perforatus, aut corrosus: tunc oportet ut impleas illud foramen panno: et stringas ipsum cum extremitate radij subtilis, ut non frangatur in hora constrictionis tuæ super ipsum cum forcipibus. Et oportet, ut exquisite agas cũ scarificatione in circumitu gingiuæ ab omni parte multũ. Et custodi fortitudinẽ tuam, ut non frangas ipsum, et remaneat pars eius, & redeat super infirmũ ex ea malicia quæ sit maior dolore eius primo. Et caue, ne facias illud quod ignorantes faciunt phlebotomatores in festinatione sua, et audacia ipsorum super eradicationem eius, præter quod administrent illud quod narrauimus. Multotiens enim faciunt euenire super homines infirmitates magnas, quarum difficiliores sunt ut frangantur, et remaneant radices eius omnes, aut quædam earum: aut ut extrahant ipsum cum quibusdam ossibus mandibulæ: sicut testificati sumus multotiens illud. Deinde colluatur post eradicationem eius cum uino, aut cum aceto & sale. Quod si accidat fluxus sanguinis ex locis (multotiens enim accidit) tunc tere
D aliquid ex zegi, & imple cum eo locum: & si non, cauteriza ipsum si non confert tibi zegi.




Formæ forcipum subtilium quibus mouetur dens in primis, sint longarum extremitatũ, breuis manubrij, grossi, ut non duplicentur quando cum eis premitur super dentem: sint sicut uides grossorum manubriorum, donec quando stringis cum eis, non dent seipsas, neque duplicentur: breuium extremitatum, & sint ex ferro indo, aut ex faled decenter facti, directarum extremitatum: & in eorum extremitatibus sint dentes, quorũ quidam ingrediantur in quosdam, et stringant constrictione decenti, forti. Et quandoq; fiunt extremitates sicut forma oris auis quæ nominatur ciconia, et sunt fortis constrictionis.

¶ De eradicatione Dentium, & extractiõe ossium mandibularum fractorum. Cap. XXXI.

QVANDO remanet apud eradicationem Dentis qui frangitur aliquid, tunc oportet ut ponas super locum cotum cum butyro die uno, aut duobus diebus, donec mollificetur locus: deinde intromitte ad ipsum algasti, aut forcipes: quorum extremitates assimilantur ori auis quæ nominatur ciconia. Forma autẽ hæc est forcipum.




Sint extremitates eorum factæ ſicut lima deintus: aut ſicut aliſkilfegi. Si ergo non obedit tibi ad exitum cum iſtis forcipibus, tunc oportet, ut caues ſuper radicem, & detegas carnem totam, et intromittas inſtrumentum quod nominatur Palanca parua, cuius forma eſt hæc. A




Sit breuis extremitatis, groſſæ parumper: et non ſit imbibitum, ut non frangatur. Si ergo egreditur radix per illud, eſt bonum: & ſi non, iuuare oportet cum iſtis inſtrumentis alijs quorum formæ ſunt iſtæ.


Forma primi triangulatę extremitatis, in qua eſt quædam groſſitudo.




Forma triangulatæ extremitatis ſubtilis.

 B

Etiam iuuatur cum hoc inſtrumento habente duos ramos, cuius hæc eſt forma.




Et cum alijs inſtrumentis & ferramentis quæ præceſſerunt in raſione dentium. Etiam ſit iuuamentum cum hoc inſtrumento quod aſſimilatur uncino magno, huius formæ,



triangulatę extremitatis tortæ, in qua eſt quiddam groſſitudinis, ut non frangatur: et ſit non imbibitũ. Et ſcias, quod inſtrumenta dentium ſunt multa: & ſimiliter reliqua inſtrumenta non computantur, et artifex prudens, ſubtilis in arte ſua inuenit per ſe ipſum inſtrumentum, ſecundum quod ſignificant ei operatio & ægritudines ipſæ. Quoniã ex ægritudinibus ſunt ad quas non dixerunt antiqui inſtrumentũ, propter diuerſitatem ſpecierũ earum. Si autẽ frangatur os ex mandibula, aut ex alijs oſſibus oris, aut putrefit: tunc perſcrutare ſuper ipſum in loco ſuo cum eo quod conuenit ei ex inſtrumentis & forcipibus quæ dixi in extractione radicum, & iuuare cum geſti, cuius forma eſt hæc.


C




Sit in eo quiddam grossitudinis paulatim, ut stringatur, uel teneat cum eo os, & non fugiat & uadat, donec egrediatur os: & restaura locū cum medicinis conuenientibus ad illud. Si autem in osse est putredo parua, tunc rade ipsum a putredine sua, et cura ipsum, donec sanetur.

¶ De serratura Dentium eminentium super alios. Caput XXXII.

QVANDO Dentes eminent non secundum cursum suum naturalem, fœda fit per illud forma: & præcipue quando accidit illud in mulieribus, et puellis, scilicet uenalibus. Oportet ergo ut consideres. Nam si dens est natus post dentem alium, & non locatur, uel est possibilis eius serratura, neq; limatura ipsius: tunc eradica ipsum: et si est annexus cum dente alio, tunc incide ipsum cum isto instrumento, cuius hæc est forma.



D Est simile rostro paruo, & fit ex ferro indo, acutæ extremitatis ualde. Et sit incisio tua qua ipsum incidis in diebus multis, & propter duriciem dentis, & ut non commoueatur alius ex dentibus. Si autem est eminens expositus limaturæ suæ: tunc lima ipsum cum lima ex indo, cuius forma est hæc.




Sit totum ex indo, & manubriū eius minutorū punctorum ualde, sicut lima cum qua fiunt acus: cum quo limetur dens paulatim in diebus multis cum facilitate, ut non cōmoueatur dens; et cadat: deinde leni ipsum, in fine rade ipsum cum quibusdam rasorijs. Quod si est dens, ex quo frangatur pars, et lędit linguam: tunc oportet ut limes eum etiam, donec auferatur asperitas illius fractionis, & æquetur: et applanetur, & non lædat linguam, neq; corrumpat sermonem.

¶ De retatione Dentium cum filis auri. Caput XXXIII.

QVANDO accidit Dentibus anterioribus concussio & commotio a percussione, aut casu: & non potest infirmus stringere super illud quod comedit ut non cadat: et curasti eos cum medicinis stipticis, & non ualuit curatio: tunc ingenium in eis est, ut stringantur cum filo auri: quoniam argentum fit uiride, et putrefit post dies; sed

aurum nunquam mutatur. Et ſit filum medium in ſubtilitate & groſſi= A
cie ſecundum quantitatem quod capiat inter Dentes. Et forma quidem retationis eſt, ut accipias filum, & intromittas duplũ eius inter duos dentes ſanos: deinde texeas cum duabus extremitatibus fili inter dentes motos, ſiue unus ſit, aut plures, donec peruenias cum tela uſq; ad dẽtem ſanum alterius partis. Deinde itera texturam uſq; ad partem a qua incępiſti: & ſtringe manũ tuam cum ſubtilitate & ſapientia, donec non remoueatur prorſus: et ſit conſtrictio tua qua ſtringis filum, apud radices dentiũ, ut non euadat. Deinde incide extremitates fili ſuperfluẽtes cum forficibus: et aggrega utrumq;, et conuerte eas cum geſti: et occulta ipſas inter dentem ſanum & dentem motũ, ut non lædat linguam: deinde dimittatur ita ſtrictũ dum remanet. Si autem ſoluitur, aut inciditur, ſtringe eos cum filo alio, et ſtabit cum eo taliter tẽpore toto. Et hæc eſt forma Dentiũ, et figura retationis duorum dentium ſanorum, & duorum dentium motorum, ſicut uides.



Et quandoq; fit, ut redeat dens unus, aut duo poſt caſum utriuſq; in locis ſuis, & retentur ſicut narrauimus, et remaneant: & non facit illud niſi artifex, prudens, et expertus. Et quãdoq; apta= B
tur aliquod ex oſſibus uaccinis: et fit ex eo ſicut forma dentis, & ponitur in loco, ex quo munitur dens & ſtringitur, ſicut diximus: et remanet, & ſeruitur cum eo tempore longo.

¶ De inciſione ligamenti quod accidit ſub lingua, & prohibet loquelam. Caput XXXIIII.

QVANDOQVE ligamentum hoc quod accidit ſub lingua, eſt aut naturale, cũ quo naſcitur homo, aut accidẽtale, a uulnere quod iam conſolidatum eſt. Et operatio in eo eſt, ut aperias os infirmi in capite eius in ſinu tuo, & eleua linguam eius: deinde incide illud ligamentum neruoſum per latitudinem, donec ſoluatur lingua a retentione ſua. Quod ſi in eo fuerit quiddam duriciei & nodationis, & fuerit illud ex conſolidatiõe uulneris: tunc proijce in illud uncinum, & finde illud per latitudinem, donec incidas ligamẽtum, et ſoluatur nodatio. Et caue, ne ſit fiſſura in profundo carnis, et incidas arteriam illic, et accidat fluxus ſanguinis. Deinde colluatur in ueſtigio inciſionis cum aqua roſata, aut cum aceto, aut aqua frigida. Deinde pone ſub lingua licinium ex lino, quod teneat infirmus in omni nocte: ut non conſolidetur ſecundo. Si autem accidat fluxus ſanguinis, tunc pone ſuper locum zegi tritum. Si uero uincit te ſanguis, tunc cauteriza locum cum cauterio lentiginoſo, quod conuenit ad illud: deinde cura ipſum cum reliqua curatione, donec ſanetur.

C

¶ De extractione Ranulæ quæ fit sub lingua. Caput XXXV.

Ranulæ.

QVANDOQVE accidit sub lingua apostema quod assimilatur Ranæ paruæ, prohibens linguam ab operatione sua naturali: & fortasse magnificat adeo, donec implet os. Et operatio in eo est, ut aperias os infirmi coram sole: & considera apostema. Si ergo uides ipsum fusci coloris, aut nigri, durum, cui non inuenit infirmus sensum: tunc non tangas ipsum, quoniam est cancer. Et si est decliue ad albedinem, in quo est humiditas, tunc proijce in ipsum uncinum, & incide ipsum cum spatumili subtili, & libera ipsum ab omni parte.

Indicia Cancri.

Quod si uincit te sanguis in hora tuæ operationis, tunc pone super ipsum zegi tritum, donec abscindatur sanguis: deinde redi ad operationem tuam, donec extrahas ipsum cum complemento eius. Deinde colluatur cum aceto & sale: & cura ipsum reliqua curatione cõueniente ad illud, donec sanetur.


¶ De curatione apostematis duarum Amigdalarum. Caput XXXVI.

Glandulæ.

QVANDOQVE accidunt inter guttur godad, id est, glandulæ, quæ similantur algodad, quæ accidunt deforis: & nominantur duæ Amigdalæ: quas quando curas cum eo quod diximus in diuisione, et non sanantur, tunc considera. Si ergo est apostema durum, fusci coloris, pauci sensus: tunc non tangas ipsum cum ferro. Et si est rubei coloris, et radix eius est grossa: tunc non tangas ipsum etiam cum ferro, timens fluxum sanguinis, imo dimitte ipsum, donec maturetur. Et tunc aut perforabis ipsum: aut rumpetur per se. Et si est albi coloris, rotundum, & est radix eius subtilis: tunc oportet ipsum incidi. Et operatio in ipso est, ut consideres ante operationem suã, si quieuit apostema eius calidum quiete completum, aut imminuitur quadam diminutione: tunc ergo fac sedere infirmũ coram sole, & caput eius sit in sinu tuo: & aperi os eius, et accipiat seruiens inter manus suas, & premat linguam eius inferius cum instrumento,

D


cuius hæc est forma,




Fiat ex argento, aut ære, quod sit subtile sicut cultellus. Cum ergo premis cum eo linguam, & ostenditur tibi apostema, et cadit super ipsum uisus tuus: tunc accipe uncinum, & fige ipsum in amigdalam, et extrahe eam ad exteriora quantum potes, præter quod trahas cum ea aliquid ex tunicis. deinde incide eam cum instrumento,

cuius hæc est forma quæ sequitur.

A



Assimilatur forficibus: uerumtamen extremitates eius sint curuatæ, ita quod orificium cuiusq; earum est in directo alterius acute: unde cura ut sit ex ferro indo, aut alfuled imbibitum. Si autem non est presens hoc instrumentum, tunc incide ipsum cum spatumili, cuius hæc est forma,



Sit acutum a parte una, non acutum a parte altera. Et postquam incidis amigdalam unam, incide alteram secundum hanc eandem speciem incisionis. Deinde post incisionem gargarizet infirmus cum aqua frigida, aut cum aceto & aqua. Si autem accidat ei fluxus sanguinis, gargarizet cum aqua in qua bulliti sunt cortices granatorum: aut folia myrti, & similia illis ex stipticis, donec abscindatur fluxus sanguinis: deinde cura ipsum, donec sanetur. Et quandoq; nascuntur in gutture apostemata alia, præter amigdalas duas. Incide ergo ea secundum quod dixi in incisione duarum amigdalarum æqualiter. Et ego quidem iam medicatus fui mulierem ex apostemate, quod natum erat inter guttur eius, quod trahebat ad fuscedinem, pauci sensus, quod iam fere clauserat guttur: & mulier respirabat a meatu stricto, et iam prohibuerat ei comestionem, et potum aquæ: & iam peruenerat ad mortem, si remansisset uno die, aut duobus diebus. Et apostema tantum ascenderat, quod emiserat duos ramos, donec exierant super duo foramina nasi. Properaui ergo festinanter, et fixi in unum eorum uncinum. Deinde traxi ipsum, & tracta ex eo est portio magna. Deinde abscidi eam, ubi comprehendi ex foramine nasi. Deinde feci illud ei quod processit ex foramine nasi altero. Deinde aperui os eius, & pressi linguam eius: et postea fixi uncinum in ipsum apostema: deinde abscidi ex eo partem eius, et non cucurrit ex eo nisi sanguis paucus: absolutum est ergo guttur mulieris, & incæpit statim bibere aquam, deinde accæpit ex cibo. Non ergo cessaui incidere ex illo apostemate multotiens tempore longo: & apostema succedebat loco eius quod incidebam, donec prolongatum est nimis & cum ea illud. Ingeniaui ergo, & cauterizaui apostema inter guttur. Stetit ergo ab additione: deinde ambulaui a parte, & non sciui quid fecit DEVS cum ea post me.

Aduersus fluxũ sanguinis.


Experimentũ Autoris.

B

¶ De incisione apostematis uuulæ. Cap. XXXVII.


QVANDO descendit catarrus ad uuulam, & apostematur, & est longa: tunc ipsa nominatur perpendicularis: et si est in in-

C feriori parte grossa, rotunda, tunc ipsa nominatur uua. Quando curatur cum eo quod diximus in diuisione, & non cõfert curatio: et uides quod apostema calidum quieuit ab ea, & est subtilis: tunc oportet ut incidas eam. Et quæ ex ea est aggregata rotunda, & non est ei longitudo, et est sanguinea, aut fusci coloris, aut nigri, et non est ei sensus: tunc oportet ut deuites incisionem eius. In ea enim est timor super infirmum. Oportet ergo quando uides eam secundum modum quem dixi ex albedine, & longitudine sua, ut facias sedere infirmum coram sole: & premas linguam eius cum instrumento, cuius præcessit narratio: deinde fige uncinum in uuam, & trahe eam inferius: et incide eam cum uno duorum instrumentorum quæ dixi in incisione duarum amigdalarum. Et oportet ut non incidas ex ea, nisi illud quod additur super naturalem terminum sine additione. nam si tu incidis ex ea plus, lædes uocem & sermonem. Deinde post incisionẽ utere eo quod narrauimus in incisione duarum amigdalarum: & cura eam, donec sanetur. Si autem terretur infirmus ab incisione: tũc oportet ut utaris ingenio in cauterizatione eius absq; timore & pauore. Et modus cauterij in ea non est, nisi cum aqua acuta: et est, ut ponas caput infirmi in sinu tuo. Deinde preme linguam eius cum instrumento quod diximus. Deinde accipe ex aqua quam dixi tibi in capitulo cauterizandi, & confice cum ea calcem non extinctã, D & pone eam non spissam, neque subtilem, et imple ex ea concauitatem huius instrumenti, cuius hæc est forma.



Sit extremitati eius in qua ponitur medicina concauitas, sicut concauitas cochlearis radij. & pone instrumẽtum cum medicina super uuulam ipsam: et infirmus sit iacens super latus suum, ut currat saliua ex ore eius ex intrinseca medicina, ut non descendat ex ea ad guttur ipsius aliquid, & lædat ipsum. Deinde tene manum tuam cum medicina. Et tu exprimas eam super uuulam quantitate medietatis horæ, donec uideas eam iam denigratam, et sedatam mordicationem medicinæ. Et si uis ut accipias cotum, & inuoluas ipsum super extremitatẽ radij, et infundas cotum cum medicina, & intromittas radium cum coto in cannulam desuper, donec adhæreat cotum super uuulam. Fac illud multotiens, donec consequaris quod uis de cauterizatione uuæ. Deinde dimitte eam: ipsa namq; arescit & cadit post tres dies, aut quatuor. Quod si indiges ut iteres medicinam, itera ipsam: et post cauterizationem absterge in


circumitu uuę cum coto imbibito in butyro, & mundifica cum eo quod A
est in circumitu eius ex medicina: & colluatur cum aqua frigida. Et cu-
retur extrinsecus cum embrocis, & deintus cum gargarismis, donec sa-
net. Hęc ergo species curationis est salubrior incisione & longinquior a
timore. Et quandoq; curatur uuula etiam cum eo quod est subtilius
quam cauterium & incisio: curatur enim cum suffumigatione, secūdum
hunc modum. Sume calamentum, & hyssopum, et origanum, & ru-
tam, & sseah, et chamomillam, et abrotanum, & similia eis ex herbis: & *
aggrega ea omnia, aut quædam eorum in olla, & submergantur cum a-
ceto, & bulliant: et olla sit lutata cum luto decēter: & sit in medio ollę fo-
ramen, super quod componatur instrumentū conca-
uum secundum hunc modum.



Fiat ex argēto, aut ære: et intromittatur extremitas, in qua est granatum,
in os infirmi, donec ascendat uapor ad uuulam super cannulam, donec
obscuretur uuula multum. deinde itera super ipsam multotiens, donec
arescat. Et caue, ne facias hanc curationem in principio aduentus aposte
matis. Plærūq; enim addit in apostemate: & non oportet ut facias illud
nisi apud declinationem apostematis eius calidi. Si autem non est præ- B
sens tibi hoc instrumentū, tunc accipe cānam, et compone in extremita-
te eius corticē oui: ut nō comburatur os infirmi: quoniā cortex oui pro-
hibet uaporem comburere os: & hæc est ex bona curatione cum salute.

De extractione spinarum, & ossium de gula. Caput XXXVIII.


MVLTOTIENS adhæret in gutture os, aut spina piscis,
aut aliud. Oportet ergo ut extrahas quod ex eis est apparēs super quod
cadit uisus, postquā premis linguā cum instrumento apud solem, & de-
claratur tibi quod est in gutture. Et quod non apparet tibi & occultatur
in gutture, oportet ut facias uomere infirmū antequā digeratur cibus in
stomacho. Fortasse enī egredietur res annexa per uomitū. Aut deglutiat
infirmus frustū napi, aut radicē lactucæ, aut deglutiat buccellā panis sicci:
aut accipiat frustum spongię marinæ siccæ lenis: et liga ipsum in filo, de-
inde deglutiat ipsum. Cum ergo peruenit ad locum ubi sunt spinæ, aut
os, et extrahitur, tunc egreditur. Si ergo non egreditur cum eo quod di-
ximus: tunc utere instrumento ex plumbo secundū hanc formam.



C Sit grossius quam Radius parumper, & in extremitate eius sit curuitas, quam intromittat in guttur suum cum facilitate: & ipse habeat caput suum eleuatum sursum. Et caueat a tactu suæ epiglotis, ut non accidat ei tussis, & impellat cum eo os, aut spinam, aut intromittat ipsum medicus manu sua. Verum quod infirmus intromittat, hoc est melius: propter scientiam suam de loco rei annexæ: & impellat inferius, aut trahat manum suam cum instrumento sursum, totum illud secūdum quantitatem quæ præparatur ei, donec egrediatur.

De extractione Sanguisugæ. Caput XXXIX.

QVANDO medicatur sanguisuga cum eo quod dixi in diuisione ex curatione cum medicinis, & non confert, tunc considera in gutture infirmi coram sole, siue apud solem postquā premis linguam eius cum instrumento quod narraui tibi. Si ergo cadit uisus tuus super sanguisugam, extrahe eam cū uncino paruo, aut cum gesti subtilibus decenter. Quod si non est possibile cum eis: tunc accipe cannulam concauam, & intromitte eam in guttur infirmi usque prope guttur: deinde intromitte in concauitatem cannulæ ferrum ignitū cum igne. Fac illud multotiens: et abstineat infirmus ab aqua tota die. Deinde accipiat uitreatam plenam aqua frigida, et aperiat os eius in ea: et colluat os suum cum ea, & non deglutiat ex ea aliquid: et moueat aquam una hora post aliam cum manu sua. sanguisuga enim ilico cum sentit aquam cadit. D Si autem non egreditur cum eo quod narrauimus, tunc suffumiga infirmum cum cimicibus, aut cum asa cum instrumēto quod narraui in suffumigatione uuulæ. Fac illud multotiens, quoniam ipsa cadet. Et modus operationis in suffumigatione est, ut accipias ollam, in qua sint prunę uiuæ cum igne: & olla sit cooperta cum coopertorio, in cuius medio sit foramen: & componatur in illo foramine extremitas instrumenti. deinde proijce suffumigationem, & ponat infirmus os suum in extremitate cannulæ, & claudat os suum, ut non egrediatur suffumigatio, donec scias quod suffumigatio iam peruenit ad sanguisugam. nam sanguisuga statim cadet. Quod si non cadit, tunc itera suffumigationem multotiens. Et toleret infirmus sitim, & comedat salsa, & allia, & non bibat aquam. Necesse est ergo ut egrediatur cum hoc regimine. Et hæc est forma instrumenti cum quo extrahitur sanguisuga ex gutture,



quando cadit super ipſam uiſus. Eſt ſimile forcipibus, ſicut uides: niſi A
quia eſt ei hæc curuitas quæ intromittitur ad guttur. Et extremitas eius ſimilis ori auis quę nominatur ciconia, in quo eſt aſperitas limæ: quando comprehendit aliquid, non dimittit ipſum omnino.

¶ De apertione Apoſtematum, & eorum ſectione, & cura in genere. Caput XL.

APOSTEMATVM ſpecies ſunt multæ, multorum modorum, ſecundum quod uenit rememoratio eorum, ſcilicet unius, et unius in hoc libro: & ſunt diuerſæ in perforatione eorum, et ſectione ipſorum ex duobus modis. Quorum unus eſt ex ſpecie apoſtematis in ſeipſo, & eo quod comprehendit ex humiditatibus. Et modus ſecundus eſt propter loca, in quibus accidit ex corpore. quoniam apoſtema accidens in capite, eſt aliud ab apoſtemate accidente in ano: et apoſtema accidens in loco carnoſo, eſt aliud ab apoſtemate accidente in iuncturis: & unicuiq; eorum eſt iudicium ſuum ex operatione. Et ex apoſtematibus ſunt quæ non oportet ut perforentur, niſi poſt maturationem ſaniei in eis, & complementū eius: et ex eis ſunt, quæ oportet ut perforentur, dum ſunt cruda, & non maturantur ſecūdum complementum. ſicut apoſtemata quæ ſunt propinqua iuncturis. Quoniam apoſtema quando accidit prope iuncturam, et prolongatur eſſe eius, donec putrefit quod eſt in circumitu eius, fortaſſe corrūpuntur ligamenta, aut nerui illius iuncturæ: quare eſt cauſſa propior contractionis illius membri. Aut eſt apoſtema apud B membrum principale: quoniam ſi tu tardas perforationem eius, donec maturetur, nocebit uel illi, uel per illud membro principali. Aut eſt prope anum. perfora ergo ipſum immaturum: & non oportet, ut perfores, apoſtema crudum, non completæ digeſtionis, niſi quod eſt prope anū, ut non putrefiat profundum, & longetur ad interiora ani, et fiat fiſtula, aut fiat in termino eius quod non ſanatur. Oportet ut ſcias horā perforationis apoſtematis, quod maturatum eſt ſecundum complementū: & eſt apud ſedationem doloris, receſſionem febris, et diminutionē rubedinis, et pulſationis, & acuitatem capitis apoſtematis: et reliqua ſigna. Et oportet, ut facias eandem perforationem in inferiori loco apoſtematis, & uehementioris eminentiæ: et ſit perforatio uadens in longitudine corporis, ſi apoſtemata ſunt in partibus manuum & pedum, & locis lacertorum, & chordarū, et neruorum, & arteriarū, et ad ultimū in omnibus locis æqualibus, quibus non eſt reflexio. In illis autem quæ reflectuntur, uade cum perforatione ſecundum illud membrum. Quando uero apoſtema eſt in locis carnoſis: tunc melius eſt ut dimittas perforationem eius, donec confirmetur eius digeſtio, ſicut diximus ſecundum complementum. Quoniam ſi tu perforas ipſum ante illud, prolongatur curſus uirus ex eo, & eſt multæ ſordis & ſordiciei, & fortaſſe indu-

Modus ſectionis Apoſtematū duplex.

Apoſtematū uariatio.

Signa Apoſtematis maturi.

q 2

C rantur labia eius, & profunditas eius. Et quędam apostemata perforantur secundum latitudinem corporis apud necessitatem: aut secũdum illud quo indiget membrum. Et oportet, ut administres in apostematibus paruis perforationẽ paruam, et in apostematibus magnis perforationẽ amplam: aut sectiones multas per similitudinẽ magnitudinis apostematis. Et sunt ex apostematibus, in quibus oportet ut concauetur cutis: et incidatur quando iam facta est sicut pannus, & facta est in termino, quod iam mortua est: sicut illud quod accidit in multis, ut dubelet, & bubonibus. Et ex eis sunt quæ secantur sectione habente tres angulos. Et ex eis est, ex quo inciditur sicut figura folij myrti. sicut apostema inguinum. Et ex eis sunt in quibus administratur sectio rotunda, & sectio lunaris: & similes eis ex sectionibus. Illud uero cui non est caput, sicut sunt apostemata lenia superficialia, oportet ut perfores ipsum perforatione superficiali, uel plana tantum.

Cautela. Et oportet, quando apostema est grossum, & iam collegit saniem multã, et perforas ipsum, ut non properes & extrahas pus totum in illa hora: imo extrahe ex ipso partem eius. Deinde opila apostema usque ad diem alium. Deinde extrahe quiddam ex pus iterum. Fac illud multotiens secundum gradationem, donec egrediatur: præcipue si infirmus est debilis uirtutis, aut mulier prægnans, aut puer paruus, aut senex decrepitus: spiritus enim animalis ab animali multotiens resoluitur cum egressione saniei: & fortasse moritur infirmus, & tu non percipis. Caue ergo hoc capitulum cautela

D magna. Et post perforationem tuam, qua ista perforas apostemata, oportet ut abstergas uulnus: & considera. Si ergo est uulnus apostematis paruum, aut est sectio plana, tunc administra licinia ex lino, aut coto antiquo. Et si est apostema magnum, & fissuræ perforationis multæ sunt, oportet tunc ut intromittas in omnem fissuram licinium, donec perueniant adinuicem. Et si in apostemate abscidisti partem cutis, aut in circumitu concauasti eam: tunc oportet ut impleas eam coto ueteri, aut sicut quando texitur pannus, aut raditur lanugine lini absque humiditate: & stringe ipsum usque ad tertium diem. Deinde projce ipsum, & cura illud cum eo quod oportet ex unguento, donec sanetur.

Contra fluxũ sanguinis. Si autem accidat fluxus sanguinis in hora tuæ operationis, tunc administra aquam frigidam, & acetum, postquam imbibitur in eis pannus: et ponis ipsum super locum fluxus sanguinis multotiens. Si autem perseuerat fluxus sanguinis, tunc oportet ut administres regimen, & curationem, & pulueres, quæ narraui in locis multis huius nostri libri, & ex diuisione. Si autem est in tempore hyemis, et locus apostematis est multorum neruorum: tunc oportet ut infundas puluillos cum uino, & oleo calidis: & ponas eos super loca. Et si fuerit in æstate, & loca sunt carnosa: tunc oportet ut ponas puluillos imbibitos in aqua, & oleo, aut cum uino & oleo, & totum illud frigidum. Donec

quando erit dies tertius, ſicut diximus, tunc oportet ut ſoluas apoſtema, & abſtergas ipſum, & adminiſtres in curatione eius quod ei conuenit, donec ſanetur. Hoc eſt ergo quod neceſſarium eſt ex cognitione curationis apoſtematum uniuerſaliter. Secundum ſemitam uero diſtinctionis, iam dixi de omni apoſtemate, qualiter eſt uia ad curationem eius capitulatim ſingulariter. A

¶ De ſectione apoſtematum quæ accidunt in cute capitis. Caput XLI.

ACCIDVNT in cute capitis apoſtemata parua, & ſunt ex ſpeciebus Nodorum, quos cõtinent tunicæ, quę ſunt eis ſacci: quaſi ipſa ſint hauſolati gallinę. Et ipſorũ ſpecies ſunt multæ. Ex eis ſunt pingues: & ex eis ſunt quæ continent humiditatẽ ſimilem limo: et ex eis quæ continent humiditatem ſimilem friſatis & pultibus: et eis ſimilibus, et ex eis ſunt, quæ ſunt lapidea dura. Et in ſectione omniũ, & ipſorum extractione non eſt timor, dum apud ipſorum ſectionẽ non facit contrarietatem arteria. Et operatio in ſectione eorũ eſt, ut experiaris ea cum inſtrumento, cuius forma uenit poſt hæc, quod nominatur Intromiſſum, donec ſcias quid contineat. Nam ſi eſt illud quod continet humiditas, tunc ſeca ipſum ſectione ſecundum longitudinem ſectione ſuperficiali: ſecũdum hanc formã. Et incipe cum ſectione ex linea b. ad lineam, g. Cum ergo euacuatur humiditas, tunc excoria kiſtin quæ continet illam humiditatẽ, & non dimittas ex ea aliquid penitus. Multotiens enim redit, ſi remanet ex ea aliquid. Deinde ſubmerge cotum in unguento ægyptio, ſi eſt præſens: & ſi non, in aqua & ſale: & imple cum eo uulnus, et dimitte ipſum uſque ad diem alium. Ipſum enim corrodet quod remanſit ex kiſti. Deinde itera ſuper ipſum cotum cum ægyptio ſecundo, & tertio, & ſi indiges illo, donec confidas quia non remanſerit ex kiſti aliquid. tunc em̃ cura uulnus cum unguento, donec ſanetur. B



Quod ſi apoſtema continet nodum pinguem: tunc ſeca ipſum ſecundum hanc formam, ſectione habente formam crucis: & proijce uncinos inter duo labia ſectionis, & excoria ipſum ab omni parte: & conare uirtutem tuam in extractione tunicæ quæ continet ipſum. Si autem contrarietatem facit tibi arteria, tunc fac illud quod narrabo tibi poſt. Et ſimiliter fac in apoſtemate, ſi eſt lapideum, ex ſectione, & curatione eadem, ſecundum quod diximus. Et ſectio ſuper apoſtema lapideum eſt facilior: quoniam eſt pauci ſanguinis



C & humiditatis. Et quandoq; sunt quædam horum apostematum quæ sunt in capite in quibusdam hominibus, cum quibus penitus nõ est humiditas. Quod est: quia ego secui super apostema in capite mulieris uetulæ, & inueni apostema sicut lapis solidus & durus, asper, albus, qui non poterat frangi: & si percuteretur cum eo aliquis proijciendo, uulneraret ipsum. In alijs uero apostematibus accidentibus in capite, præter hæc scilicet apostemata quæ accidunt in capitibus puerorum, & apud radices aurium, sectio eorum omnium sit sectio superficialis. Vel pone perforationem eorum semper ab inferiori parte eorum, ut alleuietur cursus saniei ad inferiora. Deinde cura ea cum eo quod conuenit eis ex curatione.

¶ De sectione Strophularum in collo. Caput XLII.

MVLTOTIENS accidunt ista apostemata in collo, & sub assellis, & inguinibus: et quandoq; accidunt in reliquo corpore. Et super illa quæ ex eis accidunt in collo, sunt unum, et multa: & generantur ab inuicem: & omnis Strophula ex eis est intra tunicam propriam ei, sicut est in nodis & apostematibus capitis, sicut narrauimus. Et species harum Strophularũ sunt multæ. Et ex eis enim sunt lapideæ: & ex eis sunt quæ continent humiditates: et ex eis sunt malignæ, quę non obediunt curationi. In illa ergo quam ex eis uides bonæ dispositionis in ta-
D ctu, cuius manifestũ est propinquũ colori cutis, & mouetur ad omnem partem, & nõ est annexa cum neruis colli, neq; cum guidegi, neq; cum arteria, neq; est profunda: oportet ut seces eam sectione superficiali a superiori parte ad inferiorem partem corporis ex linea, b. ad lineam, g. & excoria eam ab omni parte: & extende duo labia cutis cum uncino, aut cum uncinis multis, si indiges illo, sicut diximus in apostematibus capitis, & extrahe eam paulatim. Et est super cautelam, ut non incidatur uena, aut neruus. Et sit spatumile non acutum ualde: ut non addat tibi manum tuam cum incisione, aut inquietet infirmum, & incidas quod non est necesse. Si autem incidis uenam, aut arteriam, aut prohibet te ab operatione, tunc pone in uulnus zegi tritum, aut quosdam pulueres qui abscindũt sanguinem, & stringe uulnus, & dimitte ipsum, donec quiescat acuitas apostematis, & mollificetur uulnus: uel incipit & uult putrefieri. nam sanguis abscinditur tunc. Redi ergo ad operationem tuam, donec compleas. Deinde inquire digito tuo indice, si remansit aliquid ex Strophulis alijs paruis: ergo incide eas, & munda eas. Quod si est in radice Strophulæ uena magna: tunc oportet ut non incidas illam Strophulam ex radice sua: imo oportet ut liges eam cum filo duplato forti, et dimittas eam donec cadat per se absque nocumento. Deinde imple uulnus coto ueteri, quod iam submersisti in unguẽto ægyptio. Deinde cu-

b | g

Verissimũ est ad Strofulas, & ad alia apostemata, siue hemigraneã, seu alium anti quũ morbum existentẽ a collo supius ali-

A

ra ipsum. Si inciditur Strophula tota, tūc oportet ut aggreges labia duo uulneris: & suas ipsum statim, postquam uides quia prorsus non remansit superfluitas. Si autem uides quod remansit superfluitas propter magnitudinem Strophulæ, tunc oportet ut intendas ad incidendam radicem eius, & extrahendam eam: & administra suturam quam diximus. Et quæ ex Strophulis continet humiditates, perfora illam perforatione superficiali: ut appareat tibi locus maturitatis eius: & pone perforationem ab eo quod sequitur inferius corporis, sicut diximus. Deinde administra post perforationem licinia cum unguento, & similia eis, ut corrodat quod remansit ex corruptione, donec quando uides uulnus iam mundatum esse: tunc cura ipsum cum unguento generatiuo carnis, donec sanetur.

cubi districtū, quod patiens purgeī cū pillulis de aloe, & masticis: tā diu, successiue tū, quousq; incurrat patiens disynteriam. Postea succurre disynteriæ: & liberaliter: & illud facies cū licinio Galeni, semis apij, et opij thebaici ana omniū, tere & cribella, & cō fice cum melle Carobiarū: q̊d sic fit. Accipe Carobias pingues, et incide eas minutim, & pone i.v.lib.aquę: & fac bullire quousque tibi uisum fuerit: & cola, & liquorem illum pista ad lentū ignem, donec ad spissitudinem mellis redigatur.

¶ De sectione Epiglotis ab apostemate intra guttur accidente. Caput XLIII.

DIXERVNT antiqui hanc sectionem in Epigloti, et non uidi aliquem in terra nostra, qui eam fecerit: & hæc est scriptura sermonis eorum. In habentibus autē synanchiam, oportet ut deuitetur sectio Epiglotis: cum non fiat iuuamentū per illud: propterea, quod omnes uenæ & pulmo sunt infirmi. In illis uero qui habent apostema calidū in ore, aut gutture, aut duabus amigdalis, quando non est ęgritudo in cannali, oportet uti sectione Epiglotis, ad fugiendū ex perditione quę fit ex pręfocatione. Oportet ergo quando uolumus illud, ut secemus Epiglotim sub tribus circulis Epiglotis, aut quatuor, sectione parua per latitudinē, in eo quod est inter duos circulos per quantitatē, quod sit sectio in sifac, non in cartilagine: & iste quidem locus est conueniens sectioni, quoniam est priuatus carne, et uasa sanguinis ab eo sunt longinqua. Quod si medicator est timidus, tunc oportet ut extendat cutem gutturis cū uncino. Deinde findat cutem, donec quando peruenit ad cannalem: deuitet uas sanguinis, si uidet ex eis aliquid. Deinde secet sifac quod narrauimus: & significatur super sectionem cannalis ex phlegmate quod egreditur ex ea, cum eo quod dirūpitur, et abscisione uocis. Et dimitte uulnus apertum tempore aliquo. Cum ergo remouetur hora in qua timetur præfocatio, aggrega duo labia uulneris cutis, et sue ipsam solam absque cartilagine. Deinde administra medicinas quæ faciunt nasci carnē, usquequo sanetur. Inquit Albucasis. Summa huius sermonis quem narrauimus, expositio non est, nisi quando uident, quod aliquod horum apostematum iam opilauit guttur infirmi: & sublimatus est infirmus super mortem, & uult interfecari anhelitus eius: uadunt ad secandum Epiglotim, ut respiret infirmus super locum uulneris quadam respiratione, & saluetur a morte: & propter hoc præceperunt dimittere uulnus apertum, donec consumatur malicia ægritudinis, & est malicia

B

C eius tribus diebus, et quasi ipsa: tunc ergo præceperunt suere uulnus, & curare ipsum, donec sanet. Et illud quod uidi per me ipsum est, quod una ancilla accæpit cultellum, & misit eum in guttur suū, et incidit cum eo partem cannalis pulmonis. Et uocatus sum ad curationem eius, et inueni eam mugire, sicut est mugitus mortui. Detexi ergo a uulnere, et inueni sanguinem qui egressus fuerat ex uulnere paruum. Confisus ergo sum, quod ipsa non absciderat uenam, neq; guidegi: & uentus egrediebatur ex uulnere. Properaui ergo, et sui uulnus, & curaui ipsum, donec sanum est: et non accidit ancillæ aliquid, nisi raucedo in uoce: & rediit post dies ad meliorem dispositionum suarum. Hinc ergo dico: quod in sectione Epiglotis non est timor.

Experimentū Autoris.

¶ De sectione Herniæ gutturis. Caput XLIIII.

HOC APOSTEMA nominatum Hernia gutturis, est apostema magnū, secundum colorem corporis: & est in mulieribus multum. Et est secundum duos modos: aut enim est naturale: aut est accidentale. In naturali certe non est ingenium. Accidentale uero est secundum duos modos: quorū unus est similis nodis pinguibus. Et modus alter, D est similis apostemati quod fit ex nodatiōe arteriæ. Et in ipso est timor, & non oportet ut præsumptio fiat ad ipsum cum ferro, nisi in eo quod est paruū: & tu proba ipsum, et inuestiga ipsum cū Intromisso. Si ergo inuenis ipsum simile nodo pingui, et non est suspensum cum aliqua uenarū: tunc seca ipsum, sicut secantur nodi: & extrahe ipsum cū eo quod continet ex kisti, si est in kisti: et si non, tunc perscrutare totū eius. Deinde cura locū cum eo quod oportet ex curatione, donec sanetur.

Hernia gutturis.


¶ De sectione super species Nodorum. Caput XLV.

NODORVM multæ sunt species, & ego iam dixi omnes species eorum in diuisione: et oportet ut narrem hic differētiam inter Nodum, & Exituram: cum sit dubitationem faciens. Dico ergo, quod cum Exitura est caliditas, et febris, & dolores uehementes, donec sedatur ebullitio superfluitatis, et completur putrefactio: tunc enim quiescunt febris & calor. Cum Nodo uero non est caliditas, neque febris, neque dolores, et continet eos kistis sifachin, qui est eis saccus proprius, & est secundum colorem corporis: & est incæptio eorum sicut cicer, & fit sicut batecha, & maior & minor. Et sunt secundum duas species: aut pingues: aut continent humiditatem. Et colores humiditatis sunt multi, secundum quod dixi in diuisione. Oportet ergo, quando peruenis ad curationem Nodi, ut experiaris eum, & inquiras ipsum in primis cum instrumento quod nominatur Intromissum, secundum quod ueniet forma eius in capitulo quod est post hoc. Et modus inquisitionis aposte-

Exitura.

Nodus.


matum, et Nodorum omnium eſt, ut accipias hoc inſtrumentum, et intromittas ipſum in humidiorem locum, quem inuenis in apoſtemate: & tu reuolue digitos tuos cum eo paulatim, donec ſcias quod inſtrumentũ iam penetrauit cutem. Deinde ultima manum tuam ſecundũ mẽſuram magnitudinis apoſtematis. Deinde extrahe Intromiſſum, et conſidera illud quod egredit̃ in ueſtigio eius. Si ergo egreditur humiditas currens, quicunq; color ſit: tunc ſeca ipſum ſectione ſuperficiali, ſecũdum quod dixi in reliquis apoſtematibus. Et ſi nõ egreditur humiditas in ueſtigio Intromiſſi, tunc ſcias quia eſt pinguis: ſeca ergo ſuper ipſum ſectiõe habente formã crucis, ſecundum formã hanc, ſicut A



docui te: & ſuſpende ipſum cum uncinis, & excoria cutem ab omni parte cum facilitate: & cuſtodi kiſtin ſi potes ſup illud, ut extrahas ipſam ſanam cum Nodo. Si autẽ diſrumpitur kiſtis apud operationem, & non eſt poſſibile extrahere ipſam ſanam, multotiens enim accidit illud, tunc extrahe ipſam fruſtatim, donec non remaneat ex ea aliquid. Nam ſi remanet ex ea aliquid parum, aut multum, redit Nodus ſecundum plurimum. Quod ſi uincit te, & remanet ex eo parum: tunc imple uulnus apud completionem tuam, quibuſdam pulueribus corroſiuis acutis: & ſtringe uulnus, & pone ſupra ipſum quod ſedet apoſtema calidum, & cura ipſum cum reliqua curatione, donec ſanetur. Si ergo eſt Nodus magnus, tunc ſue duo labia eius, et cura ipſum cum eo quod incarnat. Si autem eſt tibi contraria uena pulſatilis, aut non pulſatilis: tunc propera, & imple locum zegi trito, & dimitte ipſum ſtrictum duobus diebus, aut tribus, donec putrefiat uulnus, & quieſcat ebullitio ſanguinis: deinde redi ad incidendum illud quod remanſit ex Nodo. B

¶ De formis inſtrumentorum pro ſectione & perforatione. Caput XLVI.

EX EIS ſunt formæ Intromiſſorum, et ſunt triũ ſpecierum. Ex eis enim eſt magnum, & ex eis eſt medium, & ex eis eſt paruum.



Forma Intromiſsi magni.

Medij.

Parui.


Fiant ex ferro alfulud quadratarum extremitatum decenter, ut feſtinent introitum in apoſtemate. Et iſtæ ſunt formæ Experientium, & nominantur albered, id eſt, perforantia: & unum eorum nominatur be-

C rib, id eſt, perforans: & ſunt trium ſpecierum. Ex eis enim eſt magnum, & medium, & paruum.

Forma Experientis magni.

Medij.

Parui.




Conueniunt, ut inueſtigentur per ea apoſtemata, & exituræ, & fiſtulæ, & bubones ab eo quod inter ea eſt ex oſſibus. Et alijs fiunt rotunda, terſa, lenia, ſicut acus magnæ quibus ſubſellia ſuũtur, ex citrino ſcilicet, aut ex ære, aut ferro, aut argento. Et meliora eorum ſunt quæ fiunt ex citrino. Et fiunt Experientia etiam de plumbo nigro, quæ conueniunt ut per ea experiantur fiſtulæ, quarum concauitate ſunt reflexiones, ut reflectantur cum lenitate ſua cum illis reflexionibus. Et ſunt iterum trium ſpecierum. Quoniã ex eis ſunt longa, ex eis media, & ex eis breuia, ſecundum quantitatem amplitudinis fiſtulæ & ſtricturæ eius.

D

Forma Experientis ex plũbo magni.

Medij.

Parui.




Forma Vncinorum, et ſunt multarum ſpecierum. Quoniam ex eis ſunt ſimplices, ſcilicet quibus eſt curuitas una: & ſunt trium ſpecierum ſicut uides, Magni, Medij, et Parui. Et ex eis ſunt Vncini cæci: & ſunt trium ſpecierum. Et ex eis ſunt uncini habentes duas curuaturas, & ſunt trium ſpecierum: & ex eis ſunt uncini habentes tres curuaturas, & ſunt trium ſpecierum: & omnes iſti ſunt neceſſarij in loco ſuo.


Forma Vncini ſimplicis magni.

Medij.

Parui.




A



Forma Vncini cęci magni.

Medij.


Parui.



Forma Vncini magni habẽtis duas curuaturas.

Medij.

Parui.




Forma Vncini magni habẽtis tres curuaturas.

Medij.

Parui.

B

Et istę sunt formę Scalpellorum, quibus secantur & excoriantur Nodi, & apostemata: et sunt triũ specierum: quoniã ex eis est magnũ, mediũ, et paruũ. Eorũ extremitates quibus fit sectio sunt acutæ, extremitates aliæ sunt non acutæ: & non ponuntur taliter, nisi ut cum eis fiat iuuamentũ in excoriatione Nodorũ apud timorem incisionis uenæ, aut nerui: & ut sanetur per ea infirmus, et inueniat tranquillitatem parũper ex adustione quam inuenit apud excoriationem apostematis.




Forma Scarpelli magni.

Medij.

Parui.

Istæ sunt formæ Magda, & sunt specierum trium.




Forma Magda magni.

Medij.

Parui.

C Fiunt ex ære, & sunt similia Radio, cum quo fit alcohol: & in extremitate lata est puncta Spatumilis occultata; & in ea currit ad interiora, & ad exteriora quando uis, sicut uides.


Forma Spatumilis magni.



Forma Spatumilis medij.   Forma Spatumilis parui.


Forma Spatumilium quæ absconduntur inter digitos apud perforationem apostematum: & non percipiunt ea infirmi: et sunt trium specierum, magnum, medium, et paruum.

Mediæ.   Forma Ventosæ magnæ.





Forma Ventosæ paruæ.

D Formæ Ventosarum cum quibus abscinditur fluxus sanguinis: & sunt trium specierum, magnæ, mediæ, & paruæ. Fiant ex ære, aut citrino, rotundæ, ad longitudinem parumper, sicut uides: & sint ad subtilitatem. Et oportet ut sint istæ species Ventosarum apud te magnæ, & paruæ: ut abscindas per eas sanguinem cum uelocitate apud necessitatem, & tunc quando non est tibi present medicina. Verumtamen non utaris eis in abscisione sanguinis in omni loco corporis, & non utaris nisi in locis carnosis: sicut lacertis cruris, & coxæ, et lacertis brachiorum, & mammillarum, & uentris, et inguinum, & similibus eis, ex lacertis carnosis, humidis. Et quandoque fiunt ex eis instrumenta parua alia similia corticibus fisticorum, secundum suam formam: quibus abscinditur sanguis quando fluit ex loco phlebotomię, aut apud incisionem uenæ, aut arteriæ: & quandoque fiunt ex eis rotundæ secundum hanc formam.




¶ De cura Mammillarum hominum quæ mammillis mulierum assimilantur. Caput XLVII.

QVANDOQVE inflantur Mammillæ quorundam hominum apud complementum somni (id est, cum incipiunt pollui in somno) donec similantur mammillis mulierum; & remanent

apoſtemoſq; fœde. Qui ergo abhorret illud, oportet ut ſecet ſuper mam- A
millas ſectione lunari, ſecundum hanc formam ex linea, b.

ad lineam, g. Deinde excoria pinguedinem totam. Poſtea imple uulnus ex medicamine incarnatiuo. Deinde aggrega duo labia uulneris cum ſutura, & cura ipſum, donec ſanetur. Si autem declinat mãmilla ad inferiora, & mollificatur propter magnitudinem ſuam, ſicut accidit mulieribus: tunc oportet ut findatur in duobus lateribus ſuis ſuperioribus duabus ſectionibus ſimilibus figuræ lunari, quarum unaquæq; continetũr cum altera apud fines utriuſq;, donec ſit linea maior continens minorem, ſecundũ hanc formã ex linea, b. ad lineam, g.

Poſteá excoria cutem quæ eſt inter duo labia, & aufer pinguedinem, et adminiſtra quod diximus de ſutura & pulueribus, quod eſt neceſſariũ ex curatione, donec ſanetur. Si autem non comples inciſionem eius quod oportet te incidere, propter inquietudinẽ infirmi, aut propter fluxum ſanguinis: tunc oportet ut impleas uulnus coto ſubmerſo unguento corroſiuo, & dimitte ipſum, donec corrodat illud quod remanſit ex pinguedine. Deinde cura ipſum, donec ſanetur.

¶ De perforatione apoſtematis, quod accidit ſub Titillico. Caput XLVIII.

ISTA apoſtemata quæ accidunt ſub Titillico, ſunt ex ſpeciebus B
Strophularũ dura, quæ continet kiſtis, & ex eis ſunt quæ continent humiditates. Quæ ergo ſunt ex eis quæ continent humiditates, oportet ut ſecentur ſectione lunari, ſecundum hanc formam, ex linea b. ad lineam, g.

cum ergo euacuatur totũ quod eſt in apoſtemate ex ſanie, tunc imple ipſum coto ueteri, et dimitte ipſum uſq; ad diem alium. Deinde auferatur cotum, & curetur cum unguento conueniente ad illud, donec ſanetur. Quod ſi apoſtema fuerit ex ſpecie nodorum Strophularũ, tunc ſcinde ſuper ipſum, ſicut diximus in ſectione ſuper Strophulas æqualiter. Si autem extenditur uulnus in hoc ut emittat pus, tunc adminiſtra in eo cauterium, ſecũdum quod diximus in eo quod præmiſſum eſt.

¶ De ſectione apoſtematis quod accidit propter Arteriam & Venam. Caput XLIX.

QVANDO diſrumpitur Arteria, & cõſolidatur cutis quæ eſt ſupra eam, tunc multotiens accidit inde apoſtema: & ſimiliter accidit Venæ etiã, ut accidat in ea apoſtema & inflatio. Et ſigna quibus cognoſcitũ, quod apoſtema & inflatio ſint propter Arteriam et Venam, ſunt: quoniam, quando apoſtema eſt propter arteriam, eſt longũ, aggregatum in profundo corporis: & quando impellis apoſtema digitis tuis, ſentis quaſi ſit ei ſtridor. Et illud quod eſt propter Venam, eſt

Apoſtema Arteriarum.
Venarum.

C rotundū in manifesto corporis. Et sectio super hoc apostema est error, & præcipue quod est sub ascellis, et inguinibus, & collo, et in locis multis corporis: et est magnū ualde. Oportet ergo ut deuitet eius cura cum ferro, et quod ex eis etiam est in extremitatibus, aut in capite, oportet ut deuitetur. Super illud ergo quod ex eis est ex inflatione orificij Arteriæ, finde in cute sectione in longitudine. Deinde aperi sectionem cum uncinis, postea Arteriam: et libera eam ex tunicis, donec detegatur. Deinde intromitte sub ea acum, et fac eam penetrare usq; ad latus aliud, & stringe Arteriam cum filo duplo in duobus locis, secundū quod docui te in extractione duarum Arteriarū quæ sunt in timporibus. Deinde punge locum, qui est inter duo ligamenta cum spatumili, donec egrediatur sanguis qui est in eo totus, et soluatur apostema. Deinde administra curationem quæ generat pus, donec cadant ligamēta: postea cura illud cum unguentis cōuenientibus ad illud, donec sanetur. Quod si fuerit apostema propter sectionem Venæ, tunc oportet ut teneas manu tua quod tibi possibile est ex apostemate cum cute. Deinde intromitte acum sub loco quem tenuisti manu tua, & fac eam penetrare: & sit in ea filum duplum, donec extrahas ipsum ex latere altero. Deinde liga cum ipso apostema ligamento bono: secundum quod dixi tibi in ligamento uuæ, a D duabus partibus cum duabus extremitatibus fili. Si autem times quod extrahatur filum, tunc intromitte acum aliam cum filo alio sub apostemate toto apud incisionem acus: preme, & stringe fila tua in quatuor locis. Deinde seca apostema in medio sui, donec quando egreditur quod in eo est: tunc incide superfluitatem cutis, & dimitte quod ligatum est ex ea. Deinde pone super ipsum puluillum quem submersisti in uino, & oleo. Deinde administra curationem, quæ fit cum licinijs & unguentis, donec sanetur.

¶ De apostemate quod accidit ex torsione Neruorum. Caput L.

Apostema Neruorum.

SICVT accidit apostema in Arteria & Vena, similiter accidit apostema in Neruis: quod accidit in eis percussio, aut accidit a labore superfluo, et similibus: et fit plurimū illis in locis adiutoriorū, aut calcanei, & in omni loco in quo mouentur iuncturæ: et est apostema graue. Similatur color eius reliquo corpori, & est in pluribus dispositionibus absq; dolore: et quando stringitur cum uehementia, sentit in eo infirmus simile stupori. Et non est apostema aggregatum in profundo corporis, imo est sub cute, & ipsum mouetur ad omnē partem, et non uadit ad anteriora, uel ante, neq; retro ad posteriora. Quod ergo ex eis est in iuncturis, non oportet ut inuadatur cum ferro. fortasse enim accidet contractio. In illo autē quod ex eis est in capite, aut in fronte, finde cutem cum spatumili. Si ergo est apostema paruum, tunc tene ipsum cum forficibus, & abscinde ipsum a radice. Et si est magnum, tunc suspende ipsum

cum uncino, & excoria ipsum: deinde aufer ipsum, & aggrega uulnus cum sutura: & cura ipsum, donec sanetur. A

De sectione apostematis, quod accidit in uentre. Caput LI.

ACCIDVNT quibusdam hominibus multotiens in uentribus eorum, & in reliquis corporibus ipsorum, thelil, quae nominantur Fungalia, per similitudinem ipsorum cum fungis. Quorum radix est subtilis, & ipsorum caput est grossum, & conuersa sunt labia eorum. Et est ex eis paruũ: & est ex eis quod magnificatur ualde. Et ego quidem iam uidi uirum, et in uentre eius erant duo thelil, quae erant magis quam rebus aliis similia fungis: non erat differentia inter ea, alba, minutae radicis, & inuersabantur labia eorum, & findebantur, et humiditas currebat ex eis semper. Incidi ergo ea, & inueni in pondere unius quasi. x. & VIII. unc. & in altero quasi. VI. unc. Et operatio in incisione eorũ est, ut consideres tunc, si infirmus est humidus, & color thelil est albus, humidum, subtilis radicis: tunc incide ipsum cum spatumili lato, & sint in praesentia tua cauteria in igne. Multotiens enim expellitur apud sectionem eius sanguis multus: propera ergo si te uincit sanguis, tũc cauteriza ipsum. Quod si uides infirmum pauidum & timidum ab incisione cum ferro, tunc accipe filum ex plumbo decenter factum, et stringe cum eo athelul: cuius modus est quem diximus, & dimitte ipsum duobus diebus. Deinde adde in strictura plumbi. Non ergo cesses stringere plumbum, quotiens imprimit in thelil, donec abscindat, & cadat per se absque labore. Si autem thelil grossae fuerit radicis, tunc in incisione eius est quiddam timoris & pauoris: praecipue quod est in uentre. Verumtamen possibile est, ut incidas medietatem eius. Deinde cauteriza ipsum, ut non redeat. Deinde cura ipsum, donec sanetur uulnus. Et caue ne praesumas incidere thelil quod est fusci coloris, pauci sensus, foedi aspectus. ipsum enim est apostema cancerosum: & ego ueniam cum rememoratione Cancri post hoc.

Fungalia.

B

De cura eminentiae Vmbilici. Caput LII.

FIT eminentia Vmbilici ex caussis multis. Aut ex fissuris sifac, quod super uentrem est: & exit ex eo althub, aut intestinum, secundum quod accidit in reliquis rupturis. Aut ex sanguine qui fluit ex Vena, aut ex Arteria, secundũ quod praemissum est. Aut ex uentositate cõartata in eo. Si autẽ est propter fissuram sifac, et exitum thirbi: tunc est color apostematis similis colori corporis: & est lene, absque dolore: & apparet diuersi situs. Et si est propter egressionem intestini, tunc est situs eius, cum eo quod narrauimus, uehemẽtioris diuersitatis. Cum ergo tu premis ipsum digitis tuis, occultatur: deinde redit, & fortasse est cum eo sonitus: et magnificatur multũ apud introitum balnei, & laborem uehementẽ. Si uero est propter humiditatẽ, est lene, tunc non occultatur quan

Caussae eminentiae Vmbilici.

C do premis ipſum manu tua, neq; conſtringitꝛ, neq; additur. Quod ſi eſt propter ſanguinē, tunc cū iſtis ſignis apparet apoſtema ad nigredinē decliue. Si aūt eſt propter carnē natam: tunc eſt apoſtema graue, groſſum, durū, et figitur ſcd'm quantitatē unam. Si uero eſt propter uentoſitatē, tunc tactus eius eſt lenis. Et operatio in illo eſt, ut cōſideres tūc, ſi eminentia umbilici eſt propter ſanguinē Arteriæ, aut Venæ, aut uentoſitatem: tunc oportet ut prohibearis a curatione eius. Nam in illo eſt timor & pauor, ſicut docui te in capitulo, in quo dixi apoſtemata propter arteriam & uenā. Quod ſi eminentia umbilici eſt propter inteſtinū, aut zirbum: tunc oportet ut pręcipias infirmo, quatenus teneat anhelitū ſuum, & ſtet ſtans extenſus. Deinde ſigna cū encauſtro in circūitu umbilici totius. Poſtea pręcipe ei, ut reſupinetꝛ inter manus tuas ſuper dorſum ſuū. Deinde circūda cū ſpatumili lato in circūitu umbilici ſuper locū quem ſignaſti cū encauſtro. Poſtea extende mediū apoſtematis ad ſuperiora, cum uncino magno. Deinde liga eum in circūitu forti cum filo, aut cum chorda de ſerico ligamēto firmo: et ſit nodus ligamēti alēxotati. Deinde aperi mediū apoſtematis extenſum ſupra ligamentū. Si ergo inueneris ipſum iam captū a ligamento: tunc extrahe alenxotati, & intromitte in ipſum digitū indicem, et impelle inteſtinū ad interiora uentris: & ſi inue-
D neris zirbū, tunc accipe ipſum cū uncino, et incide ſuperfluitatem eius.

Si autē contraria eſt tibi arteria, aut uena: tunc circūda ipſum multū. Deinde redi ad operationem tuam. Et accipe duas acus, & intromitte in eis duo fila fortia: & intromitte duas acus in circūitu quem feciſti circa apoſtema in modū crucis, quas facis penetrare. Deinde ſtringe apoſtema in quatuor locis ſuper acus: & ſi uis, aufer acus, et dimitte locum, donec putrefiat caro extenſa: & cadat per ſe: aut incide ipſam quando ſubtiliatur & putrefit. Deinde cura ipſum cum eo quod oportet ex unguentis, donec ſanetur. Quod ſi eminētia umbilici eſt ex carne nata in eo, aut ex humiditate: tunc oportet ut concaues apoſtema, ſicut diximus. Et extrahas ſanguinem, aut humiditatem, quam inuenis in eo. Deinde cura ipſum cum eo quod ſolidat locum.

¶ De cura CANCRI. Caput LIII.


IAM diximus in diuiſione ſpecies Cancri, & qualiter eſt uia ad curatiōem eius cum medicinis: et cauendū ab eo cum curatione eius cum ferro, ut non ulceretur: et diximus Cancrum generatū in matrice, & cautelam a curatione eius. Et dixerunt antiqui, quod quandoq; Cancer eſt in loco, ubi poſſibilis eſt eius eradicatio: ſicut Cancer qui eſt in mammillis, aut in coxa, & eis ſimilibus, ex membris locatis ad extrahendum totū eius: præcipue quādo eſt incipiens paruus. Quando uero antiquatur, et eſt magnus, non oportet ut appropinques ei. Ego enim non potui ſanare ex eo aliquē: neq; uidi aliū ante me qui peruenerit ad illud.

Et operatio in eo, quando eſt locatus ſicut diximus, eſt, ut præcedas,

& soluas infirmũ ex cholera nigra aliquotiens. Deinde phlebotoma ipsum si inuenis cũ repletione manifesta. Deinde præpara infirmũ præparatione, in qua locet cum operatione. Deinde proijce in Cancerũ uncinos qui cõueniunt ei. Postea concaua ipsum ab omni parte cũ cute, secundũ perscrutationẽ, donec non remaneat aliquid ex radicibus eius: et dimitte sanguinẽ currere, & nõ abscindas ipsum uelociter, imo exprime loca, et absterge sanguinẽ grossum totũ manu tua, aut cũ quo possibile est tibi ex instrumentis. Si aũt contrarietatem facit tibi fluxus sanguinis grossi ex incisione arteriæ, aut uenæ: tunc cauteriza uenã, donec abscindatur sanguis. Deinde cura ipsum cũ reliqua curatione, donec sanetur. A

¶ De cura Hydropisis. Caput LIIII.


IAM narrauimus in diuisione species Hydropisis, et qualiter fit aggregatio aquæ: & signa omnis speciei, et curationem eius cum medicinis. Et illa quæ curatur cum ferro, non est nisi species asclitis sola: & non approximatur cum ferro speciei timpanitis: neq; speciei hyposarcæ penitus: nam illud mortale est. Quãdo tu iam medicatus es hanc speciem Hydropisis timpanitis cum medicinis, & non contulit medicatio tua: tunc considera. nam si infirmo iam consecuta est debilitas, aut est cum eo infirmitas alia præter Hydropisim: sicut si sit cum eo tussis, aut uentris solutio, & similia illis: tunc caue ne mediceris ei cum ferro: quoniam est timor illud. B Si autem uides infirmum exuberantis uirtutis, neq; est cũ eo ægritudo præter Hydropisim solam: et non est puer, neq; senex: tunc modus operationis in eo est, ut tu eleues infirmum stantem inter manus tuas, & minister post ipsum exprimat uentrem eius manu sua impellendo aquam ad inferiorem partem pectinis. Deinde accipe spatumile spinosum, secundum hanc formam.




Spatumile spinosum.

Sit duarum partiũ acutarum, longũ, acutæ extremitatis sicut Spatumile. Verũtamen in eo sit quiddam breuitatis paulatim, ut non pertranseas cum eo apud operationẽ usq; ad intestinũ, & lędas ipsum. Deinde considera. Nam si est generatio Hydropisis ex parte intestinorum, tunc oportet ut elongeris cum sectione ab umbilico quantitate trium digitorum, ad inferiora in directo eius supra pectinem. Si uero generatio Hydropisis est propter ægritudinẽ epatis: tunc sit sectio tua sinistra ab umbilico tribus digitis. Et si generatio eius est propter splenem, tunc sit sectio in latere dextro: & non oportet etiã ut sit sectio in latere super quod uult iacere infirmus, ut non currant superfluitates ad illum locum debilem. Deinde perfora cum instrumento cutem totam: Deinde intromitte in illam sectionem, & eleua manũ tuam cum Spatumili inter cutem, & sic fac, quasi tu excories ipsum: & sit quantitas quæ excoriatur quanti-

C tas unguis, aut circiter illud. Deinde perfora ſifac, donec perueniat Spatumile ad locum uacuum: & eſt locus aquæ. Deinde extrahe ipſum, & intromitte in foramen inſtrumentum, cuius hæc eſt forma.




Et eſt ſimile cannulæ: fit ex argēto, aut ære, aut aurichalco, lene, terſum: cui in inferiori parte ſui eſt foramen paruū, & in lateribus eius ſunt tria foramina, duo ab una parte, & unum a parte altera: et facta eſt extremitas eius inciſa, ſecundū modum inciſionis calami, ſicut uides: in extremitate eius ſuperiore eſt armilla. Nam quādo inſtrumētum peruenit ad aquam, tunc ipſa deſcendit ſtatim ſuper inſtrumentum. ergo euacua ex



aqua in hora quantitatē mediam. Quoniā ſi tu euacuas ex ea plus quam oportet, in hora fortaſſe moritur infirmus per reſolutionē ſpiritus ſui animalis: aut accidit ei ſyncopis quæ appropinquat morti. Verum euacua ex ea ſecundū quantitatem uirtutis eius, et ſecundū quod ſignificant tibi diſpoſitiones infirmi ex uirtute pulſus eius, & ex bonitate eius. De-
D inde extrahe inſtrumentum, & retine aquam. Quod eſt, quia retinetur ſtatim propter cutem quæ retinet foramen quod eſt ſuper ſifac: de quo narraui, ut perfores ipſum ſecundū illum modum. Deinde itera inſtrumentum die altero, ſi uides infirmum tolerare illud: & extrahe etiam ex aqua quantitatē paruam. Fac illud diebus aliquot ſine timore, & cuſtodi te ab errore: donec non remaneat ex aqua niſi parum. Si autem times ſuper infirmū, et dimittis ex aqua rem multam: tunc cura ipſum cum ſepultura in harena calida, & ſudore multo in balneo & ſole, et expectet ſuper ſitim: & cura ipſum cum medicinis exiccatiuis, donec ſanetur: & cauteriza ſuper ſtomachum, & epar, et ſplenem, poſt extractionē aquę: ſecundum quod narraui in eo quod præceſſit.

De cura infantium qui naſcūtur locis urinæ eorum non perforatis. Caput LV.

QVANDO egreditur aliquis infantium ex uentre matris ſuæ, & caput mutonis eius eſt non perforatum, aut eſt foramen ſtrictum, aut in non ſuo loco. Oportet ergo ſuccurrere cum perforatione eius ſtatim cū naſcitur cū Spatumili ſubtili ualde, ſcd'm hanc formā.



Deinde pone in foramine clauum ſubtilem ex plumbo, & liga ipſum: et tene ipſum tribus diebus, aut quatuor. Quando ergo uult urinam emittere, remoueat, et mingat. Deinde reduc ipſum. Et ſi tu non ponis plum


bum, iam poſſibile eſt, ut urina quæ incedit ſuper locum, non permittat ipſum claudi. Ille autē cuius foramen eſt ſtrictum, medicatur cū plumbo, ſicut diximus, diebus multis, donec amplificetur. Illi autē in quibus eſt foramen in non ſuo loco, læduntur. Quod eſt, quia ex eis qui naſcitur, foramen eſt apud finem capitis uirgæ: quare non poteſt mingere ad anteriora, donec eleuat uirgam manu ſua ad ſuperiora. Neqꝫ eſt ei generatio, propterea, quod ſperma non poteſt peruenire ad matricem ſecundum rectitudinem: & eſt ægritudo fœda ualde. Et modus operationis in illo eſt, ut reſupinetur infirmus ſuper dorſum ſuum. Deinde extende caput uirgæ eius manu tua ſiniſtra extenſione uehementi, & incide caput capitis uirgæ ex loco priapi, cum acumine, aut ſpatumili acuto: ſicut eſt inciſio calami, aut ſicut tu radis aliquid, ut medium eius ueniat ſimile capiti uirgæ: & ut cadat foramen in medio ſecundum quod oportet. Et caue tibi apud operationem tuam a fluxu ſanguinis. Multotiens enim accidit illud. Oppone ergo ei cum eo quod abſcindit ſanguinem, & cura uulnus, donec ſanetur. A

¶ De Albather quæ accidunt in præputio & capite uirgæ, & corruptione, nigredine, & adhærentia. Caput LVI.

MVLTOTIENS accidunt iſtæ Albather in uirga, & eſt eminentia carnis fœdæ. Et ex ea alia eſt maligna, & alia non maligna. Non malignā ergo oportet ut ſuſpendas cum uncino ſubtili, & abſcindas eam, donec mundes eam totam. Deinde pone ſuper eam cotum ſubmerſum in unguento ægyptio. Deinde cura ipſum poſt illud cum unguēto dyaſinicon, donec ſanetur. Quod ſi Albather eſt maligna, fœdi coloris, tunc oportet ut adminiſtres in ea cauterium poſt inciſionem eius & ipſius raſionem. Si autem Albather eſt in præputio captiui, non circumciſi, & eſt pars Albather inter præputium, et pars eius extra: tunc oportet ut auferas Albather, quæ eſt intus in primis, donec quando conſolidatur, tunc cura ipſum exterius: quoniam quando tu curas eam ſimul, non ſecuratur præputiū quin preforetur. Et iam accidunt etiam in teſticulis, & præputio nigredo & corruptio. Oportet ergo, ut tu concaues totum quod iam denigratum eſt, et quod uult corrumpi, aut iam corruptum eſt. Deinde line ſuper ipſum poſt illud cum melle quod iam concuſſum eſt cum farina corticum granatorum, et herbi triorum cribellatorum. Deinde cura illud cum reliqua curatione, donec ſanetur. Si autem accidat fluxus ſanguinis, tunc adminiſtra cauterium cum cauterio lunari, ſecundum hanc formam. B

Albather.

Argumentū, Autorem fuiſſe ſectæ Hebrǫorū. Vide ſupra fol.213.capit.69.



C Cauterium enim est iuuatiuũ ad duas dispositiones simul, scilicet ad fluxum sanguinis, et uulnus quando corrũpitur. Quod si corroditur caput uirgæ, & destruitur totũ in hora: tunc oportet ut intromittas in meatũ priapi cannulã ex plumbo, ut mingat infirmus super eam. In adhærentia uero præputij cũ capite uirgæ, et hæc quidem adhęrentia non accidit, nisi in eo cuius præputiũ est sanum, & non exigit super ipsum circũcisio: et quandoq; accidit adhęrẽtia propter uulnus, aut apostema; oportet ergo ut excories eam cũ Spatumili obtuso, donec soluatur ligamentũ, & liberet caput uirgæ ab omni parte. Quòd si est difficile discernere ea exquisite, tunc oportet ut excories aliquid ex capite uirgæ, & ex præputio. quod est, quia præputiũ quando est subtile, fortasse perforatur propter subtilitatẽ suam uelociter. Deinde separa inter præputiũ, & caput uirgę cũ panno lini subtili, qui iã madefactus est in aqua frigida, ut nõ adhęreant iterũ. Deinde curet cum uino stiptico, donec consolidet.


Achærentia præputij.

De mundificatione infantium, & curatione ex errore eis accidente. Caput LVII.

CIRCVMCISIO nõ est solutio cõtinuitatis, sicut reliqua uulnera: uerũtamen cũ sit ex operatione nostra, uolũtate nostra, & usus D eius sit in pueris proprie, est necesse ut signemus in ea operationẽ meliorem, & uiam leuiorẽ perducentem ad salutẽ. Dico ergo, quod antiqui nõ dixerunt circũcisionem in aliquo suorũ librorum: quoniã non utuntur in legibus suis, & non est nisi quod acquisiuimus per experimentũ. Quod est, quia ego inueni maiorẽ partem artificũ, & phlebotomatorũ uti mundificatione, circũcidendo cũ nouacula, & cũ forficibus: & utuntur alfecati, & ligaudo cum filo, et incisione cũ ungula. Et ego quidẽ iam probaui oẽs istos modos, & non inueni meliorẽ mundificatiõe cum forficibus, & ligamento cum filo. Quòniã in mundificatione cũ nouacula, multotiẽs effugit cutis. Quoniã cutis præputij duas habet tunicas: ergo forsitan incidit cutis superior, & temanet tunica inferior: cogit ergo ad incisionẽ ad incidendum alterã, et dolorem futurũ. Et cum mundificatione quæ fit per alfecati, id est, digitalis, quo utuntur sutores, non secura tur incisio extremitatis uirilis membri: quoniã fortasse ingreditur in foramen eius. In mundificatione autẽ cum ungula, fortasse euadit ferrum, & corrumpit operatiõem tuam: & cutis quidem pueri est breuis natura, & multotiens nascuntur taliter, quod non indigent mundificatione: & iam uidi illud. Mundificationis autem cum forficibus, & ligamento cum filo, bonum experimentum detexit mihi: quoniam forfices sunt proportionalis incisionis: propterea, quod acuitas quæ est superius, est sicut acuitas quæ est inferius. Cum ergo premis manum tuam, proportionantur duæ acuitates, & incidunt secundum operationem unam in tempore uno: & fit compressio simili figura, continens cutem uirgæ ab omni parte, cum qua non cadit error omnino. Et modus operatio-

De Circumcisione.

nis propriæ est, ut facias extimare, puerum præcipue, si est ex eis qui intelligunt parumper, quod tu non facis, nisi quod ligas filum in uirga sua tantũ: et dimittas ipsum usq; ad diem alium. Deinde fac eum gaudere et lætari omnimodo quo possibile est tibi illud, ex eo quod recipit intelligentia sua. Deinde fac eum stare inter manus tuas præparatæ staturæ, et non sit sedens: & occulta forfices in manica tua, aut sub pede tuo, ne uideat eos puer omnino, neq; aliquid ex instrumentis. Deinde intromitte manum tuam ad uirgam eius, et suffla in cutem, & trahe eam sursum, donec egrediatur caput uirgæ. Deinde mundifica ipsam ex eo quod aggregatur in ea sordicie. Deinde liga locum signatum cum filo duplo. Postea liga inferius eo parumper ligamentum secundum. Deinde tene cum indice tuo, & pollice locum ligamenti inferioris retentione bona, & incide inter duo ligamẽta. Deinde eleua cutem sursum uelociter, et extrahe caput uirgæ. Deinde dimitte sanguinem currere paulatim (est enim melius) & pone puluerem desuper: et super puluerem pannum in quo expansus est uitellus oui decocti in aqua rosata, concussum cũ oleo ros. recẽti bono: & dimitte eũ sup ipm usq; ad diem aliũ: et cura ipm reliqua curatione, donec sanet. Forma aũt forficis ad mundificationẽ hæc est. A


B


Sint hebetes duæ extremitates, & sint incidentes: ne egrediatur in eis ramus claui: & sit longitudo duarum acuitatum, sicut longitudo duorum manubriorum æqualiter. Error uero cadens in mundificatione est: quoniam fortasse effugit cutis intrinseca tota, aut pars eius apud incisionem. Ergo oportet, ut extendas eam ex hora tua cum ungue tuo ante apostemationem loci: & incidas eam secundum æqualitatem. Quod si non potes tenere eam cum ungue tuo, tunc extrahe eam cum uncino, et incide eam. Si autem præterierint ei tres dies, & remanet quod est sub uirga inflatum, apostematum: tunc dimitte illud, donec sedetur apostema calidum, & excoria illud cum facilitate, & incide illud secundum quod præparatur tibi: & caue tibi a capite uirgæ. Non enim nocebit ei illud. Cura ergo illud cum eo quod consolidat uulnus ex pulueribus, quos narrauimus in tractatu de pulueribus: & si inciditur ex cute supra mensuram, & euadit ad superiora, non nocet ei illud etiam. Cura ergo illud cum eo quod diximus, donec sanetur.

¶ De extractione Vrinæ retentæ in uesica. Caput LVIII.

VRINAE retentio in uesica, fit ab opilatione facta ex lapide, aut sanguine congelato, aut pus, aut carne nata, & similibus illis ex eis quæ diximus ex modis curationis in diuisione. Et si nõ soluitur Vri- Vrinæ retentio.

C na, & uides retentionem eius esse propter Lapidem, qui iam est in collo uesicæ: tunc oportet ut sit infirmus super genua sua curuatus. Deinde componantur pedes eius super dorsum eius, et extendat uentrem suum ex superiori parte dorsi eius, & stringat infirmus anhelitum suũ quantum possibile est ei. Cogitur ergo cum collo uesicæ ad expulsionem Lapidis ad posteriora: quare absoluitur Vrina. Quod si non soluitur cum eo q̃d diximus, et uehemẽs sit res super infirmũ: tunc oportet ut administres extractionẽ eius cũ instrumẽto, q̃d noĩat̃ siringa, cuius hæc est for.


Siringa.



Sit ex argento, et sit subtile, lene, concauum sicut cannula pennæ auis in subtilitate radij, longũ in similitudine palmi unius & medij: cui sit cannula subtilis in capite eius. Et modus exitus Vrinæ per ip̃m est, ut accipias filum duplicatum, & liges in extremitate eius lanam, aut cotum, ligatura bona: & intromittas extremitatem fili in inferiori parte Siringæ: & incide cum forficibus si superfluit aliquid ex lana, uerum intro-
D mitte in cannulam cum uehementia, sicut alzer. Deinde inunge siringam cum oleo, aut cum butyro, & albugine oui: et fac sedere infirmum super sedem, & embroca uesicam, et ipsius uirgam cum oleis humidis, & oleo oliuæ, et aqua tepida. Deinde intromitte siringã in uirgam cum facilitate, donec perueniat ad radicem uirgæ. Deinde dupla ipsam superius a parte umbilici. Deinde impelle siringam intra ipsam, donec perueniat ad Vesicam, & sentiat eam infirmus iam peruenisse ad rem uacuam: & non fit hoc secũdum hunc ordinem, nisi quoniam meatus, in quo uadit, est in quo est tortuositas. Deinde extende filum cum lana paulatim. Vrina enim sequetur lanam. Deinde extrahe eam, & fac currere Vrinam per uiam urinæ: & itera siringam, & nõ cesses facere illud, donec euacuetur uesica, & inueniat infirmus alleuiationem.


¶ De qualitate clisterizationis uesicæ cum Clepshydra. Caput LIX.

QVANDO accidit in uesica ulcus, aut sanguis in ea congelatur, aut cöartatur in ea pus, & uis distillare in eam aquas & medicinas: tunc fiat cum instrumento quod nominatur Clepshydra, & hæc est forma eius.



Est enim surda, id est, clausa. Et in eo sunt tria foramina, duo ex parte una, & unum ex parte altera, sicut uides. Et locus concauus, in quo est illud quod impellit, sit secundũ quantitatem quod opilet ipsum sine additione, donec quando trahitur cum eo aliquid, ex humiditatibus attrahatur: et quando impellitur, cum eo expellatur ad longinquũ: secundum quod facit clepshydra, qua proijcitur naphta, id est, ignis grecus in praelijs martis. Cum ergo uis proijcere humiditates in uesicam, intromitte extremitatem clepshydrae in humiditatem, & trahe cum eo quod impellit ad superiora. humiditas enim trahitur in concauitatem clepshydrae. Deinde intromitte extremitatẽ eius in uirgam, secundũ quod narrauimus in siringa. Deinde impelle humiditatẽ cum eo quod impellit. illa nãq; humiditas peruenit ad uesicã statim, ita q̃d sentit eam infirmus. A

Forma clisteris subtilis quo clisterizatur uesica. Fiat ex argento, aut au-



ricalco: cuius caput altius sit simile alcama paruo, & sub eo sinus inter quem cadat ligamentũ. Deinde accipe uesicam arietis, & pone in ea humiditatem, qua uis clisterizare uesicam. Deinde liga eam inter duos sinus ligatura forti cum filo duplo: & calefac illam humiditatem parumper super ignẽ. Deinde intromitte extremitatẽ clisteris in uirgam, postea stringe manũ tuam super uesicam cum humiditate strictura decenti, donec sentiat infirmus, quod illa humiditas iam peruenit ad uesicam. Si autem non est tibi praesens uesica, tunc accipe frustum pergameni, et fac ex eo circulum, & perfora ipsum ab omni rotũditate sua. Deinde intromitte filum forte in illis foraminibus, sicut reuoluuntur. Deinde aggrega circulum, sicut aggregatur alsofratu: postquam tu ponis in eo illud quod uis ex humiditatibus, & oleis, et aquis. Deinde liga ipsum in instrumento: & fac cum eo sicut fecisti cum uesica ex expressione cũ manu tua, donec perueniat humiditas ad uesicam. B


¶ De extractione Lapidis. Caput LX.

IAM diximus in diuisione species Lapidis, & curatiõem eius cum medicinis: et dixi differentiam inter Lapidem generatum in renibus, & uesica, et signa illius totius: & dixi Lapidem in quo cadit operatio cum manu & sectio: et est Lapis generatus in uesica proprie: & ille qui figitur in uirga: & ego sum narrans illud cum expositione manifesta & abbreuiatione. Dico ergo, quod Lapis generatus in uesica, plurimum accidit pueris. Et ex signis eius est, quod urina egreditur ex uesica similis aquae in subtilitate sua: & apparet in ea harena alba, & fricat in-

C firmus uirgam ſuam, & laborat cũ ea, et multotiens pendet. Deinde eri-gitur, & egreditur cum eo anus in multis eorũ. Et eſt facilis ſanatio pue-rorum, ex eo uſquequo conſequũtur quatuordecim annos. Et eſt diffi-cilis in ſenibus. In iuuenibus autem eſt media, in eo quod eſt inter illud: & eius cuius Lapis eſt maior, curatio facilior: & ſi paruus, eſt econuerſo illius cura. Cum ergo peruenimus ad curatiõem, oportet in primis, ut mundificemus infirmum cum cliſteri, quod extrahat totum ſtercus quod eſt in inteſtinis ſuis: ipſum enim quandoq; prohibet inuentionẽ Lapidis apud inquiſitionem. Deinde accipiatur infirmus cum pedibus ſuis, & concutiatur, et moueatur ad inferiora: ut deſcendat Lapis ad pro fundum ueſicæ, aut ſaliat de loco alto aliquotiens. Deinde fac eum ſede-re inter manus tuas præparatum, & manus eius ſint ſub coxis ipſius, ut fiat ueſica tota decliuis ad inferiora. Deinde perquire eum, et tange eum extrinſecus. Si ergo ſentis Lapidem in ſpacio, tunc propera ſtatim cum ſectione ſuper ipſum. Quod ſi non cadat ſub tactu tuo omnino, tunc o-portet ut abſtergas digitum indicem cum oleo manus ſiniſtræ, ſi infir-mus eſt puer: aut digitum mediũ ſi eſt iuuenis completus: & intromit-tas ipſum in anum ſuum, & perquire de Lapide, donec ſtat ſub digito

Lapidis ſectio.

D tuo: & conuerte eum paulatim ad collum ueſicæ. Deinde preme ſuper ipſum cum digito tuo, et impelle ipſum ad exteriora aduerſus locus, cu-ius ſectionem uis: & præcipe miniſtro, ut premat ueſicam manu ſua, & præcipe aliȷ miniſtro, ut extendat teſticulos manu ſua dextra ad ſuperi-ora: & alia manu ſua, ut remoueat cutem, quæ eſt ſub teſticulis in parte a loco in quo eſt ſectio. Deinde intromitte Spatumile inci-dens, cuius forma hæc eſt.




Et finde in eo quod eſt inter anum & teſticulos, et non in medio, ad la-tus natis ſiniſtræ: & ſit ſectio ſuper ipſum lapidem, & digitus tuus ſit in ano: & fiat ſectio tranſuerſa, ut ſit ſectio exterius ampla, & interius ſtri-cta, ſecundũ quantitatẽ quod ſit poſſibile egreſſio Lapidis ex ea non ma-ior. fortaſſe enim cõprimit digitus, qui eſt in ano Lapidem apud ſectio-nem, et egredit̃ abſq; difficultate. Et ſcias, quod ex Lapide eſt cui ſunt anguli & margines, quare fit difficilis exitus eius propter illud. Et ex eo eſt lenis, ſimilis glandulæ, et rotundus: & fit facilis egreſſus eius. Ei er-go cui ſunt anguli, & margines, adde in fiſſura. Quod ſi non egredi-tur ita, tunc oportet ut ingenies ſuper ipſum: aut ſtringas ſuper eũ cum geſti decenter, cuius extremitas ſit ſicut Luna, quæ ſtringat ſuper Lapi-dem, & non euadat ab ea: aut ut intromittas ſub eo inſtrumentum ſub-tile, curuatæ extremitatis. Si autem non potes ſuper eum, tunc ampli-fica foramen parumper. Quod ſi uincit te aliquid ex ſanguine, abſcin-

Lapidum uarietas.

A de ipsum cum zegi. Si uero lapis est plus quam unus, tunc impelle in primis magnum ad os uesicæ. Deinde incide super ipsum. Postea impelle paruum post illud: & similiter fac si sunt plures duobus. Quod si magnus est ualde, tunc ignorãtia est ut seces super ipsum sectione magna. Quoniam accidit infirmo una duarum rerum, aut ut moriatur, aut accidit ei distillatio urinæ assidua: propterea, quia non consolidatur locus omnino. Verum administra expulsionem eius, donec egrediatur: aut ingenia in fractura eius cum forficibus, donec extrahas eum frustatim. Cum ergo compleueris operationem tuam, tunc imple uulnus thure, & aloe, et sanguine dracõis: et stringe ipsum, et pone super ipsum pannum infusum oleo & uino, aut oleo rosato, & aqua frigida: ut sedetur apostema calidum. Deinde resupina infirmum super collum suum, & non soluas ligamentum, usq; ad diem tertium. Cum ergo solueris ipsum, embroca locum cum aqua, & oleo multo. Deinde cura ipsum cum unguento dyasinicon, & unguento basilicon, donec sanetur.

Cura post sectionem.

Si autem accidit in uulnere apostema calidum additum, & corrosio, & illi similia: sicut si congeletur sanguis in uesica, & prohibeatur ex eo urina: & cognoscitur illud ex egressione sanguinis cum urina. Intromitte ergo digitum tuum in uulnus, & extrahe illum sanguinem. Nam si remanet, prouocat ad corruptionem uesicæ, & putrefactionem eius. Deinde ablue uulnus cum aceto, & aqua, & sale: & oppone omni speciei cum eo quod conuenit ex curatione, usquequo sanetur. Et oportet in horis curationis totius, ut liges duas coxas, et aggreges, caussa medicinarũ quæ ponuntur super locũ. Quod si lapis est paruus, et sit in meatu uirgæ, et figitur in eo, & prohibet urinæ exitus: tunc cura ipsum cum eo quod narro antequã peruenias ad sectionem. multotiens enim a sectione excusaris per hanc curationẽ. iam enim probaui illud. Et est, ut accipias Perforatorium ex ferro alferico, cuius hæc est forma, B



Perforatorium.

triangulatæ extremitatis, acutũ, fixum in ligno. Deinde accipe filum, & liga cum eo uirgam sub lapide ut non redeat ad uesicam. Deinde intromitte ferrum perforans in uirgam cum facilitate, donec perueniat Perforatoriũ ad ipsum lapidem: et reuolue Perforatoriũ manu tua in ipso lapide paulatim: & coneris perforationem eius, donec facias ipsum penetrare a parte altera. urina namq; absoluitur statim. Deinde preme manũ tuam super illud quod remansit ex lapide ab exteriori parte uirgæ. ipse enim frangitur, & egreditur cum urina, et sanatur infirmus. Si autem non præparatur tibi hæc curatio, propter aliquid quod prohibet ab il-

C lo: tunc liga filum sub lapide, & filum aliud supra lapidem. Deinde seca super lapidem in ipsa uirga inter duas ligaturas. Deinde extrahe ipsum. Postea solue ligamentum, & mundifica sanguinem congelatum, qui fit in uulnere. Et non est necessarium ligamētum fili sub lapide, nisi ut non redeat ad uesicam: & ligamentum aliud desuper, nisi ut quando soluitur filum post egressionem lapidis, redeat cutis ad locum suum, & cooperiat uulnus: & propter illud necesse est tibi illud quando ligas filum superius, ut eleues cutem ad superiora, ut redeat apud complementum tuum, & cooperiat uulnus, sicut diximus.

¶ De extractione Lapidis mulierum. Caput LXI.

Lapis mulieris difficulter curatur.

PARVM generatur Lapis in mulieribus. Si autē accidat alicui earū lapis, tunc difficilis est curatio, & prohibetur propter modos multos. Vnus eorū est: quod mulier fortasse est uirgo. Et secundus est, quia tu non inuenis mulierem quæ detegat seipsam medico, quando est casta, aut ex habentibus maritos. Tertius est, quia tu non inuenis mulierem bene scientē hanc artem, præcipue operationem cū manu. Et quartus est longinquitas a loco lapidis: quare indiget sectione profunda, & in illo est timor. Quod si necessitas prouocat ad illud, tunc oportet ut accipias mulierē medicam, bene scientem: et parū inuenitur. Si uero priuaris ea, tunc quære medicū castum, subtilem, et præsenta mulierē obstetricem bene doctam in re mulierū, aut mulierē quæ in hac arte innuit partem artis: fac ergo eam præsentem, et præcipue ei, ut faciat totū quod præcipis ei ex inquisitione super lapidem. In primis quod est, ut aspiciat si mulier est uirgo: tūc oportet ut intromittat digitū in anum eius, & quærat lapidem. Si ergo inuenit ipsum, cōartet eum sub digito suo, & tunc præcipe obstetrici, ut intromittat digitum suū in uuluam infirmæ, et inquirat super lapidem, postquam ponit manū suam sinistram super uesicam, et comprimit eam cōpressione bona. Si ergo inuenit lapidem, tunc oportet ut gradatim moueat eum ab orificio uesicæ ad inferiora cū summa uirtutis suæ, donec perueniat cum eo ad radicem coxæ. Deinde secet super eum apud oppositionem medietatis uuluæ apud radicem coxæ, ex quacunq; parte præparatur ei, & sentit lapidem in illa parte: & digitus eius non remoueatur a lapide, cōartans sub eo: & fit sectio parua in primis. Deinde intromittat radium super illam sectionem. Si ergo sentit lapidem, tunc addat in sectionem secūdum quantitatē proportionatam quod lapis egreditur ab ea. Et scias, quod species lapidis sunt multæ. Ex his enim est paruus, & magnus, lenis & asper, longus, & rotundus habens ramos. Scias ergo species eius, ut significetur tibi per hoc super illud quod uis. Si ergo uincit te sanguis, tunc adde in loco zegi tritum, & tene ipsum hora una, donec abscindatur sanguis. Deinde redi

ad operationem tuam, donec egrediatur lapis: & fac, ut præpares tecum ex instrumentis, quæ dixi in extractione lapidis in uiris, ut adiuueris per ea in operatione tua. Quod si uincit te fluxus sanguinis, & scis quod expulsio sanguinis est ex arteria quæ incisa est: tunc pone puluerem super locum, et stringe eum cum puluillis strictura decenti: et non mutes illud: & dimitte lapidem, et nõ extrahas ipsum. fortasse enim morietur mulier infirma. Deinde cura uulnus. Cum ergo sedatur acuitas sanguinis post dies, & putrefit locus, tunc redi ad operationem tuam, donec egrediatur lapis. A


¶ De sectione super Herniam aquosam. Caput LXII.

RAMEX aquosa non est, nisi aggregatio humiditatis in sifac albo, quod est sub cute testiculi continente ouum: & nominatur sifac. Et quandoq; est in panniculo proprio sibi, quem præparauit ei natura in parte oui, donec putetur: quod est ouum aliud, et est cutis testiculi inter sifac album, quod diximus: & nõ fit illud nisi raro. Et generatio quidem huius ramicis, est ex debilitate quæ accidit testiculis: quare effunditur ad eos hæc materia. Et quandoq; accidit ex percussione super testiculos. Et hæc humiditas est habens colores multos. Aut enim est color eius decliuis ad citrinitatem, aut est sanguineus rubeus, aut fęculentus, niger, aut est aquosus albus, & est illud quod est plus. Et signa quibus scitur ubi sit aggregatio aquæ, sunt ista. Nam si est in sifac albo quod diximus, tunc apostema est rotundum ad longitudinem parumper sicut figura oui: & non apparet testiculus, quoniam humiditas continet eum ab omni parte. Et si est humiditas in panniculo proprio sibi, tunc apostema est rotundum cum parte oui, & propter hoc extimat homo quia est ouũ aliud. Et si humiditas est inter cutem testiculorũ et sifac album, tunc cadit sub sensu. Quando ergo uis cognitiõem coloris humiditatis, tunc experire colorem humiditatis in apostemate cum Intromisso quadrato, cuius forma præcessit. Secundum illud ergo quod egreditur in uestigio Intromissi, iudica de illo quod est inter ipsum. Cum ergo uenimus ad curationem cum ferro, tunc oportet ut præcipias infirmo, ut phlebotometur si possibile est ei illud, & uides corpus eius plenũ. Deinde resupinetur super dorsum suum super rem altam parum, & pone sub eo pannos multos. Deinde sede tu super sinistram eius, & præcipe ministro, ut sedeat a dextra eius, qui extendat uirgam eius ad unũ duorum laterum cutis testiculorum, & ad partem mirach uentris. Deinde accipe spatumile latum, & seca cutem testiculorum ex medio per longitudinem, usq; prope pectinem: & fiat sectio secundum rectitudinem æquedistantis lineæ quæ diuidit cutem testiculorũ, donec perueniat ad sifac album comprehendens: & excoria ipsum & obserua, uel caue ex


Ramex aquosa.

B

C hoc, ut feces ipſum: & ſit excoriatio tua qua ipſum excorias, ex parte
quæ ſuſpenditur cum ouo plus: & ſubtiliter ſcrutare cum excoriatio-
ne ſecundum quantitatem quod tibi poſſibile eſt. Deinde perfora ſi-
fac plenum aqua perforatione ampla, & extrahe totam aquam. Dein-
de ſepara inter duo labia ſectionis cum uncinis, & extende ſifac ad ſu-
periora, & non tangas cutem teſticulorum comprehendentem: et inci-
de ſifac qualitercunq; eſt poſſibile tibi incidere ipſum, aut cum totalita-
te ſua, aut fruſtatim, præcipue latus eius ſubtile. Nam ſi tu non exquiſi-
te perſcrutaris, in inciſione eius non fit ſecuritas, quin aqua redeat. Si
autem procedit ouum exterius a cute ſua in hora operationis tuæ: tunc
quando compleueris ſectiōem ſifac, reduc ipſum. Deinde aggrega duo
labia cutis teſticulorum cum ſutura. Deinde cura ipſum ſicut reliqua
uulnera, donec ſanetur. Quod ſi inuenis ouum corruptum ex nigredi-
ne alia, tunc oportet ut liges uaſa, quæ ſunt ſuſpenſorium, timens flu-
xum ſanguinis. Deinde abſcinde teſticulum cum ſuſpenſorio, & extra-
he ouū: poſtea cura illud cum eo quod diximus. Si uero aqua eſt ag-
gregata in duabus partibus, tunc ſcias quia ſunt duæ ramices: ſeca ergo
partem aliam ſecundum quod feciſti in altera æqualiter. Et ſi æquatur
D tibi, ut ſit operatio una, tunc fac: deinde abſterge ſanguinem. Et intro-
mitte in ſectiones lanam ſubmerſam in oleo, aut in oleo roſato: & pone
deforis lanam aliam quam ſubmerſiſti in uino & oleo, & expande eam
ſuper duos teſticulos, et mirach uentris: & pone deſuper pannos dupli-
catos, et ſunt puluilli: & liga eos deſuper cum ligamento,
quod eſt habens ſex ſecundum hanc formam.



Deinde ſumantur duo panni, et ſuantur, & impleantur la-
na carminata, ſecundū hanc ſimilitudinē: et fiant extremi-
tates quibus premitur ex coto, aut lana humida: et aggre-
gentur cum ſtrictura in lumbari bracharū: et una extremi
tatū accipiat ſuper anum uſq; ad dorſum, et ſecunda acci-
piat ad partem pectinis: & duæ extremitates ſuper duas coxas inferius,
& duæ extremitates aliæ ſuper duo inguina, et aggregetur ſtrictura to-
ta in lumbari bracharū. Et, quandoq; artificialiter medicatur hæc ra-
mex cum cauterio loco ſectionis cum ferro: & eſt, ut accipias cauterium
cultellare ſubtile, & feces cum eo cutem teſticulorum: et eſt ignitum, ſe-
cundum quod narrauimus: donec quando detegitur ſifac album conti-
nens aquam: tunc accipe cauterium, ſecundum hanc formam.



Aſſimilatur literæ grecæ. Deinde perfora cum eo illud ſifac, & eſt igni-

tum, donec egrediatur humiditas tota. Deinde extende sifac cum uncinis, & excoria cum cauterio subtili ignito, & incide ipsum secundum quod possibile est tibi, donec eradices totum eius. Et caue ex ouo, ne tangat ipsum ignis. Et scias, quod hæc operatio est saluior, & longinquior a fluxu sanguinis, & melior quam operatio cum sectione. Si uero contrarietatem tibi facit in hora sectionis, aut in hora cauterij apostema calidum, aut fluxus sanguinis, aut aliquid aliud: tūc oportet ut cures quod contrarietatem tibi facit ex illo cum curatione quæ conuenit ei, secundū quod præmissum est. Si autem infirmus est timidus, & non expectat super hanc operationem, propter horribilitatem suam: tunc administra perforationem secundū quod ego narro illud: & est. Quando certificatur tibi apud te per illud quod diximus de significationibus, q̊d ramex est aquosa: tūc oportet quod facias sedere infirmū super sedem eleuatā. Deinde perfora apostema in inferiori parte sui cū spatumili lato: & pone perforationem secundū longitudinem corporis, et sit apertio ampla, donec currat aqua tota. Deinde pone super locum cotū, & liga ipsum, & dimitte ipsum ut currat residuum aquæ: deinde cura ipsum, donec sanetur uulnus. Si aūt contrarietas sit egressioni aquæ in hora qua perforas ipsam: & non sit illud nisi propterea, quia panniculus albus contrarietatem facit in orificio uulneris, et prohibet exitū aquæ: tunc oportet ut intromittas pennam in uulnus, aut instrumentū cum quo extrahitur aqua hydropicorum, cuius forma præcessit: aut adde in operatione uulneris parūper. Et scias, quod aqua redit, & aggregatur post sex menses, aut circiter eos. Cum ergo aggregatur, tunc perforetur secundū eundem modum, & pertransibit infirmus dies suos. A Cura perforationis. B

¶ De cura Ramicis carnosæ. Caput LXIII.

SCIAS, quod in sectiōe super hanc Ramicem, est ex timore perducēte ad perniciem in pluribus dispositionibus. Quapropter uidetur mihi eius dimissio saluari ex ea. Et ego sum rememorans operationem in ea, & species apostematis. Dico ergo, quod accidunt apostemata multa in corporibus, ex quibus componuntur testiculi: et fit illud ex caussis multis, scilicet. Aut ex superfluitate acuta, uel acri, quę effunditur ad testiculos. Aut ex percussione. Et est color apostematis secundū colorem corporis, & non inuenitur ei dolor: et est apostema graue. Et fortasse est apostema lapideum, cuius color est fuscus, & non est sensus ei. Et quandoq; fit ex nodatione arteriarum, & inflatione earum: sicut iam præcessit eius rememoratio: aut ex inflatione uenarum. Quod ergo est ex eis ex inflatione arteriarum, cognoscitur per dispositionem apostematis, quando comprimis ipsum digitis tuis. Et non oportet ut tangas ipsum prorsus. Illud uero quod fit ex inflatione uenarum, non dispergitur ex eo aliquid apud compressionem cum digitis. Etiam possibile est, quod super hanc speciem fiat sectio, & super reliquas carnes: & est, ut

C seces cutem testiculorum. Deinde extende ouum ad sursum, & extrahe ipsum cum sifach albo: & libera suspensorium ex uasis, et liga uasa: & incide suspensorium postquam tu liberas ipsum ab omni parte ex partibus oui. Si ergo ouū consolidatū est cum illis carnibus natis, tunc oportet ut attrahas ouum, & incidas ipsum. Et si adhærentia est inter aliquid ex siphaket, aut in eo quod est inter uasa: tunc oportet ut liberes totam illam adhærentiam, & incidas eam incisione rotunda. Si autem est natiuitas carnis in loco adhærentiæ quæ est retro: tunc oportet ut incidas totum eius, & extrahas ouum, sicut diximus. Cum ergo completur operatio tua, tunc imple uulnus in lana infusa in oleo rosato, & uino: deinde cura ipsum cum reliqua curatione, donec sanetur.

¶ De cura Ramicis, quæ est cum Vite. Caput LXIIII.

Vitis. VITIS est apostema inuolutum quadam inuolutione, simile botro, cum mollificatione testiculorum: & fit difficilis super infirmum motus & exercitium, et deambulatio. Et in curatione huius ægritudinis est ex timore, propter illud cuius præcessit rememoratio. Verum oportet, ut dicamus operationem in ea secundū quod fecerunt primi. Dico ergo, quod oportet ut facias sedere infirmū super sedem eleuatā. Deinde impelle suspensoriū testiculorum ad inferiora. Deinde tene cutem testiculorū cum digitis tuis, cum uasis quæ sunt propinqua uirgæ: & teneat ea minister alius, et extendat ea extensione uehementi. Deinde incide cum spatumili lato acuto sectione transuersa in directo uasorū, donec detegātur uasa. Deinde excoria ab omni parte, sicut diximus tibi in extractione Arteriarū quæ sunt in timporibus. Postea fige in eis acū in qua sit filum duplū, et liga ipsum in primo locorū quibus accidunt Vites: et liga ipsum iterū in ultimo eorū. Deinde seca ea in media sectiōe recta secundū longitudinē corporis, et extrahe quod aggregatur ex humiditatibus feculētis corruptis. Deinde cura uulnus cū curatione reliquorum uulnerū, in quibus uis generari saniem, ut cadant uasa quæ nutriūt unum testiculorū. non est enim malū per illud. Si autē accidat Vitis omnibus uasis, tunc oportet ut extrahantur propter hoc testiculi cum uasis: ut non priuetur ouum nutrimento, propter incisionem, & tabescat, uel arescat, & non sit iuuamentum cum eis.

D

¶ De cura Ramicis intestinalis. Caput LXV.

EVENTVS huius Ramicis est ex sectiōe, quæ accidit in sifach extenso super uentrē in parte inguinū ex mirach uentris. Quare descendunt intestina ex illa Ruptura ad unū * testiculorū. Et hæc Ruptura est aut ex sifach, aut extensione eius. Et accidunt istæ duæ species ex caussis multis. Aut ex percussione. Aut saltu. Aut clamore. Aut eleuatione rei grauis, et similibus. Et signum, quando est ex extensione sifach,

Alias * intestinorum.

est, quod accidit paulatim in tempore longo, & non accidit subito: et est apostema æquale uersus profundũ: propterea, quod sifach cõprimit intestinũ. Et signum eius quando est ex sectione sifach, quia facit accidere ex principio sui dolorem uehementẽ subito: et est apostema diuersum, apparens sub cute propinque: & illud est propter exitũ intestini, et cursus eius ad exteriora sifach. Et quandoq; egreditur cum intestino zirbum: et nominatẽ hæc Ramex intestinalis, et zirbia: et quandoq; fit cum uentositate. Et quãdoq; currit in intestinũ stercus, et retinetur illic: & est cum eo pernicies infirmi: quoniã facit accidere dolorem prauũ, et præcipue quando premitur. Et in curatione specierũ ægritudinis huius cum ferro est timor: quare oportet ut caueatur casus in ea. Et modus operationis est, ut præcipias infirmo, ut reducat intestinũ manu sua ad interiora concauitatis suæ, si obedit reditui. Deinde resupinetur super collũ suum inter manus tuas: et eleua crura eius. Deinde extende cutem quæ sequitur cutem ad superiora, & seca cutem testiculorũ totam per longitudinem. Deinde fige in duobus labijs sectionis uncinos, secundũ quod indiges ad aperiendum sectionem cum eis: & sectio sit secundum quantitatem, quod sit possibile, ut egrediatur ex ea ouum. Deinde excoria siphak, et quæ sunt sub cute testiculorum, donec quando detegitur sifach album, durum ab omni parte: tunc intromitte digitum tuum indicem in eo quod sequitur testiculum, in eo quod est inter siphach album, quod est sub cute oui, & inter sifach secundum, & absolue cum eo adhærentiam quæ est in posteriori parte oui. Deinde moue cum manu dextra ad interiora cutem testiculorum: & cum hoc extende sifach album ad sursum, cum manu sinistra: & eleua ouum cum sifach ad partem sectionis: & præcipe ministro, ut extendat ouum ad sursum: & tu solue adhærentiam, quæ est retro solutione completa. Et quære digitis tuis, ut non sit aliquid illic ex intestino inuoluto in sifach albo duro. Si autem inuenis ex eo aliquid: tunc impelle ipsum ad uentrem inferius. Deinde accipe acum, in qua sit filum grossum, factum licinium ex decem filis: & intromitte ipsam apud postremũ sifach, id est, tunicæ, quod est sub cute testiculorum quæ sequitur sectionem: deinde incide extremitates quæ eminent ex filo, donec sint quatuor fila. Deinde compone quædam eorum super quædam cum figura quæ sit in modo crucis: & liga cum eis alsifach, de quo diximus, quia est sub cute testiculorum ligamento uehementi, donec non possit aliquod ex uasis, quæ nutriunt eos mittere ad eos aliquid: ut non accidat inde apostema calidum. Et pone iterum ligamentum secundum extra ligamentum primum, longinquum ab eo minus duobus digitis. Et post ista duo ligamenta dimitte ex sifach, quod est sub cute testiculorum, quantitatem magnitudinis digiti: & incide reliquum totum secundum rotunditatem, & aufer ex eo ouum. Deinde seca in inferiori parte cutis testiculorum sectio-

A (beside the first line)

Ramex intestinalis.

B (beside "eo quod sequitur testiculum")

C ne, ex qua currit ſanguis, & ſanies: ſicut narrauimus in eo quod pręmiſſum eſt. Deinde adminiſtra lanam ſubmerſam in oleo, & pone in uulnus: & adminiſtra ligamentum quod narrauimus. Et quandoq; cauterizatur ſifach albũ quod diximus, poſt inciſionem eius timendo de fluxu ſanguinis. multotiens enim accidit illud. Et dimitte ligamentũ, donec cadat per ſe. Si autem tardatur caſus eius, tunc embrocetur cum aqua calida: & pone ſuper ipſum illud quod diximus, donec cadat. Deinde cura uulnus cum reliqua curatione uulnerum, donec curetur.

¶ De Ramice uentoſa. Caput LXVI.

IN HAC Ramice non uidi aliquem qui auſus fuerit ſuper curationem eius cum ferro. Et primi quidem dixerunt, quod fit ſicut narrauimus in Ramice quę eſt cum Vite. Quod eſt, ut liges uaſa poſt ſectionem ſuper ea cum facilitate inferius: deinde ſeca in medio, & cura poſtremo cũ eo quod aperit ipſum, donec cadant uaſa: & cura uulnus, ſecundum quod diximus, donec ſanetur.

¶ De diſruptione quæ fit in inguinibus. Caput LXVII.

QVANDO accidit Ruptura in inguinibus, ſicut diximus, & eminet locus, et non deſcendit ad teſticulos aliquid ex inte-
D ſtinis: & ſi deſcendit, eſt illud parum, et redit in omnibus horis: uerum ſi prolongatur cũ ea tempus, additur fiſſura in ſifach, donec deſcendũt inteſtina in ſifach. Et accidit illud ex extenſione ſifach, q̃d eſt in inguinibus, ſicut diximus. Quod eſt, quia extendit̃ ſifach: deinde mollificatur, & apoſtematur locus, et eminet. Et cura eius eſt cum cauterio, ſicut præceſſit eius narratio. Et quandoq; curatur cũ ferro, ſecundũ hunc modum: & eſt, ut iaceat infirmus ſuper dorſum ſuũ inter manus tuas. Deinde ſeca locum Rupturę apoſtematũ et eminentẽ, ſectione per latitudinem, ſecundũ quantitatem triũ digitorum. Deinde ſtringe alſifak et, quę ſunt ſub cute, donec quando detegit̃ ſifach albũ, quod eſt ſub cute quæ ſequit̃ ipſum. Tunc accipe radiũ, et pone ipſum ſuper locũ eminentem ex ſifach, & preme ipſum ad profundum uentris. Deinde ſue duo loca eminẽtia ſuper extremitatem radij ex ſifach, et annecte cũ ſutura unum eorũ cum altero: deinde extrahe extremitatem radij. Et non incidas alſifach omnino, neq; tendas ouũ, neq; aliud, ſicut feci te ſcire in curatione ramicis inteſtinalis. Deinde cura illud curatione uulnerũ. Cum ergo incidis fila, mũdifica illud, & reſtaura uulnus, donec conſolidetur. Sifach enim contrahitur, & non additur eminentia Rupturæ. Et cauterium eſt melius in hoc loco: quoniam eſt propinquius ad ſalutem.

¶ De mollificatione cutis teſticulorum. Caput LXVIII.

MVLTOTIENS mollificatur cutis teſticulorum in quibuſdam hominibus, propter quod mollificantur carnes quæ ſunt inter

ea, & fœdatur aspectus eius. Ergo necesse est ei qui rogatur in curatione eius, ut faciat iacere infirmum super dorsum suum, & incidat totam cutem quę mollificata est super cutem naturalem. Deinde aggreget duo labia cum sutura: & si uis, sue in primis superfluitatem cutis mollificatæ tribus suturis, aut quatuor, & firma suturam. Deinde incide inter suturas. Deinde cura curatione reliquorum uulnerum, usquequo sanetur, & cadant fila. A

¶ De Castratione. Caput LXIX.

SCIAS, quod Castratio in lege nostra excōmunicata est: & propter illud liceret mihi, ut nō rememorarer eius in libro meo isto: & non est necessaria rememoratio eius, nisi propter duos modos. Quorū unus est, ut sit illud in scientia medici quando interrogatur de ea: & ut sciat curationem eius cui accidit. Et modus alter est, quod nos multotiens indigemus castratione quorūdam animaliū, propter iuuamenta nostra per illud. sicut arietum, hyrcorum, et gattorum, & similium ex animalibus. Dico ergo, quod Castratio fit secundum duos modos. Aut per attritionem. Aut per fissuram, & sectionem. In illa autem quę fit per attritionem, uia operationis est: quod nos faciamus sedere animal in aqua calida, donec mollificentur testiculi eius, et leniantur, & pendeant: deinde attere eos manu tua, donec resoluantur et non appareant sub tactu. In castratione autem per fissuram & sectionem, oportet ut teneas animal, & premas cutem testiculorum eius cum manu sinistra. Deinde liga suspensoriū, et seca super omne ouum sectione una; donec quando procedūt duo oua: tunc incide ea postquam excoriaueris utrumq;, & non dimittas super ea ex sifaket aliquid præter sifac subtile, quod est super uasa. Et iste modus castrationis est melior eo qui fit per attritionē: quoniam attritio fortasse relinquit aliquid ex testiculis, quare desiderat animal coitum. Deinde cura uulnus, donec sanetur.

Ecce Autorē sectę hebraicę.

Castratio.

B

¶ De cura Hermafroditæ duorum modorum. Caput LXX.

HERMAFRODITA ex uiris est secundum duos modos. Vnus eorum est, quia apparet in eo quod sequitur spacium, aut in cute testiculorum, in eo quod est inter duos testiculos, figura quasi uulua mulieris, in qua sunt pili: & quandoq; currit urina ex eo quod est in cute testiculorū. In mulieribus autē est species una, et est uulua mulieris super pectinem sicut testiculi uiri parui omnino, eminentes ad exteriora: quorum unus est sicut priapus uiri, & duo sicut duo testiculi. Et curatio trium specierum, duarum ex uiris, et speciei unius ex mulieribus, est: quia oportet ut incidas carnes additas, donec effugiat impressio earum. Deinde cura eas curatione reliquorum uulnerum. In specie autem secunda uirorum, ex qua egreditur urina, quæ est in cute testicu-

C lorum, non est operatio, neq; est eius curatio omnino.

¶ De incisione Tentiginis, & carnis eminentis in uuluis mulierum. Caput LXXI.

Aegritudo caudata.

TENTIGO fortasse additur super rem naturalem, donec foedatur & turpis fit aspectus eius: et quandoq; magnificat̃ in quibusdam mulieribus adeo, donec expanditur sicut in uiris, et peruenit usq; ad coitum. Oportet ergo ut teneas superfluitatem Tentiginis manu, aut cum uncino, & incidas: et non ultimes in incisione, praecipue in profundo radicis: ut non accidat fluxus sanguinis. Deinde cura ipsam curatiõe uulnerum, donec sanetur. Caro autem orta, est caro quae nascitur in orificio matricis, donec impleat ipsum: & fortasse egreditur ad exteriora secundum similitudinẽ caudae: & propter illud quidam primi nominãt aegritudinẽ caudatam. Oportet ergo ut incidamus eam sicut incidimus Tentiginem, & curemus eam, donec sanetur.

¶ De cura Alratica, quae est uulua mulieris non perforata. Caput LXXII.

Alratica.

ALRATICA est, ut sit uulua mulieris non perforata, aut sit foramen paruum. Et est aut naturalis, aut accidentalis. Accidentalis est ex aegritudine quae praecessit: & ipsa quidem fit aut ex carne nata addi-
D ta, aut sifach subtili, aut spisso: & fit aut in profundo matricis, aut in lateribus eius, aut in superiore ipsius, aut inferiori eius: & prohibet a coitu & impregnatione, & partu, & fortasse prohibet menstrua. Et cognitio illius fit per aspectum obstetricis, si opilatio est apparens propinqua. Si autem non est apparens, tunc quaere eam digitis tuis, aut cum radio. Si autem opilatio est ex sifach subtili, et est propinqua duobus labijs: tunc propera, et disrumpe ipsam. Et est, ut ponas super duo labia puluillos. Deinde pone indices tuos duarum manuum simul, & mulier sit super dorsum suum expansis cruribus suis. Deinde extende duo labia cum fortitudine, donec disrumpatur sifach subtile, & aperiatur opilatio. Deinde accipe lanam, & imbibe eam in oleo, & pone ipsam super locum: & coeat mulier omni die, ut non consolidetur locus uice alia. Si autem sifach est grossum, spissum: tunc oportet ut feces ipsum cum spatumili lato simili folio myrti. Si autem opilatio est ex carne nata, tunc suspende eam cum uncinis, & incide eam: et sint tecum medicinae quae fluxum sedant sanguinis absq; mordicatione. sicut acacia, & sanguis draconis, & thus aggregatũ cum albugine oui. Deinde administra cannulã ex plumbo amplã, ut non consolidet̃ uulnus uelociter, teneat eam diebus aliq̃t: et administra liciniũ ex lino sicco, deinde curet̃ reliqua curatione, donec sanetur. Et quandoq; nascit̃ in matrice natiuitas carniũ aliarum: oportet ergo ut incidant̃ secundũ hunc mo-

dum: dum non eſt apoſtema canceroſum. apoſtemati enim canceroſo quod eſt in matrice, non fiat contrarietas cum ferro omnino. A

De cura hemorroidaũ, Athehelil, et Bothor rubeæ in uuluis mulierũ. Caput LXXIII.

HEMORROIDES quidem ſunt apertio orificiorum uenarum, donec currit ex eis ſanguis multus aſſidue. Cum ergo antiquantur hemorroides, fiunt thelil: & iam dixi in diuiſione ſpecies earum, & ſigna ipſarũ: et dicam hic quæ ex eis recipiunt curationem, & quæ non. Dico ergo, quod hemorroides quæ ſunt in orificio matricis, & nõ apparent ſenſui: tunc non eſt ei curatio cum ferro. Quæ autẽ ex eis ſunt in orificio matricis ſuper quas cadit ſenſus, ſunt quæ curantᷓ. Oportet ergo ut intromittas mulierẽ in domũ frigidam. Deinde extende athehelil cum forficibus, aut cum panno aſpero, & incide eas ex radicibus ſuis. Deinde pulueriza ſuper eas apud fluxum ſanguinis ex uno puluerum inciſiuorum abſq; mordificatione: ſicut acacia, & ſanguis draconis, & thus, & ſimilia eis. Deinde impellat pedes eius ad parietem hora una. Poſtea depone eam in aquam frigidam. Quod ſi perſeuerat fluxus ſanguinis: tunc fac eam ſedere in decoctione ſumach, & corticum granatorum, et gallarũ, & ſimilium. Deinde accipe farinam hordei, et conſice eam cum melle & aceto, & fac emplaſtrum cum eo ſuper dorſum eius. Si ergo abſcinditur ſanguis cum eo, bonum eſt: & ſi non, fac adhærere dorſo uentoſas, et mammillis, abſq; ſcarificatione. Deinde accipe lanam, & ſubmerge in ſucco tarathit, aut ſucco arnogloſſæ, aut ſucco ramorum alaulat, id eſt, aglanter, uino pontico, et fac adhærere loco. Cum ergo quieſcit apoſtema, tunc cura locum cum unguẽtis, donec ſanetur. Albarth uero rubeum eſt ſimile capitibus alhaaſſe, & eſt aſperi aſpectus. Oportet ergo ut incidas quod apparet ex eo, ſecundum quod dixi in thelil æqualiter: et cura ipſum, donec ſanetur. B

De perforatione Exituræ quæ accidit in matrice. Caput LXXIIII.

Apoſtemata Matricis.

ACCIDVNT in matrice ſpecies multæ apoſtematum. ſicut cancer, et apoſtema lapideum, & ulcera, et adubelati, et alekilati, id eſt, herpes, æſtiomemus, & fiſtulæ, & hemorroides, & ragadiæ, & thelil, & apoſtema calidum. Et ego quidem iam dixi omnes has ægritudines & ſpecies earũm, & ſigna ipſarum, & earum curationes in diuiſione: neceſſe eſt ut dicam in hoc tractatu apoſtema calidum quod accidit in matrice, quando eſt ex apoſtematibus quæ colligunt ſaniem, & uis ſcire qualiter fit eius apertio cum ferro. Oportet ergo ut conſideres. Tunc ſi dolor apoſtematis in incæptione ſua eſt acutus cum percuſſione ſua, & flamma, et febre: et uides ipſum rubere: ſi cadit ſuper ipſum ſenſus, tunc non properes cum perforatione eius: & cura ipſum cum eo eo quod iu-

C uat super maturationem, donec quando quiescat acuitas accidentium. Tunc oportet ut facias sedere mulierem super sedem quæ habeat duo sedilia, & reclinetur, uel appodietur super dorsum suum, & aggreget pedes suos ad partem inferiorẽ uentris: & sint coxæ eius expansæ, et ponat brachia sua sub genibus suis, & liget utraq; ligamento conueniente ad illud. Deinde sedeat obstetrix a latere dextro, & administra instrumentum quo aperitur orificium matricis. Cuius forma uenit in eis quæ sunt post. Et oportet quando uis administrare hoc instrumentum, ut figas cum Radio profundum matricis mulieris: ut non sit illud quod ingreditur ex instrumento plus, quam profundum matricis, & lædat infirmam. Si autem fuerit instrumentũ magis quam profundum, tunc oportet ut ponas puluillos super tecturam profundi matricis: ut prohibeatur introitus instrumenti totius in profundum matricis: & oportet ut ponat uertiginem, quæ currit in instrumento, ex latere superiore: & ut teneat instrumentum, & ut reuoluat minister uertiginem, donec aperiatur profundum matricis. Cum ergo apparet Exitura, & tangitur manu, et est lenis & mollis: tunc oportet ut seces ipsam apud caput suum cum spatumili lato. Cum ergo euacuatur sanies, tunc oportet ut ponas in uulnus licinium submersum in oleo rosaceo: aut oleo uiridi, in quo sit quędam stipticitas: & pone licinium, et extrahe sectionem in profun-

D do matricis. Et pone exterius super matricem, & super pectinem lanam mundam submersam in aqua, in qua bullitæ sunt maluæ. Deinde curetur post duos dies cum unguento quod conuenit ad illud, donec sanetur. Et quandoq; abluitur matrix & uulnus, ita quod clisterizatur cum aqua & melle: deinde cum aqua in qua bullita est radix lilij, aut aristolochia longa: deinde redeat ad unguentũ. Quod si uulnus absconditum fuerit interius in matrice, tunc oportet ut prohibearis ex curatione eius cum ferro, imo cura ipsum cum eo quod diximus in diuisione.

¶ Doctrinæ Obstetricum, qualiter medicentur embriones uiui, secundum figuram non naturalem egressi. Caput XXV.

NECESSE est Obstetrici, ut cognoscat in primis figurã partus naturalis. Ex signis ergo eius est, quod quando uides mulierem com- primi ad inferiora, & desiderãt odorare aërem, et alleuiatur super eam quod super ipsam est de partu, et festinat exitus embrionis: tunc scias quod iste partus est secundũ figuram naturalem, & est exitus eius super caput suum, et secundina cum eo: aut suspensa, uel pendens ex umbilico. Cum ergo uides hæc signa, tunc oportet ut comprimat̃ uenter eius, ut descendat embrio uelociter. Nam quando descendit super caput suum, descendit secundina cum eo, & mundatur ex illis superfluitatibus mundificatione bona. Qui autem est præter hunc partum, est innaturalis, illaudabilis. Quoniam quandoq; egreditur fœtus super pedes suos,

Signa partus naturalis.

& egreditur corpus eius ante caput ipsius, & pedes eius, et manus eius una, aut pes eius unus: aut egreditur caput eius & manus eius: aut egreditur uentrinus: & fortasse conuertitur super collum suum, & similia ex figuris illaudabilibus. Necesse est ergo Obstetrici, ut sit prudens, subtilis in istis rebus omnibus, & caueat sibi ab errore & decæptione: et ego sum ostendens omnem figuram ex eis, & qualiter est ingenium in ea, & significetur per illud, et stetur super ipsum. Quando egreditur fœtus super caput suum egressione sua naturali, & uehemẽs fit illud super mulierem, & difficilis fit ei partus, et uides uirtutem eius iam debilitatam: tunc fac eam sedere super sedem, aut mulieres teneant eam: & uapora uuluam eius cum fœnugræco decocto, & cum oleis humidis. Deinde intromittat Obstetrix inter digitos suos Spatumile paruum, & findat cum eo secundinam, & secet eam ungue suo, donec currat quod est in ea ex humiditate: & preme uentrem mulieris, donec descendat fœtus. Si autem non descendit, tunc oportet ut clisterizetur mulier ex mucillagine fœnugræci, cum oleo sisamino. Deinde præcipe ei post clistere, ut comprimatur: & fac eam sternutare cum condisi, & tene os eius & nasum ipsius hora una. Fœtus enim egredietur statim. Quod si egrediantur duæ manus fœtus in primis, tunc oportet ut reducas eas cum facilitate paulatim. Si autem non obedit in introitu, tunc pone mulierem super sedem, & eleua pedes eius sursum: deinde concute sedem super terram: & mulier teneatur, ut non cadat apud concussionem. Si ergo non egrediuntur manus, & moritur fœtus: tunc incide eas, & extrahe residuum fœtus: & liga manum eius cum panno, & extrahe ipsum cum æqualitate: nam ipse egredietur.

Obstetricum officium. A

B

ℭ Exitus embrionis super pedes suos.

QVANDO egreditur fœtus super pedes suos, tunc oportet ut impellat eos sursum: deinde conuertat fœtũ paulatim: postea æquet ipsum. Deinde accipiat unum pedum eius, & extendat eum paulatim. Cum ergo egrediũtur usq; ad coxas, tunc præcipe ei, ut comprimatur, & fac eam sternutare cum condisi: egredietur enim, si DEVS uoluerit. Et si non egreditur cum eo quod narrauimus, tunc reduc fœtum paulatim, donec ponas eum secundũ figuram naturalem. nam ipse egredietur tunc egressu facili. Quod si prohibeatur cum eo toto quod narrauimus: tunc accipe ex mucillagine alteæ, & oleo sisamino, & gummi soluto: et percute totũ in mortario percussione bona: deinde line cum eo uuluam mulieris, & inferius uentris eius. Deinde fac eam sedere in aqua tepida, donec consequatur hypocundria. Cum ergo uides quod iam calefacta sunt inferiora eius, tunc fac ei sief de myrrha: & suppone ipsum. Quando ergo tenet sief hora una, tunc fac eam sedere super sedem, deinde fac eam sternutare; & stringe ipsius os & na=

C sum: & preme inferiorem partem uentris compressione facili. Nam foetus egredietur statim.

¶ Exitus foetus super genua & manus.

QVANDO egreditur secundum hanc formam, tunc ingenies et in intromittendo manus suas paulatim. Deinde resupinetur mulier super collum suum, et pendeant pedes eius ad inferiora: & ipsa sit iacens super lectũ, et complicet manus suas. Deinde preme supra uentrem eius paulatim. Deinde extrahe quod est sub pedibus eius ex puluinaribus, donec sit præparata in inferiori parte. Quod si non egreditur foetus, tunc accipe pedes eius, & moue eos motu uehementi. Deinde preme quod est supra hypocundria paulatim, donec ascendat foetus ad superiora. Deinde intromittat manus suas, & æquet foetum paulatim: & præcipe mulieri, ut comprimatur, donec egrediatur foetus.

¶ Exitus foetus latitudinaliter pendens ex manibus.

INGENIETVR in reductione manus eius. Si autem non potest reducere eam, tunc eleua mulierem, & fac eam ambulare. Si uero ambulare non potest, tunc fac eam iacere super lectum: & concute crura eius concussione uehementi. Deinde administra linimentũ quod

D præparasti ex mucillaginibus. Quod si accipit eam partus, tunc fac eam sedere super sedem. Deinde stude in reductione manus, et æqua foetum secundum figuram naturalem: & fac sternutare mulierem, & præcipe ei, ut comprimat se, donec egrediatur.

¶ Exitus foetus super collum suum, expansis manibus, & est facies eius ad dorsum matris suæ.

OPORTET ut teneat Obstetrix manum foetus. deinde reuoluat eum paulatim, et æquet eum cum facilitate. Cum ergo æquatur, tunc pone super uuluam eius quod narrauimus ex oleo & mucillaginibus. Deinde præcipe ei, ut moueatur paulatim. Cum ergo feceris illud, tunc fac eam sedere super sedem, & præcipe ei ut inclinetur ad latus dextrum. Deinde præcipe ei, ut comprimatur: & fac eam sternutare cum condisi.

¶ Exitus foetus præparati super latus.

QVANDO descendit ad orificium matricis secundum hunc modum cum secundina, tunc scinde secundinã cum ungue tuo, donec euacuetur ex humiditate. Si ergo suspenditur super faciem foetus, & collum eius, tunc incide eam ex umbilico: ut non retineatur, & moriatur. Deinde impelle foetum ad interiora, donec ponas eam secundum quod oportet: & præcipe mulieri, ut comprimat se aliquotiens: ipse enim egredietur exitu leui.

¶ Exitus Geminorum, aut fœtuum multorum. A

SCIAS, quod Gemini multotiens naſcuntur: & quandoq; naſcuntur tres, & quatuor. Verumtamen illud extraneum eſt, et raro contingit. Quinq; uero eſt res extra naturam, et non uiuunt penitus: & continet eos, quamuis multiplicentur, ſecundina una: & ſeparantur per ſifach, diſtinguens inter eos ligatum in umbilico cuiuſq; eorum. Et quandoq; egrediuntur ſicut egreditur fœtus unus exitu naturali, facili: & egrediuntur exitu illaudabili, ſicut narrauimus. Quod ſi difficiles fuerint quidam eorum apud partum, & perueniunt ad illud quod diximus ex figuris innaturalibus, tunc cura eos ſicut narrauimus: & ſit obſtetrix ſubtilis, et faciat quod facit cum facilitate & tarditate, et ingenietur ſecundum omnem figuram cum eo quod præparatur ei ex ingenio ducente ad ſalutem.

¶ Rememoratio eius quod formatur in matrice ex embrionibus, et abortiuntur.

QVANDOQVE formatur in matrice unus, et duo, & tres, & quatuor, et quinq;, et ſex, & ſeptem, et plures decem: & iam uerificatum eſt apud me, quod mulier abortiendo emiſit ſeptem, & alia quindecim, omnes formatos. Quod factum eſt menſuratione glorioſi ſapiẽtis. Hoc ergo totũ oportet ut ſit in ſciẽtia Obſtetricis. Fortaſſe eñ perueniet ad eam ſimile illius: opponat ergo ei cũ illo quod oportet. B

¶ De extractione fœtus mortui. Caput LXXVI.

QVANDO curas fœtum mortuũ cum eo quod dixi in diuiſione ex medicatione, & non egreditur, et cogeris uti operatione cum manu, tunc oportet ut conſideres. Si ergo mulier eſt ſanæ uirtutis, & non eſt cum aliquo ex accidentibus, ex quibus timetur ſuper eam perditio: tunc oportet ut reſupinet̃ mulier ſuper lectũ, ſuper dorſum ſuũ, et ſit caput eius inclinatũ inferius, & crura eius eleuata: & miniſtra teneat eam a duabus partibus, aut ligetur ad lectũ, ut non extrahatur corpus eius apud extractionẽ fœtus. Deinde humecta os matricis ex oleis humidis cum mucillagine alteæ, et fœnugræci, & ſeminis lini. Deinde inungat Obſtetrix manũ ſuam cum iſtis oleis & mucillaginibus: deinde intromittat eam in matricem cum facilitate. Deinde quærat cum ea locum in quo figat uncinos ex fœtu, et loca conuenientia ad illud. Conſidera ergo tunc, ſi fœtus eſt pręparatus ut deſcendat ſuper caput ſuum: tunc fige uncinos in oculos eius, aut in collo eius, aut in ore eius, aut in palato ipſius, aut ſub barba eius, aut in furcula ipſius, aut in locis propinquis coſtis, et ſub hypocundrijs. Si autem deſcenſus eſt ſuper pedes eius, tunc in pectine, & coſtis eius medijs. Et oportet, ut teneat uncinũ cum manu dextra: et ponat curuitatem eius in eo quod eſt inter digitos ſiniſtræ manus: et intromittat cum manu cum facilitate, & ſi

C gat uncinum in aliquo illorum locorũ quę diximus, donec perueniat ad rem uacuam. Deinde figat in oppositione eius uncinum alium, aut tertium, si indiges: ut sit contractio æqualis, et non declinet ad partem. Deinde extendatur extensione æquali, & non sit extensio secundum rectitudinem tantum, imo moueatur ad omnem partem, ut alleuietur exitus eius: sicut fit cum dente apud eradicationem eius. Et oportet in eo quod est inter illud, ut mollificetur extensio. Quod si retineatur ex eo pars, tunc oportet ut inungat Obstetrix quosdam digitos cum oleo, & intromittat eos ex parte, ut reuoluat cum eis quod retinetur. Si ergo egreditur pars fœtus, tunc permutentur uncini ad locum alium qui sit altior: fac hoc donec egrediatur fœtus totus. Si ergo egreditur manus ante alia, & non est possibile reducere eam, propter cōartationem eius: tunc oportet, ut inuoluatur super eam pannus. Deinde extrahe eam donec quando egreditur tota, incide eam aut in iunctura plantæ, aut in cubito: & ita oportet ut facias in manu altera, et in duobus pedibus. Si autem caput fœtus est magnum, aut accidit ei cōartatio in exitu, aut est in capite eius aqua aggregata: tunc oportet ut intromittat inter digitos Spatumile spinosum, & findat cum eo caput, et extrahat aquam: aut disrumpat ipsum cum instrumēto quod nominatur Almisdac: cuius forma uenit cum formis reliquorum instrumentorum in capitulo quod est post

D hoc. Similiter faciat si fœtus est magni capitis natura, tunc oportet ut feces algengematu: aut extrahas ipsum cum misdach, sicut diximus. deinde attrahas ossa cum forcipibus. Quod si egrediatur caput, & cōartetur apud furculam: tunc findatur, donec effundatur humiditas quæ est in pectore. Si autem non complicatur, necꝫ obedit ad exitum: tunc incide caput frustatim, secundum quod possibile est tibi. Quod si inferius uentris est apostematum, aut est in eo hydropisis: tunc oportet ut perfores ipsum, donec currat humiditas ex eo. Si uero fœtus est super pedes suos, tunc attractio eius est facilis, & directio eius ad os matricis est leuis. Si autem cōartatur apud uentrem, aut pectus: tunc oportet ut extrahas ipsum cum panno quem inuoluisti super manum tuam: & findat uentrem, aut pectus, donec currat quod est in eis. Si autem auferuntur reliqua membra, & redit caput: tunc intromittat Obstetrix manum sinistram. Si ergo os matricis est apertum, tunc intromittat manum in profundum matricis, & quærat cum ea caput, & attrahat ipsum cum digitis usqꝫ ad os matricis: deinde intromittat in eo uncinũ unum, aut uncinos duos, & attrahat ipsum cum eo. Quod si os matricis coartatur, propter apostema calidum quod accidit ei: tunc non oportet ut laboretur super ipsum, imo oportet tunc administrare effusionem rerum humidarum, pinguium: & administra emplastra: & sedeat in aquis quæ mollificant & humectant. Quod si fœtus est super latus suum, tunc possibile est ut æquetur: tunc administretur quod diximus in fœ-


tu uiuo. Quod si non est possibile illud, tunc incidatur frustatim, & extrahatur. Et oportet ut non dimittas aliquid ex secũdina intus omnino. Cum ergo compleueris operationẽ tuam, tunc administra quod diximus in apostematibus calidis quę accidunt in matricibus. Quod si accidat fluxus sanguinis, tunc descendat in aquis stipticis, & administra reliquam curationẽ. Et ego quidem iam uidi mulierem, in cuius uentre mortuus erat fœtus: deinde impregnata est sup ipsum uice alia, postea mortuus est fœtus alius etiã. Accidit ergo ei post tempus longũ apostema in umbilico suo, & inflatum est, donec apertũ est: & cœpit emittere pus. Vocatus sum ergo ad curationẽ eius, & medicatus sum ei tempore longo: & non consolidatum est uulnus. Posui ergo super ipsum ex quibusdam emplastris fortis attractionis: & exiuit ex loco os. Deinde præterierunt ei dies aliquot, & exiuit os aliud. Miratus sum ergo inde, cum in uentre nõ sit os. Cogitaui ergo, quia erant ex ossibus fœtus mortui. Inquisiui ergo uulnus, & extraxi ossa multa, muliere existente in melioribus dispositionibus suis: & iam uixit taliter tempore longo, & mittit ex loco pus parum. Et ego non firmaui hic hoc extraneum, nisi quoniam in eo est scientia, & adiutorium ad illud, quod administrat medicus artifex cum manu ex curatione. A

Experimentũ Autoris.


¶ De formis Instrumentorum necessariorum in extractione fœtus. Caput LXXVII. B

HIC inferius est forma Strictorij, quo æquantur libri, cui æqualiter sunt duæ uertigines in duabus extremitatibus duorum lignorum. Verumtamen hæc Vertigo oportet ut sit subtilior strictorio: & ut fiat, aut ex ebano, aut ex ligno bussi. Et sit latitudo omnis ligni quasi duo digiti: & margo cuiusq; amborum est quasi digitus unus, & longitudo cuiusq; eorum est palmus & medietas: & in medio duorum lignorum sunt duo additamenta ex genere eiusdem ligni, quæ iam firmata sunt in utrisq;, quorum longitudo est medietas palmi & plus parum: & latitudo utriusq; est quasi duo digiti, aut plus parum. Et ista duo additamenta intromittuntur in os matricis, ut aperiatur cum eis quando tu reuoluis duas Vertigines.

Forma Vertiginis qua aperitur matrix.



C Forma alia ad ſimile illius, ſubtilior, & leuior.




Fiat ex ligno ebani, aut buſſi, ſecundum ſimilitudinem forcipum. Veruntamen in extremitate eius ſint duo additamenta, ſicut uides hic ſupra: & longitudo omnis additamenti ex eis eſt quaſi palmus: & latitudo utriuſque eſt, duo digiti. Cum ergo uis aperire matricem cum eo, tunc fac ſedere mulierem ſuper lectum, pendentibus pedibus eius, aperto quod eſt inter crura eius. Deinde intromitte iſta duo additamenta coniuncta in matricem: & tu es tenens extremitatem inſtrumenti inferius inter coxas eius. Deinde aperi manum tuam cum inſtrumento, ſicut facis cum forficibus, æqualiter ſecundum quantitatem quam uis ex apertione oris matricis, donec faciat Obſtetrix quod uult.


Matricis apertio.

Forma Vertiginis alterius quam dixerunt antiqui

D




Forma Impellentis quo impellitur fœtus.




Forma Almiſdac, qua conteritur caput magnum: & aſſimilatur forcipi, cui ſunt dentes in extremitate, ſicut uides. Et quandoque fit oblungum, ſicut forcipes ſecundum hanc formam, ſicut uides, cui ſunt dentes ſicut dentes ſerræ, quo inciditur & conteritur.


A




Forma Almiſdac quo conteritur caput paruum.



Forma Vncini habentis ſpinam unam.




Forma Vncini habentis ſpinas duas.




Forma forcipis cui ſunt dentes ſerræ, cum quo conterit̃ caput fœtus.


B




Forma Spatumilis habentis duas extremitates ad abſcindendum caput.



Forma duorum Spatumilium etiam latorum.



C




Iſta inſtrumenta omnia exercentur, & quanto plus multiplicantur ſpecies eorum, & præparata ſunt apud artificem, eſt uelocior ad operationem ſuam, & altior apud homines, propter quantitatem ſuam. Non ergo deſpicies ex eis inſtrumentum, quin ſit apud te pręparatum. Inexcuſabilis eſt enim neceſſitas eorum.

¶ De extractione Secundinæ. Caput LXXVIII.

QVANDO retinetur Secundina apud partum, tunc oportet ut præcipias infirmæ, ut retineat anhelitum ſuum. Deinde fac eam ſternutare cum condiſi: et ſtringe manum tuam ſuper os eius, & nares ipſius. Si ergo egreditur per hoc, bonũ eſt. Si non: tunc accipe ollam, & perfora in coopertorio foramen: et pone in ea herbas aperientes os matricis, ſicut calamentum, rutam, & anetum, & camomillam, & ſſeham, et caſſiam ligneã, & centauream: accipe omnes iſtas herbas, aut quaſdam earum, & ſubmerge eas cum aqua, & pone eas ſuper ignem. Deinde pone embulam arũdinis ſuper foramen coopertorij ollæ, & extremitatem aliam in os matricis: & teneat eam donec perueniat uapor ad concauitatem matricis. Deinde fac eam ſternutare, ſicut diximus. Secũdina enim egredietur cum facilitate. Si autem remaneat poſt hanc curationẽ, & non egrediatur: tunc præcipe Obſtetrici, ut ſubmergat manum ſuam in oleo ſiſamino, aut mucillagine alteæ. Deinde intromittat in uuluam, & quærat cum ea Secundinam. Cum ergo inuenerit eam, tunc accipiat eam, & extendat ipſam paulatim. Si autem fuerit annexa in profundo matricis, tunc intromittat manum, ſecundũ quod narrauimus, donec quando inuenerit Secũdinam, & extrahat eam paulatim ſecundum rectitudinem, ut non cadat matrix apud attractionem uehemẽtem: imo oportet, ut permutetur cum facilitate ad latera dextra & ſiniſtra: deinde addatur in quantitatem attractionis. Ipſa enim obedit tunc, & ſeruatur, & euadit ab adhærentia. Quod ſi os matricis eſt cõartatum, ſicut nos iam narrauimus: cura eam cum ſternutatione, & ex medicatione ollæ cum herbis. Si autem non egreditur cum omnibus quæ narrauimus, tunc caue ne fatigeris ſuper eam in iteratione extractionis. Verum oportet, ut quod egreditur ad os matricis ex ea, liges ad coxam mulieris. Deinde cliſteriza eam cum unguento tetrapharmacon. Ipſum enim putrefaciet eam poſt dies, & diſſoluetur, & egredietur. Verũtamen quando putrefit, eleuatur ex ea odor malus ad ſtomachum & caput, et lædit illud infirmam. Oportet ergo ut adminiſtrẽtur ſuffumigationes conuenientes ad illud. Quidam autem antiquorũ iam experti ſunt ſuffumigationẽ naſturtij, et ficuũ ſiccarũ. Forma inſtrumenti quo ſuffumigatͣ mulier apud retentionẽ Secũdinæ & menſtruo-

D

rum. Fiat ex uitro simile alcama, aut ex aere: & ponatur extremitas ampla super ignem: & suffumigatio sit posita super prunas: teneat eam, donec consumatur illa suffumigatio: & itera aliam. A



Instrumentum quo suffumigantur mulieres.

¶ De curatione Ani non perforati. Caput LXXIX.

NASCVNTVR multi puerorum, & Ani eorum sunt non perforati, quos iam opilauit sifac subtile. Oportet ergo, ut obstetrix perforet illud sifac digito suo: & si non, perforet ipsum cum Spatumili acuto: & caueat lacertum, ne tangat eum. Deinde pone super ipsum lanam infusam in uino & oleo. Deinde cura ipsum cum ungentis, donec sanetur. Si autem times quod opiletur, tunc pone in foramine cannulam de plumbo diebus multis, et auferatur quando puer uult egerere. Etiam accidit opilatio Ani etiam ex consolidatione uulneris, aut apostematis. Oportet ergo ut secetur illa consolidatio, deinde curetur cum eo quod diximus ex curatione & plumbo.

¶ De curatione Fistularum quae accidunt in inferiori parte. Caput LXXX. B

FISTVLAE quae accidunt in inferiori, sunt Nodatio, & Grossitudo quae accidunt prope anum deforis: aut in spacio unius partium: et est Fistula una, aut plures. Cum ergo antiquatur illa Nodatio, aperitur, & currit ex ea humiditas aquosa alba, aut pus subtile. Et quandoque sunt ex istis Fistulis penetrantes. Ergo penetrantes cognoscuntur per illud quod egreditur ex egestione, & uentositate, quando utitur infirmus egestione: et fortasse egreditur ex eis uermis. Et sunt ex eis Fistulae quando sunt in spacio penetrantes usque ad uesicam, et usque ad meatum uirgae. Et sunt ex eis penetrantes usque ad iuncturam coxae, & usque ad nodum caudae. Ex eo autem quo cognoscitur Fistula penetrans usque ad anum, etiam a non penetrante, est, ut intromittas digitum tuum indicem in anum: & intromittas tentam subtilem in Fistulam ex aere, aut ferro: quando non est tortuositas. Quod si in ea est tortuositas, tunc intromitte in eam tentam ex plumbo subtilem, aut pilum ex pilis equarum, donec sentias tentam, aut pilum in digito tuo. Quod si non sentis ipsam penitus, neque procedit ex foramine aliquid ex egestione, neque uentositas, neque uermis sicut dixi: tunc scias, quia est non penetrans: propera ergo ad curationem.

Fistularum uarietas.

Et quando Fistula est penetrans usque ad uesicam, aut ad meatum urinae: tunc significatio eius est exitus urinae ex ea, et prohibitio eius ab hoc,

C ut consolidetur locus cum medicinis. Si uero est penetrans usque ad iuncturam coxæ, aut ad os coxæ: tunc signum eius est, quod perueniat tenta usq; illuc, si non est in ea tortuositas usq; ad os: & inuentio doloris in circumitu partis, et quod egreditur pus ex ea semper: & quod non ualeat in ea medicatio, neq; consolidatur cum unguento. Et in istis Fistulis omnibus penetrantibus non est curatio omnino: et curatio earum est labor & uanitas ei, ex stultis medicis, super quem formatur. In illa autem quæ non est penetrans, & non antiqua, speratur sanatio cum ferro: secundum quod ego narro tibi, et ego iam probaui: & est, ut iaceat infirmus inter manus tuas super dorsum suum: & eleua crura eius usq; supra coxas ipsius, & coxæ eius sint inclinatæ ad uentrem ipsius. Deinde intromitte tentam plumbi, aut æris, si est in Fistula tortuositas, donec scias ubi peruenit tenta. Si autem sentit eam infirmus circa anum, tunc oportet ut intromittas digitum tuum indicem in anum. Si ergo sentis in digito tuo tentam iam penetrasse per seipsam detectam, preter quod sentias inter digitum tuum, & inter ipsum sifac, aut carnem: tunc ergo scias certe, quia est penetrans: non ergo labores in ea, quoniam non est eius sanatio, sicut diximus. Dixerunt tamen, quia sanatur in quibusdam hominibus caro, & ex medicatione qua ei speratur iuuamentum, est, ut

Cura Fistulæ nō antiquatę.


D ignias cauterium subtile secundum amplitudinem Fistulæ, sicut præcessit, & intromittas ipsum ignitum in Fistulam, donec perueniat circa anum. Deinde itera illud bis, aut ter, donec scias, quia iam adustæ sunt omnes illæ carnes additæ filtratæ, quæ sunt similes cannulæ pennæ auis. Deinde cura illud cum licinijs inuolutis in butyro, donec egrediantur illę carnes, quæ adustæ sunt: deinde cura illud cum unguentis generantibus carnem & consolidantibus. Si ergo sanatur, bonum est. Et si non, tunc non sanatur cum alia curatione unquam. Et si egreditur tenta, & non peruenerit usque ad digitum tuum, qui est in ano, & est inter ipsum & tentam uelamen spissum ex carne, aut sifac: & uides Fistulam in eo quod sequitur superficiem cutis, tunc seca cutem ab initio Fistulæ, & tu uadis secando cum tenta quod est in fistula, donec perueniat secatio ubi peruenit tentæ extremitas, & liberatur tenta & cadit. Deinde mundifica illas carnes filtratas, quæ assimilantur cannulæ pennæ auis, ut non remaneat ex eis aliquid. Si autem uincit te sanguis, & soluit inter te & inter operationem tuam ut seces illas carnes: tunc melius quod fit, & uelocioris iuuamenti, cauterizare eam cum igne, aut cum medicina acuta. Quoniam cauterium cum igne aggregat habitudines bonas, adustionem illarum carnium additarū, & abscisionem sanguinis, & exiccationem humiditatū. Deinde cura illud cum licinijs inuolutis in butyro, aut caulibus tritis, donec locus emittat pus, & egrediātur illę carnes adustæ in pus. Deinde cura tunc uulnus cum unguentis consolidatiuis, generantibus carnē duram: et sunt medicinæ in quibus sunt

stipticitas & exiccatio. Nam quando restaurantur, tunc iam sanatur: & non times iterationem. Si autem Fistula iam peruenit usque ad profundum ani, & elongatur a superfluitate corporis: tunc intromitte digitum tuum in anum, et inquire cum eo. Si ergo sentis tentam, & inter te, et inter eam est uelamen ex sifac, aut carne, et est propinqua penetrationi: tunc non est operatio in illo, nisi secundum uiam fiduciæ & spei. Quod est, quia administratur in eo unus trium modorum: aut ut cauterizes ipsam, sicut diximus: aut seces eam, donec consequaris concauitatē eius, ut sit possibile tibi intromittere licinia, et curationē ex proximo. Et non procedas multum cum sectione, ut non incidas lacertum continētem anum, et accidat super infirmū exitus egestionis absque uoluntate. Deinde cura illud cum eo quod diximus. fortasse enim sanabitur: aut elonges ipsum uelamen, & mundes ipsum postquā secas ipsum usque prope anū, sicut diximus, aut cum tenta, aut cum instrumento alio acutæ extremitatis. Deinde mundifica illas carnes filtratas quæ sunt in sectione, usque ubi potes cum perscrutatione. Deinde conare restaurationem uulneris totius cum sectione, & orificio superiore ubi consolidatur: & remanet Fistula aperta in interiore parte anus, & erit leuius super infirmum. Et quandoque suitur Fistula secundū hunc modum: et est, quando intromittis tentam in Fistulam: & est in latere ani circa superficiem corporis cum cute & margine ani: tunc accipe tentam perforatæ extremitatis, quæ est sicut acus aleskef, id est, præparantiū coria, secundum hanc formam. A B



Tenta.

Et intromitte in eam filum inuolutum ex quinque filis, & circiter ea. Deinde intromitte tentam cum filo in Fistulam, donec consequatur concauitatem eius. Si ergo est penetrans in margine ani interius prope, tunc extrahe filum ex illo foramine: ita ut intromittas digitum tuū in anum, & extrahas extremitatē fili, et aggreges duas extremitates simul: & stringe utramque, et dimitte illud die uno, aut duobus diebus: & quanto plus incidit filum in carne, stringe ipsum bene, donec incidantur illæ carnes quæ sunt inter duas extremitates fili, & cadant: deinde cura uulnus, donec consolidetur, & sanetur. Si autem orificium Fistulæ non est penetrans: tunc fac ipsum penetrare quocunque modo præparatur tibi, nisi sit in profundo multum. Non enim inest tibi, ut facias illud propter lacertum, ut non incidas ipsum. Deinde fac cum ea sicut diximus, donec sanetur. Forma Spatumilis spinosi quo finditur Fistula, cuius curuitas est acuta ualde, & pars altera est non acuta, ut non incidat illud quod non est necesse, sicut uides.



C ¶ De futura Hemorroidarũ, ex quibus currit sanguis ex incisione earum: & cura fissurarũ. Cap. LXXXI.

SVNT Hemorroides secundum duos modos. Aut enim sunt intra anum, similes uesicis carbonũ, uel prunarum: aut quasi ipsæ sint grana uuæ. Et ex eis sunt paruæ, & magnæ: et sanguis currit ex eis semper, & est una, et sunt multæ. Et sunt extra anum, & in extremitatibus eius. Verumtamen istæ quæ sunt extra anum, sunt secundum plurimũ paucæ humiditatis, ex quibus currit aqua citrina, aut parum sanguinis cursu assiduo: & sunt secundum colorem corporis. Et curatio eius quæ est intra anum, est, ut præcipias infirmo ut assellet: & exprimatur, donec egrediatur anus, & appareant athelil tibi. Propterea ergo et suspende cum uncinis: aut tene eos cum ungue tuo. Deinde incide eos apud radices suas. Si autem non retinentur in eis uncini, propter humiditatem eorum & ipsorũ mollificationem: tunc cape eos cum panno aspero, aut cum coto ex diploide lanea, et extrahe eos cum digitis tuis. Deinde incide eos, & pulueriza super eos post incisionem quosdam pulueres calidos, ut stent eis loco cauterij. Aut cauteriza eos secundum quod præcessit in capitulo cauterizandi. Deinde cura eos cum reliqua curatione, donec sanentur. Quod si non obedit anus egressioni, tunc clisteriza infirmum clisteri in quo sit mordicatio parua, ut lauetur cum eo quod est in ano, & obediat egressioni uelociter, quando exprimit se infirmus. D

Si autem athelil sunt extrinseci ab ano, tunc res eorum est leuis, facilis: & est ut capias eos cum ungue tuo, aut capias eos cum uncino, & incidas eos. Deinde cura eos cum eo quod diximus, donec sanentur.

Et qui abhorret incisionem cum ferro, tunc oportet ut administres suturam eorum secundũ hunc modum. Accipe filum inuolutũ, & intromitte ipsum in acum. Deinde extrahe athelil ad superiora, & fac ipsum penetrare cũ acu in radice eius ex parte altera: & inuolue duas extremitates fili, in inferiori parte acus, & sint latitudinaliter: et stringe athelil strictura forti. Deinde noda filum, & extrahe acum. Fac illud cũ omnibus athelil, et dimitte ex eis unum: nec suas ipsum, ut currat ex eo superfluitas sanguinis. Deinde pone super anum pannum infusum in oleo rosato, aut cæroto, & pone ipsum super anũ: et præcipe infirmo, ut quiescat. Deinde dimitte ipsum, donec cadat. Cum ergo cadunt athelil, cura eos cum unguentis, & reliqua curatione, donec sanentur.

¶ De cura Fissurarum.

MVLTOTIENS enim accidunt ex exiccatione stercoris, & constrictione naturæ. Cum ergo antiquantur, et non ualet in eis medicina: tunc oportet ut radas cum puncta Spatumilis, aut cum ungue tuo, donec fiant humidæ, & auferatur ab eis cortex superior qui prohibet eas a consolidatione. Deinde cura eas, donec consolidẽtur secundum quod oportet. Si autem non consolidantur: tunc itera eas cum

rasione uehementiori quam prima, donec ſanguinentur multum, et excorientur. deinde cura eas, donec ſanentur. A


¶ De curatione Almirmar inuerſorum, et non inuerſorum: et Athelil ſiccorum, & Formicæ. Caput LXXXII.

SCIAS quod Almirmar non eſt niſi nodus rotundus ſecũdum colorem corporis, ſimilis capiti claui: & fit in toto corpore, præcipue in inferioribus partibus pedum, & digitis: et accidit ex eis dolor apud ambulationem. Oportet ergo ut ſecetur quod eſt in circumitu claui, & teneatur cum forficibus, aut cum uncino, et eradicetur ex radice ſua. deinde cura illud: & ſi uis cauteriza illud ſecundũ quod pręceſſit in capitulo ſuo. Ex athelil aũt ſiccis unus eſt eminẽtia parua, aſpera, filtrata, rotũda ſupra ſuperficiem corporis. Et multotiens accidunt in manibus puerorũ. Et curatio eius eſt, ut extendas athelil, & incidas ipſum: aut ſtringas ipſum cum filo de ſerico: aut cum pilo, donec cadat. Et ſi uis, cauteriza ipſum ſecundũ quod præmiſſum eſt cum igne, aut cũ medicina acuta: & iam eradicantur athelil inuerſi, et non inuerſi cũ inſtrumento quod ego dicam. Formica autem eſt etiam eminentia parua filtrata, groſſa, ſuper ſuperficiem corporis, uadens in profundũ ualde: & quando inuenit eam frigus, ſentitur in ea ſimile mordicationi formicę, & fit in corpore toto: et plurimũ eius fit in manibus. Et curatio eius eſt, ut accipias cannulam ex penna anſeris, aut penna uulturis forti: & pone illam cannulam ſuper Formicam, donec contineat circulus cannulæ ex partibus eius. Deinde reuolue manum tuam cum cannula, donec ſeces quod eſt in circũitu Formicæ: et ponas eam in profundo carnis, & eradices Formicam ex radice eius. Et ſi uis, fac illud cum cannula æris, aut ferri, ſecundum hanc formam.

Almirmar.

Formica.

B



Sit ſuperius cannulæ ad ſublimitatem trahens ſurdum inuolutum, ut alleuietur ſuper digitum apprehenſio eius & ipſius reuolutio. Et ſi uis cauteriza Formicam ſecundum quod præmiſſum eſt in cauterizatione Athelil in capitulo de cauterio.


Surdũ, id eſt, non perforatum.

¶ De formis Inſtrumentorum quæ adminiſtrantur ad Cliſteria in ægritudinibus Ani, & ſolutionis uentris, & colicæ. Caput LXXXIII.


QVANDOQVE Cliſtere fit ex argento, aut ex aurichalco, aut ex ære fuſo, aut malleato. Et quandoque fit ex iſtis Inſtrumentis paruum, & magnum, ſecũdum illos in quibus adminiſtran-

C tur. Illud ergo quod adminiſtratur in curatione puerorum paruorum, ſit paruū: et quorum ani ſunt debiles, aut doloroſi, ſic & cliſteria eorū.

Cliſtere magnum.




Cliſtere paruum.



Canna eius, id eſt, caput ſuperius in quo ligatur uter, ſit amplum ſecundum hunc modum: et ſit ei diſtinctio ut ligetur uter ſicut uides, & extremitas eius inferior quæ intromittitur in anum, ſit ſurda, id eſt, non aperta, lenis, ualde, trahens ad ſubtilitatē: & in uno laterū eius ſint duo foramina, et in latere altero foramen unū. Et ſit amplitudo foraminis ſecun-
D dum groſſitudinem radiorū, & groſſius parū; Et ſit uter in quo ponuntur medicinæ ex ueſica animalis: aut ex charta ouis, quæ ſit ſecundū formam aſofrati paruæ: cuius radix ſit palmus unus. Et perforetur foraminibus multis ſicut reuoluitur, & ſit ſpacium quod eſt inter omne foramen groſſitudo digiti. Deinde intromitte in illa foramina filum forte ex filo crudo, quod ſit ex decem filis, aut circiter ea, & aggrega cum eo utrem ſicut aſofrati. Cum ergo ponitur in eo uter, ſtringatur in capite cliſteris inter duo diſtinguentia conſtrictione forti. Deinde cliſteriza cum eo. Et hæc eſt forma circuli utris hic depicta, & foraminū. Qualitas autē cliſterizandi cum eo, eſt: ut impleas utrem, aut ueſicam ex medicina, quæ ſit calefacta ſecundū quantitatem tolerantiæ infirmi: & caue ne ſit calida ualde, aut frigida ualde. Deinde reſupinetur infirmus ſuper dorſum ſuum, & eleuet crura ſua ad ſuperiora: et pone ſub eo inthaan, id eſt, coriū ſuper quod iacent homines, aut linteamen. Deinde inūge extremitatem Cliſteris cum oleo, aut cum albugine oui, aut cum mucillagine fœnugræci, aut ſimilium. Deinde intromitte ipſum in anum cum facilitate. Deinde accipiat miniſter utrem cum duabus manibus ſuis ſimul, & exprimat ipſum cum uehementia, donec euacuet totum quod eſt in Cliſteri in inteſtinum. Deinde extra-

Forma circuli utris.



he Clistere, & eleuet infirmus crura sua ad parietem. Quod si medicina A
cogit eum ad exitum, tunc teneat quantum potest. Et si dormit cum ea nocte tota, est magis ultimum in iuuamēto. Si autem clisterizas eum in ægritudinibus solutionis uentris, & festinat exitus eius: tunc itera clistere, donec sanetur. Quod si in ano sunt hemorroides, aut apostemata lædentia, tunc sit clistere subtile ualde, lene, ex clisteribus quibus clisterizantur pueri. Et hæc sit forma clisteris subtilis super quod sit stricta cutis.

¶ De curatione Vulnerum capitis sine fractura ossis. Caput LXXXIIII.

IAM dixi in diuisione de curatione uulnerum quod conueniebat libro, & ego dicam hic curationem eorum cum manu, et cum medicinis secundũ complementum. Dico ergo, quod uulnera diuersificantur secundũ illud quo fiunt uulnera, et secundũ locum super quem cadit uulnus. Res ergo quibus fiunt uulnera multotiens, sunt sicut iactus lapidis: aut incisio ensis, aut cultelli: aut percussio cum lancea, aut ligno, aut sagitta: & similibus illis ex rebus multis. Vulnera autē quæ fiunt secundum loca corporis sunt, sicut uulnus quod cadit super caput, aut collum, aut pectus, aut uentrē, aut epar: & similia ex eis membris. Et ego sum narrans curationes quorundam uulnerũ, ut ponam eam ratiocinationē & regulā super reliqua uulnera. Et ego incipiam a uulneribus capitis simplicibus: quoniā rememoratio compositorũ ueniet in principio capituli tertij. Dico ergo. Quando accidit in capite uulnus simplex, & non est fractura ossis: considera tunc, si est ex iactu lapidis, aut ei similibus, & iam fregit cutem tantũ: et est uulnus magnũ, & times super infirmũ euētum apostematis calidi: tunc propera, & phlebotoma cephalicam statim: & non tardes illud: et extrahe ei ex sanguine secũdum quantitatem uirtutis eius: si non fuerit prohibens aliquid a phlebotomia, precipue si fuerit sanguis qui egreditur ex uulnere paucus. Et sit phlebotomia ex contrario partis uulneratę. Et caueat infirmus sibi a repletione, & uino, & cibis grossis. Si autē minutionem prohibet aliquid, tunc minoretur ex cibo, & non appropinquet carnibus, neque uinis. Et pone super uulnus si accidit ei apostema calidum, cotum infusum in oleo rosato solo, aut cum uino in quo est stipticitas. Si autem securus fueris ab apostemate calido, tunc pone super uulnus, si est recens cum sanguine suo, & non mutauit ipsum aër, puluerem quē ego narrabo post paululum: et si iam mutauit ipsum aër, tunc pone super ipsum quædam unguenta, donec sanetur. Si autem uulnus est magnum, aut est ex incisione ensis, & similium: & non aggregantur labia eius per puluillos, tunc aggrega ipsa cum sutura, secundũ quod ego narrabo in uulneribus uentris de sutura eorũ. Si autem uulnus iam detectum est ab osse, & pendet, et nō est retentio eius, nisi in suspensorio paruo: tunc incide ipsum. Deinde cura

Vulnerum diuersitas.

B

C uulnus cũ medicinis, & restaura in eo carnem duram loco cutis, & praecipe infirmo, ut alatur cibis in quibus est grossitudo. sicut sunt capita, & triticum coctum, donec sit ut puls: & eis similia. Quod si inuenis in cute putrefactionem, & non adhaeret ossi: tunc incide putrefactum totum, & proijce ipsum: deinde cura illud. Si autem in his uulneribus est arteria, aut uena ex qua fluit sanguis: & non abscinditur per medicinas, tũc inquire super arteriam. Si ergo inuenis eam non sectam, tunc seca eam cum Spatumili, aut liga eam. Quod si necessitas prouocat quando non confert illud quod diximus, tunc cauteriza eam, donec abscindatur sanguis. Si autem uulnera ista sunt parua, simplicia, tunc res eorum est facilis, leuis: ita ut pulverizes super ea hunc puluerem: quoniam consolidat ea antequam mutet ea aër.

¶ Modus Pulueris incarnatiui.

Recipe olibani partẽ unam, & sanguinis draconis partes duas, et calcis non extinctae partes tres: teratur totũ multum, & cribelletur: et impleatur ex eo uulnus, & constringatur constrictione bona, donec adhaereat super ipsum bene, et cöaguletur cum sanguĩe. Deinde stringe ipsum desuper cum puluillis, & dimitte ipsum, neq; soluas ipsum dum permanet, ita quod non apostemet. Nam non eradicatur ab eo medicina, do-
D nec sanat. Et quandoq; facit illud calx sola, quando non sunt tibi in praesenti olibanum, & sanguis draconis etiam facit eandem operationem in multis ex uulneribus magnis, quando conuenit ut ponatur super ea & stringantur, et sunt uulnera recentia cum sanguine suo, quae non alterauit aër. Quod si iam alterauit ea aër quadam alteratione, praecipue quãdo est in tempore aestatis, tunc non est in positione huius pulueris intentio: cura ergo ipsum cum eo quod diximus, ita ut ponas super ea quaedam unguẽta digestiua: aut ponas super ea pultes ex farina hordei, factas cũ aqua & melle, donec emittant pus. Deinde cura ea reliqua curatione, donec sanentur. Si uero accidat cum uulnere fractura in osse, & est parua, tunc extrahe illud cum Gesti: et ego iam dicam curationem fracturarum capitis in eo quod futurum est.

¶ De uulneribus Colli. Caput LXXXV.

SI AVTEM uulnus accidat in Collo, tunc non est inter ipsum differentia in medicatione, et inter uulnus capitis quando est simplex. Si autem iam incisus est neruus Colli, aut arteria: tũc si est neruus, non est in eo ingenium, nisi ut deuitetur curatio eius cum eo quod facit stipticitatem uehementem. sicut ziniar, & zegi, et eis similia. quoniã nocent neruis, & contrahunt eos. Et non ponas super uulnus aliquid frigidum omnino: quoniam substantia neruorum est frigida, et continuatio eius est cum cerebro, quod est sublimius membrorum: & sit illud quo curatur ex medicinis lene. sicut calx lota cum aqua dulci aliquotiens infusa cum oleo, aut cum oleo rosato, & tuthia, quãdo abluitur etiam cum

aqua dulci: & reliqui lapides minerales, secũdum hunc modum, & unguenta humida. Si autem uulnus est magnum, tunc administra suturam: aut cõarta labia eius cum puluillis. Deinde cura ipsum, donec sanetur. Si uero uulneri est profunditas, aut accidit in eo sinus in inferiori parte eius, in quo iam aggregatur pus, tunc perfora ipsum in magis depresso loco in eo. Quod si iam incisa est in uulnere arteria, & consecutus est sanguinem eius fluxus: tunc separa, uel seca eam, et liga ipsam: aut cauteriza eam, si prouocat necessitas ad illud. Si autẽ iam incidit spondiles gutturis, aut totum, & saluatæ sunt alhaudegi: tunc aggrega labia cutis cum sutura super cannam gutturis, & nõ tangas guttur, imo æqua ipsum, & reduc ipsum super figuram naturalem. Deinde stringe ipsum strictura decenti, & dimitte ipsum diebus aliquot. Deinde cura ipsum cum unguentis in quibus est stipticitas & exiccatio, donec sanetur. A

Si autem uulnus iam fecit impressiõem in osse, tunc perquire ipsum: tunc si in ipso sunt fragmenta ossis, extrahe ea omnia, aut quæ potes ex eis: & quod non præparatur, dimitte illud, donec putrescat uulnus, & separetur & alleuietur egressio eius. Quod si uulnus fuerit recens, tunc pulueriza super ipsum puluerem quem narraui. Si autem uidetur in uulnere os, & fit Fistula: tunc cura ipsam cum eo cuius rememoratio uenit in capitulo suo.

¶ De uulnere in Spatulis. Caput LXXXVI. B

SI EST percussio lanceæ, aut cultelli: & uides eius profunditatem, tunc considera. Si ergo ex uulnere egreditur uentositas, quando anhelat ex eo infirmus, tunc scias, quia uulnus est mortale. Quod si non fuerit ei profunditas, & est recens cum sanguine suo: tunc non põnas in eo a prima hora puluerem, neque stringas ipsum, ut non retineatur sanguis in profunditate eius, & reuertatur ad cor, et interficiat infirmum: sed pone in ipso unguentum attractiuum, et solue ipsum in diẽ bis. Si uero unguentum non est tibi præsens, tunc pone in orificio uulneris cotum uetustum, ut fugat illud quod egreditur de eo ex humiditatibus: & fac ut dormiat infirmus super uulnus, ut currat quod aggregatur in eo. Si uero iam præterierint uulneri tres dies, aut plures, & non accidit infirmo spasmus, neque tremor cordis malus, neque strictura in anhelitu, & uides reliquas dispositiones eius bonas: tunc scias, quia uulnus est saluum. Cura ergo ipsum & cum licinijs, et reliqua curatione, donec sanetur. Si uero excusatur sanatio eius, & iam aperitur semper, tunc scias, quia iam factum est Fistula. Cura ergo ipsam ex capitulo suo. Et si uulnus est ex incisione ensis, aut cultelli, et est simplex in superficie pectoris, aut dorsi: tunc cura ipsum cum eo quod præcessit ex sutura, si est magnũ: aut cum puluere, si est paruũ. Si autem iam fecit impressionẽ in osse, et incidit ex eo frusta: tũc inquire uulnus, & pro-

C pera ad extrahendum illa fruſta, ſi ſunt ſeparata. Si uero non ſunt ſepa-
rata, tunc dimitte ea, donec putrefiat uulnus. alleuiatur enim extractio
eorum. Reliquorũ autem uulnerum accidentiũ in reliquis membris iu-
dicium in curatione, eſt iudicium eius quod diximus.

ℭ De uulneribus Ventris, & exitu inteſtini, et exi- tura eorum. Caput LXXXVII.


DISRVPTIO quæ accidit uentri, eſt magna, & media, &
parua. Ex magna igitur quandoque egreditur inteſtinum, aut numerus
inteſtinorum. Quare fit intromiſſio eorum, & eorum ſutura uehemen-
tior & difficilior. Et diſruptio parua etiam fit difficilis ex modo alio. Se-
quitur ergo, ut ſit reductio eorũ difficilior, ſi non properas in intromiſſi
one ſua ad locum ſuũ ſtatim: quoniam inflatur, aperitur, et ingroſſatur:
quare fit difficilis introitus eius. Propter hoc ergo fit melior diſruptio-
num diſruptio media: quoniam cum ea non fit difficilis reductio inteſti-
ni, ſicut fit difficilis in his duabus ſpeciebus. Scias, quod ſutura uen-
tris eſt ſecundũ quatuor modos. Duæ ſuturæ cõmunes cõueniunt in ſu-
tura uentris, et in ſutura reliquorum uulnerum corporis: & duæ ſuturæ
aliæ proprie cõmunicant reliquis uulneribus. Verumtamen ſunt magis
propriæ cum ſutura uentris: et ego narro tibi unamquamq; cum expo-
ſitione, & declaratione. Dico ergo, quia quando uulnus eſt paruum, et
egreditur ex eo aliquid ex inteſtino, et fit difficile reducere ipſum: tunc
illud eſt propter unum duorũ modorum. Aut propter paruitatem diſ-
ruptionis, ſicut diximus: Aut quoniã in inteſtino eſt inflatio propter fri-
gus aëris. Quando ergo illud eſt ita, tunc oportet ut calefacias ipſum, ita
ut ſubmergas ſpongiam, aut pannũ humidum in aqua tepida ſola. Aut
decoquas in aqua ſquinãtum, & cyperum, et ſpicam, & embroces cum
ea inteſtinum, donec reſoluatur inflatio. Quandoq; facit illud uinum in
quo eſt ſtipticitas: & eſt melius quam aqua ſola in reſolutione inflatio-
nis. Cum ergo uides inflationem iam reſolui, tunc humecta inteſtinum
cum aqua in qua decocta eſt altea, aut malua. Nam per illud alleuiatur
introitus eius cum re parua. Si autem excuſatur reditus eius poſt hanc
curationem, tunc finde in diſruptione parum, cum inſtrumento quo ſe-
cantur hemorrhoides. Et curatio prima eſt melior quando præparatur,
quam ſectio: & non fit cõactio ad ſecandum poſt neceſſitatem & defe-
ctum inſtrumenti. Sit pars eius una quæ eſt torta, acuta, & pars eius al-
tera non acuta, et extremitas ſubtilis non ſit cum ſubtilitate Spatumilis,

Suturæ uentris modi quatuor.

D

Diſruptio parua.

Calefactio Inteſtini infrigidati diſlocati.



imo ſit obtuſior parumper: & eſt illa quæ ſimilatur caiada, ſicut uides. A
Cum ergo amplificatur uulnus, & ingreditur inteſtinum, tunc oportet, ut ſit reductio eius ſecundum formam ſuam naturalem in loco ſuo ſibi proprio, ſi poſſibile eſt ſuper illud: quoniam eſt melius. Quando uero diſruptio eſt ampla in inferiori parte uentris: tunc oportet ut facias iacere infirmum ſuper dorſum ſuum, & pone crura ſua altiora capite ſuo. Et ſi eſt in ſuperiore parte uentris, tunc pone caput eius, & pectus ipſius altiora quam eius inferiora. Et ſimiliter ſi eſt diſruptio in una duarum partium uentris, tunc pone intentionem tuam, & tuam conſiderationem ſemper in hoc, ut pars in qua eſt uulnus ſit altior parte altera. Et ita oportet, ut adminiſtres illud in uulneribus magnis, & in uulneribus medijs. In uulneribus autem paruis, pone illud ſecũdum quod præparatur tibi. Deinde fac ut ſit præſens inter manus tuas miniſter pius, qui teneat diſruptionem totam manu ſua: & aggrega labia eius. Deinde detege ex ea ei qui ſequitur ſuturam aliquid poſt aliquid: & iſte eſt modus ſuturæ communis unius. Et eſt, ut accipias acum, aut numerum acuum ſecundum quantitatem amplitudinis uulneris. Deinde dimitte ab extremitate diſruptionis quantitatem digiti anularis, id eſt, medici: et fige acum unam præter quod intromittas in eam filum in duabus extremitatibus cutis, cum duabus extremitatibus ſifac quod eſt ſub cute ab interioribus, donec facias eam penetrare ab alia parte, & tu iam aggregaſti duas extremitates cutis, & duas extremitates ſifac: & fiunt quatuor ordines. Deinde ſtringe cum filo duplo in circumitu acus aliquotiens a duabus partibus ſimul, quouſque ſint aggregata duo labia uulneris aggregatione decenti. Deinde dimitte groſſitudinem digiti etiam, & fige in eis acum aliam: poſtea reta eam cum filo, ſicut feciſti cum acu prima. Non ergo ceſſes facere illud cum eo quo indiges ex acubus, donec compleas conſtrictionem uulneris totius. Et ſint acus mediæ inter groſſitudinem & ſubtilitatem: quoniam acus ſubtiles ualde uelociter incidunt carnem: & groſſæ ſunt difficilis introitus in cutem: propter illud oportet ut ſint mediæ in ſubtilitate, & groſſitudine. Et non oportet, ut figatur acus in duabus extremitatibus cutis propinquæ multum: ut non incidatur caro uelociter, & aperiatur uulnus ante cõnſolidationem ſui, & non elongentur etiam cum ſutura, ut non prohibeatur uulnus a conſolidatione. Deinde incide extremitatem acuum, ut non lædant infirmum apud ſomnum ſuum: & pone eis puluillos ex pannis ab omni parte, qui teneant extremitates acuum: & dimitte eos, donec ſcias quod uulnus iam conſolidatũ eſt. Et hæc quidem ſpecies ſuturæ cum acubus taliter eſt conuenientior in uulneribus paruis. Quoniam ſufficit in ſutura eorum acus una, aut duæ, aut circiter eas. Sutura autem ſecunda communis eſt, ut aggreges cum ſutura extremitates quatuor: extremitates, duas cutis, & extremita-

Diſruptio ampla.

B

Acuũ diſpoſitio.

C tes duas sifac in uice una, cum acu in qua sit filum inuolutum æquale in subtilitate, & grossitudine. Deinde quando penetraueris cum acu has extremitates quatuor, reduc acum a parte a qua incæpisti eadem, ut cadat filum retatum a superiori parte uulneris: ut sit sutura, sicut sutura panni quo stringuntur panni, et pone inter omnem suturam quantitatem grossitudinis digiti minoris. Hanc autem suturam sciunt homines. Et cum hac sutura ego sui uulnus quod acciderat uiro in uentre suo, qui fuerat uulneratus cum cultello, & erat disruptio uulneris maior palmo uno: & exierat ex intestinis circiter duos palmos ex intestino medio, et erat disruptio in medio uentris. Reduxi ergo illud postquam stetit intestinũ eius extra uulnus. xxiiij. horis. Consolidatum est ergo uulnus in spacio quod fuit circiter. xv. dies: & curaui ipsum, et sanatus est: & uixit post illud annis multis, conuersatus in suis dispositionibus. Et medici iudicauerãt, quod non sanaretur. Et ex miraculo fuit, quod non curaui illud cum unguento. Quoniam fui in loco in quo non inueniebatur unguentum, neque aliquid ex medicinis. Posui ergo super uulnus cotum uetustum bis in die, & assiduaui ablutionem eius cum aqua mellis, donec sanatum est. Duas autem species suturę proprias dicam secundum narrationem sermonis. Et est, ut incipias cum sutura acuta: & intromittas acum ab exteriori ad interiorem partem. Cum ergo penetrat acus in cutem, & in lacertum euntem secundum longitudinem & latitudinẽ totius corporis: dimitte extremitatem sifac in latere in quo intromisisti acum, & fac penetrare in extremitatem aliam ab interiori parte ad exteriorem in extremitate altera mirach. Cum ergo feceris eam penetrare, tunc fac eam penetrare secundum hoc in eadem hac extremitate mirach ab exteriori parte ad interiorem: & dimitte extremitatem sifac, quæ est in hoc latere, & fac penetrare acum in extremitatem alteram ab interiori parte ad exteriorem: & fac penetrare cum penetratione tua qua facis eam penetrare in sifac extremitate mirach, quæ est in parte eius, donec penetret in ipsum totum. Deinde incipe etiam ab hoc eodem latere, & sue ipsum cum extremitate, quæ est ex sifac in latere alio, & extrahe acum ex cute quam penetrauit. Deinde reduc eam in illam cutem, & sue extremitatem sifac, quæ est in latere alio, cum hac extremitate mirach: & extrahe eam ex cute quæ est ex parte eius, & fac illud uice una. & alia: et fac illud uice post uicem, usquequo suas extrinsecum totum secundum illud exemplum. Et summa huius suturæ, est ut suas sutura pellipariorum qua suunt pelles: ita ut suas sifac uice una ex parte una extremitate cutis: & ut dimittas eam uice alia ex parte alia, donec compleas. Secunda species suturæ propriæ; quam dixit Galenus. Iste eius sermo narratus est, ut suas eam secundum similitudinem, qua suunt eas quidam medicantium, ita quod aggregant omnem partem ad comparem suam conuenientem per naturam: & applicant

Experimentũ Autoris.

Suturæ duplices.

D

extremitatem ſiſac ad eius aliã extremitatem, & extremitatẽ mirach ad extremitatẽ eius aliam. Et illud fit ſecundũ quod narro tibi. Oportet ut figas acum in extremitatẽ mirach propinquã tibi ab exteriori parte, et facias eam penetrare ad interiorem in eo ſolo: & dimittas duas extremitates ſiſac. Deinde reuolue acũ, & fac eam penetrare ab exteriori parte ad interiorem in duas extremitates ſiſac, ſcilicet utrinq;. Deinde reuolue utraſq;, etiam fac penetrare utraſq; ab interiori uſq; ad exteriorem, in duas extremitates mirach alias, quæ ſunt in latere oppoſito. Et iſte modus ſuturæ eſt melior ſutura cõmuni facili, et eſt ſutura cuius præceſſit rememoratio. Iſte eſt ergo ſermo Galeni etiam. Et dixerunt quidam. Retificatur ſutura uentris cum duabus acubus. Quod eſt, ut intromittas in eis utriſq; filum unum: & incipe cum intromiſſione acus, ex eo quod eſt apud te, & fac eam penetrare uſq; ad latus aliud, ſecundũ ſuturam eorũ qui ſuunt coria æqualiter. Et ſcias, quod quando diſruptio eſt in medio uentris: tunc ſutura eius eſt difficilior quam reliquorũ locorum uentris. Iudicium uero medicationis uulneris, eſt iudicium reliquorũ uulnerum. Quod eſt, quia quando tu conſequeris uulnus recens cum ſanguine ſuo, antequã alteret ipſum aẽr: et reducis inteſtinum, & ſuis ipſum, & aptas ipſum: tunc pone ſuper puluerem incarnatiuum. Quod ſi aër iam alterauit uulnus: tunc pone ſuper ipſum quædam unguenta, quæ ſunt tibi præſentia, donec faciant pus: & cadant fila, et conſolidentur ſiſac, & mirach. Deinde cura illud ſicut eſt curatio reliquorum uulnerũ, donec ſanetur. Si autem non ſunt tibi præſentes medicinæ, tunc pone ſuper ipſum ſtatim, ex quo incipit emittere pus, cotum uetus: & permuta ipſum bis in die, ſicut docui te, donec ſanetur. Nam tu non indiges medicatione alia in pluribus diſpoſitionibus, quando uulnera ſunt ſimplicia. Si autẽ times, quod cõmunicet uulnus mẽbris principalibus in læſione, tunc oportet ut ſubmergas lanã lenem in oleo temperatæ caliditatis, aut in oleo roſato: & pone ipſam in circumitu locorũ quæ ſunt inter inguina, & ſub aſcellas. Quod ſi ſentit dolorem, aut punctiones, aut putrefactionem in inteſtinis ſuis (nam multotiens accidit illud) tunc cliſteriza ipſum cum uino ſtiptico, nigro, tepido: præcipue ſi putredo iam peruenit in inteſtino, & facta eſt exitura penetrans uſque ad concauitatem eius. Et ſcias, quod illud quod eſt ex inteſtino groſſo, eſt facilioris ſanationis: & quod ex eis eſt ex ſubtili, difficilioris ſanationis. Inteſtinũ autẽ quod nominatur Ieiunũ, non ſuſcipit ſanationem ex uulnere quod accidit in eo omnino: & illud eſt propter multitudinem eius, quod eſt ex uenis, et magnitudine earũ, & propter ſubtilitatem corporis eius, & propinquitatem ipſius naturæ neruorũ. Si autem illud quod procedit ex uulnere eſt zirbum, et conſequeris ipſum recens: reduc ipſum ſecundũ reductionem tuam, qua reducis inteſtina æqualiter. Si uero præterijt ei ſpacium, & iam factum eſt uiride, aut nigrum: tunc oportet ut

C stringas ipsum cum filo supra locũ qui denigratus est ex eo, ut non accidat fluxus sanguinis. In zirbo enim sunt uenæ & arteriæ. Deinde incide quod est præter illud ligamentũ, & pone duas extremitates fili pendentes ex inferiori parte uulneris extra ipsum: ut alleuiet̃ super te attractio eius, et extractio ipsius apud casum zirbi, & emissionẽ pus uulneris.

¶ Rememoratio uulneris quod accidit in Intestino.

QVANDO accidit disruptio in Intestino, et est parua: tunc possibile est, ut restauret̃ in quibusdã hominibus: propterea, quia ego uidi qui fuit uulneratus in uentre suo cũ percussione lanceæ, & erat uulnus a dextra stomachi, et antiquatũ est uulnus: et factum Fistula, & exiuit ex eo egestio, et uentositas. Posui ergo curationem, usq; quod ego non fui confisus in sanatione eius: neq; cessaui subtiliare ipsum, donec sanatus est, et consolidatus est locus. Postquam ego uidi locum iam consolidatũ, timui super infirmũ, quod accideret super infirmũ accidens malũ in uentre suo: & nõ accidit ei ex illo accidens malũ. Et remansit in melioribus dispositionibus suis, comedens & bibens, & futuens, et intrauit balneum, & exercitatus est in dietis suis. Et iam dixerunt quidam experimentatorum, quia quando accidit in Intestino uulnus, et est paruũ: tunc oportet ut ligetur secundũ hunc modũ. Et est, ut accipias formicas magnorũ capitum. Deinde aggrega duo labia uulneris, & pone formicam unam ex eis quæ habeant os apertũ super duo

Experimentũ Autoris.

D labia uulneris. Cum ergo capit super ea, & stringit os suũ, abscinde caput eius. adhæret enim, & non soluit̃. Deinde pone formicã aliam prope primã, et non cesses facere illud cũ formica post formicam secũdum quantitatẽ uulneris totius. Deinde reduc ipsum, et sue uulnus. Illa enim capita remanent annexa in Intestino, donec cibetur Intestinum, & sanetur, & non accidat infirmo nocumentũ penitus. Etiam possibile est, ut ligetur Intestinum etiam cum filo subtili: quod absterfum est ex intestino animalis, annexo cum eo postquam intromittitur in acum. Et est, ut accipias extremitatem huius fili ex intestino, & excarnetur multũ. Deinde liga in extremitate eius filum lini subtile inuolutum. Deinde intromitte illud filum in acum, & sue cum eo intestinũ. Deinde reduc ipsum in disruptiõem. Et iste modus suturæ cum formicis & intestino, non est nisi secundum uiam fiduciȩ & spei. Scias, uulnus quod est magnum, amplum, præcipue si est in uno intestinorũ gracilium: tunc non est ingenium nisi subtiliatio, neq; est eius sanatio omnino.

¶ De cura Zuchemen, & Fistularum. Caput LXXXVIII.

Fistula propriæ quæ sit.

SCIAS, quod omne uulnus, aut apostema quando ueterascit & antiquatur, & fit ulcus, et non cõsolidatur, & emittit pus semper, et non abscinditur: tunc nominatur uniuersaliter in quocunq; membro fuerit Fistula, et nos nominamus ipsum Zuchemen. Et Fistula quidem est se-

cundum ueritatem nodatio filtrata, dura, alba: cum qua non est dolor, A
cui est concauitas pennæ auis: & propter illud nominant eam quidam Risati, id est, pennā. Et est in quibusdam horis humida, quę emittit pus. Et fortasse scinditur humiditas in quibusdam horis. Et quādoq; est hæc humiditas multa, & est pauca: et est grossa, & est subtilis. Et ego iam pręmisi in diuisione, tunc cum dixi uulnera, quod omne ulcus quod non sanatur, neq; nascitur in eo caro, non est illud nisi propter unam nouem caussarum. Quarum una est, aut propter paucitatem sanguinis in corpore: aut propter maliciam eius: aut quoniam inter ipsum, et super labia eius est caro dura, prohibens natiuitatem carnis: aut quia est multæ sordis & sordiciei: aut quoniā ulcus in seipso est putridū, et materia quæ mittitur ei est malæ qualitatis: aut quoniā medicina est inconueniens in curatione eius: aut quoniam corruptio cadens in regione est genus pestilentiæ, aut per proprietatem in regione, sicut accidit in Cæsaraugusta: in qua fit difficilis digestio ægritudinum, & tardatur in ea sanatio apostematū per naturam: aut quoniam in eo est os unū, aut numerus ossium. Et ego iam ostendi omnes istas caussas & signa earū, et curationes ipsarum cum medicinis in diuisione: & oportet hic ut faciam te scire curationem Fistulæ & Zuken, quæ fit per uiam operationis cum manu.

Indicium Vlcerum.

Scias ergo, quod Fistula accidit in omnibus membris corporis. nam ex eis sunt Fistulæ quæ perueniūt ad uenas magnas & arterias, aut neruos, aut sifac: aut ad intestinū, aut ad uesicam, aut ad aliquam ex costis: B
aut ad aliquam ex spondilibus dorsi, aut ad aliquam iuncturarum compositarum compositione: sicut manus, & pedis: et ex eis sunt quæ uadunt ad propinquitatem membri principalis, et similium. Quæ ergo ex his Fistulis est secundum hunc modum, est ex ægritudinibus difficilis sanationis, & non recipit curationem, & occupatio cum ea est labor & ignorantia. Quod si est ex Fistulis aliqua cuius profunditas non peruenit ad hæc loca quæ dixi: & speras, et confidis in curatione eius, & uis peruenire ad cognitionem illius, tunc accipe tentam ex ære, aut ferro, si Fistula tendit secūdum rectitudinem, & perquire eam cum ipsa. Si autem in Fistula est tortuositas, tunc inuestiga eam cum tenta de plumbo subtili. Quoniam plumbum cum lenitate sui corporis alleuiatur, et curuatur circa tortuositatem. Quod si Fistula est habens orificia multa, non est tibi possibile ut significes super eam cum tenta. Clisteriza ergo ex eis orificium ex orificijs suis. nam humiditas qua clisterizas ipsum, uadit uersus orificia alia, & currit ex eis. Deinde exquisite inquire secundum quem modum est tibi possibile: ut cognoscas quod illic est os, aut neruus, & est Fistulæ concauitas longinqua, aut propinqua: aut est Fistula una cui sunt orificia multa, et sta super totum illud, cum summa fortitudinis tuæ: cum interrogatione tua, qua interrogas infirmum, & inuentione doloris apud compressionem cum manu tua super locum, et simi-

C libus ex significationibus & caussis accidētibus apostemati. Cum ergo steteris super omnia illa statione uera, tunc uade ad curationem secundum confidentiam: & est, ut consideres tunc, si est Fistula propinqua apparens, aut in loco saluo longinquo a iunctura, aut a neruo, aut arteria, aut uena, aut uno locorum quæ dixi tibi: tunc seca Fistulam secundum quod præmissum est ex narratione mea, & aufer quod est in ea ex filtratione, et carnibus corruptis, quod nascitur in orificio eius ex carne, aut thelul, & similibus: et cura ipsam, donec sanetur. Si autem Fistula est longinquæ profunditatis, & est secundum rectitudinem: tunc oportet ut seces eam in profundo quantū est tibi possibile. Deinde mundifica ipsam ex omnibus carnibus eius corruptis. Deinde administra licinia inuoluta in medicinis acutis: & intromitte ea usque ad concauitatem Fistulæ quam comprehendisti cum ferro: fac cum ea illud aliquotiens, donec corrodat medicina acuta totum quod remansit in concauitate Fistulę ex corruptione. Deinde restaura ipsam cum unguentis quæ generant carnem sanam, donec sanetur. Si uero non sanatur per illud, tunc cauteriza ipsam secundum quod narrauimus. Si ergo caussa Fistulæ est os, & certificat̄ apud te illud: tunc inquire ipsum, & seca ipsum secundum quod narraui tibi: si non prohibet te aliquid ex uena, aut neruo, aut membro principali, sicut diximus. Si ergo detegitur tibi os, et est
D in eo quiddam corruptionis, & nigredinis: tunc rade ipsum, donec auferatur corruptio eius tota. Deinde cura ipsum cum eo quod incarnat ipsum, donec sanetur. Quod si non sanatur, & emittat pus sicut faciebat: tunc scias, quod tu non peruenisti ad totam eradicationem corruptionis. Detege ergo super illud secundo, et exquisite fac rasionem eius, & mundificationem ipsius cum ultima fortitudine tua. Deinde restaura ipsum. Si ergo sanatur, bonum est: & si non, tunc scias quod illa corruptio est in profunditate longinqua corporis, quam non es consecutus. Non est ergo tibi in ea ingenium, nisi dimittere ipsam naturæ.

Quod si corruptum est os paruum, et est possibile tibi, attrahe ipsum cum forficibus subtilibus quæ conueniunt ad illud. Si autem sunt ossa multa, tunc exquisite fac attractionem eorum omnium, neque dimittas ex eis aliquid cum tua fortitudine. Si uero contrarietatem facit tibi aliquid ex humiditatibus, & non est in incisione eorum timor, uel error: tunc incide illas humiditates & carnes, si sunt illic, & libera ossa. Si uero non est tibi præparatio auferendi ossa ex hora tua, tunc pone super uulnus quod putrefaciat ipsum: et dimitte ipsum, donec putrefiat quod est in circumitu illorum ossium ex carnibus & humiditatibus. Et custodi uulnus ut non consolidetur. Et constringatur sectio quam tu secuisti in operatione tua. Imo pone super ipsum, si times, cotum submersum sulfure trito cum oleo: aut cotum submersum in unguento ægyptio, aut aliquo unguentorum uiridium. Nam quando putrefient illæ scilicet hu-

miditates,& ſeparantur ex eis oſſa, alleuiatur ablatio eorum,et ipſorum A
attractio. Si autem eſt os unum magnum,ſicut os cruris,aut os coxæ,
& ſimilia illis, et quod ex eo corruptum eſt, eſt pars magna: tu nc rade
ipſum raſione ultima, donec auferatur illa nigredo & corruptio. Deinde reſtaura uulnus. Si uero quod eſt in eo corruptum, eſt pars magna,
& corruptio iam conſecuta eſt medullam oſſis, tunc neceſſe eſt ſerrare
ipſum, & incidere ipſum totum uſque ad locum, ubi peruenit corruptio: tunc cura ipſum, donec conſolidetur. Et ego narro tibi zuken,
quæ accidit uiro in crure ſuo: ut ponas ipſam exemplum & adiutorium
ſuper operationem tuam. Fuit uir iuuenis ætate circiter triginta annos, Experimentū
cui accidit dolor in crure ſuo, à cauſſa quæ mota eſt ſuper ipſum intra Autoris.
corpus, id eſt, ab interioribus, donec peruenerunt materiæ ad crus, & apoſtematum eſt apoſtemate magno: & non fuit ei cauſſa extrinſeca. Extenſum eſt ergo cum eo tempus cum errore medicorū, donec apertum
eſt apoſtema, & concurrerunt cum eo materiæ multæ. Et poſtpoſita eſt
curatio eius, donec fiſtulatum eſt crus, & facta ſunt in eo orificia multa:
quę omnia emittebāt pus, & humiditates corporis. Curauit ergo ipſum
multitudo medicorum circiter duos annos, & non fuit in eo ſapiens in
arte manus, donec uocatus ſum, & uidi crus eius, & materias quæ currebant ex illis orificijs curſu magno: etiam omne uiri corpus iam tabuerat, & color eius citrinus erat. Intromiſi ergo tentam in uno locorum
orificiorum, & peruenit tenta ad os. Deinde perſcrutatus ſum orificia
omnia: & inueni ea peruenire ad ſe inuicem ex omnibus partibus cruris. Properaui ergo, & ſecui ſuper unum illorum orificiorum, donec de B
texi partem oſſis: & inueni ipſum corruptum: quod iam corroſum erat,
& denigratum, et putruerat, & perforatum erat, donec penetrauerat uſque ad medullam. Serraui ergo quod detectum eſt mihi, & præparatum ex oſſe corrupto. Et deputaui, quod non eſſet in oſſe niſi illa corruptio, quam abſcidi, & ſerraui. Et ego iam eradicaueram eam. Deinde
poſui reſtaurationem uulneris cum medicinis conſolidatiuis ſpacio longo. Et non eſt conſolidatum. Deinde tentaui, & detexi ſuper os ſecundo ſupra detectionem primam: & inueni corruptionē continuam cum
oſſe: & ſerraui quod apparuit mihi etiam ex illa corruptione. Deinde
conatus ſum reſtaurationem eius. Et non eſt reſtauratum. Detexi ergo
ſuper ipſum iterum, & non ceſſaui incidere os particulatim, & conari
reſtaurationem eius: & non eſt reſtauratum, donec incidi ex oſſe circiter palmum unum, & extraxi illud cum medulla ſua. Deinde reſtauraui ipſum cum medicinis, & conſolidatum eſt uelociter, & ſanatum: &
non fuit neceſſaria hæc iteratio in operatione eius, & ſectione ipſius, niſi propter diſpoſitionem debilitatis infirmi, & paucitatem tolerantiæ eius, & timorem meum ſuper ipſum de morte: quoniam accidebat ei in
omnibus horis ex ſuperfluitate euacuationis ſyncopis mala. Sanatus eſt


C ergo sanatione integra: & nata est in loco ossis caro dura, et bona facta est dispositio in corpore suo, & rediit uirtus eius: et conuersatus est in dispositionibus suis: & non fecit ei contrarietatem in ambulatione nocumentum omnino. Si autem os eminens in loco corporis iam fractum est: tunc oportet ut serres ipsum, secundum hunc modum: & est: ut accipias ligamentum, et stringe ipsum in extremitate ossis eminentis: & præcipe alicui, qui extendat ipsum ad sursum: et pone ligamentum aliud ex lana grossius ligamento primo. Deinde liga ipsum super carne, quæ est sub osse: & extende extremitatem eius, ut trahas carnem ad inferiora: & tu detegis carnem super locum quem uis serrare, ut non lædat Serra carnem. Pone lignum, aut tabulam sub osse inferius decenter: quoniam quando facis illud, non prohibetur quin secet carnem corruptam. Et oportet ut sit Serratura super locum corruptum parumper, ut non sit in concauitate ossis corruptio: & non appareat in apparitione sua sensui, & cogat ad Serraturam sui uice alia. Quod si os est corruptum, et non est eminens, imo continuatur pars eius cum parte: & corruptio est in medio eius, aut in parte ipsius: tunc detege carnē ab omnibus partibus totam. Deinde pone lignum inferius. Postea serra illud ex parte prima, ubi est corruptio, donec continuetur Serratura ex parte altera: et sit Serratura secundum longitudinem a corruptione parumper, secundum quod diximus.

Serraturæ modus.


D Quod si corruptio est in iunctura, incide ipsam iuncturam corruptam, et serra os ubi continuatur ex parte altera. Si uero corruptio est in continuatione duarum iuncturarum, tunc non est in ea ingenium nisi abrasio. Quod si corruptio est in pectine manus, aut in pectine pedis: tunc res in eo est difficilis ualde. Verum oportet, ut inquiras corruptionem qualiter appareat tibi. Et abradas eam, & mundes ipsam secundum quamcunque dispositionem tibi possibile est, & cum quocunque ingenio rectificatur tibi: quando non facit tibi contrarietatem Vena, aut Neruus. Et scias quod incisoria, & Serræ ad incidendum ista ossa sunt multa, secundum situm ossium, & præparationem eorum, & ipsorum grossitudinem, et subtilitatem eorum, & magnitudinem, & paruitatem ipsorum, et duriciem ipsorum, & eorum raritatem. Quapropter oportet, ut præpares omni speciei operationis instrumentum conueniens ad illam operationem.

Et scias, quod operationes istæ significant tibi super speciem instrumenti quo indiges, quando tecum est studium longum. Et cognitio modorum huius artis, testimoniū modorum ægritudinum: tunc enim iam inuenies per teipsum illud quod conuenit ei ex instrumentis ad omnem infirmitatem. Et ego sum firmans tibi in ultimo huius capituli numerum instrumentorum, quæ pones exempla super quæ incides, & probationem qua experiaris super alia.


Forma Serræ. A




Forma alterius Serræ.




Forma Serræ alterius.



Forma Serræ alterius.




B




Hæc forma Serræ depicta, sit decenter facta. Fiat arcus eius superior, & acuitas eius ex ferro: & manubrium eius ex buxo, et sit pyramidale decenter factum.

Forma Rasorij iuncturarum.




Sit caput huius Rasorij, secundum formam capitis claui stellati: et puncta eius sint secundum formam punctorum elischetfegi. Et non conuenit, nisi ut fricentur cum eo capita iuncturarum, quando corrrumpuntur, aut os amplum, & magnum est.


Forma maioris Rasorij.




Forma medij Rasorij.




C Forma Raſorij lati.




Forma Raſorij in quo eſt concauitas.




Forma Raſorij alterius ſubtilis.




Forma Raſorij alterius curuatæ extremitatis.




Forma Raſorij parui, ſubtilis tentæ.




D Forma Raſorij cum quo inciduntur oſſa.



Forma etiam Raſorij magni.



Hoc ſimilatur Radio, & extremitas eſt ſicut Serra: exhibetur in locis multis ex raſione oſſium.



Forma Raſorij quod conuenit ad raſionem eius quod perforatum eſt ex oſſibus. Extremitas eius triangula, acutarum eſt extremitatum. Fit ex Indi. Et ſimiliter oportet, ut fiant omnia quæ diximus ex Raſorijs, & Inciſorijs, & Serris.

¶ De inciſione extremitatum, & Serratura oſſium. Caput LXXXIX.

PVTREFIVNT extremitates, aut ex cauſſa extrinſeca, aut intrinſeca. Cum ergo medicatus fueris illam corruptionē curatione medicinarū, et non confert curatio: & uides corruptionē incidere in membrum, quam non repercutit aliquid: tunc oportet ut incidas illud mem-

❡ Typus Serraturæ membrorum corporis humani.



C brum usq; ubi consequit̃ corruptio, ut euadat infirmus per illud a morte, aut a malicia quæ est maior defectu membri. Et signum cui accidit illud est, quod denigratur membrũ, donec putetur: quod ignis combussit ipsum, aut putrefit post nigredinẽ: donec inciditur illa putredo usq; ad illud quod sequitur illud membrũ, et serpit in totũ corpus. Propera ergo cum incisione eius, & similiter si caussa corruptionis est a percussione quorũdam uenenosorũ: sicut scorpionis marini, & uiperæ, et rutellæ, & similiũ. Si ergo corruptio, aut percussio est in extremitate digiti, tunc incide digitũ, et non des spaciũ corruptioni, ut incedat usq; ad reliquã manum. Et similiter si accidit in manu, tunc incide eam ex radice focilis, & non des spacium corruptioni, donec capiat in focili brachij. Et si inuadit in eo, tunc incide brachium apud cubitũ in iunctura sua. Si autẽ pertransit corruptio, & uides eum circiter cubitum: tunc in illo est mors infirmi. Et administrare præter illud ex curatione, est quantitas uirtus. Et similiter fac de pede, quando inuadit corruptio in digito, tunc incide ipsum apud unũ nodorum: & si capit in pectine pedis, tunc incide pedem totum. Si autem ascendit ad genu, tunc incide crus apud iũcturam genu. Quod si corruptio iam peruenit supra genu, tunc non est in ea ingeniũ, nisi dimissio, & relinquere infirmũ morti. * Et modus incidendi membrũ, aut serrandi ipsum est, ut stringas ligamentũ in inferio-

D ri, quem uis incidere: & stringe ligamentũ aliud supra locum. Et extendat minister ligamentum unum ad inferiora: & extendat minister aliud ligamentum superius ad sursum. Et tu separa carnem quæ est inter duo ligamenta, cum Spatumili lato, donec detegatur caro tota. Deinde incidatur, aut serretur. Et oportet, ut ponas ab omnibus partibus pannum lini, & non tangat Serra locum sanum: & accidat infirmo læsio addita, & apostema calidum. Si autẽ accidat fluxus sanguinis interius dum operaris, tũc cauteriza locum uelociter: aut pone super ipsum quosdam pulueres abscindentes sanguinem. Deinde redi ad medicationem tuam, donec compleatur. Deinde liga membrum uulneratũ cum ligamento cõueniente ei, et cura ipsum, donec sanetur. Et ego narro tibi quod accidit uiro in pede suo, hoc idem accidens quod narro tibi. Quod est, quia accidit in pede suo nigredo, cum adustione quæ assimilatur combustioni ignis: & corruptio illa in primis accidit in digito suo, donec cœpit pedem totum. Properauit ergo uir ex seipso, postquam uidit corruptionem incidere in membro cum uehementia eius, quod inuenit ex dolore, & adustione eius: et incidit ipsum apud iuncturam, & sanatus est. Et postquam præterijt ei tempus longum, accidit ei illa eadem corruptio in digito manus suæ indice. Venit ergo ad me, & conatus sum recuperare illam superfluitatem cum eo quod posui super manum ex medicinis post mundificatiõem corporis eius: & non repercussa est superfluitas, & cœpit incedere in digũit alium; donec cœpit corruptio in ma-

Experimentũ Autoris.

num. Vocauit ergo me, ad incidendum manum eius: & nolui illud, sperans ex me super repercussionem illius superfluitatis: & timui etiam super ipsum apud incisionem manus eius mortem. Quoniam uirtus uiri erat super casum. Postquam ergo desperauit de me, reuersus est ad terram suam: & peruenit ad me de eo, quia properauit, & incidit manum suam totam: & sanatus est. Et non attuli hanc narrationem, nisi ut sit adiutorium super illud quod cadit de genere huius ægritudinis: & ut sit significatio qua significetur, et secundum quam agatur. A

¶ De cura Sinuum, & qualitate clisterizationis cum medicinis. Caput XC.

QVANDO accidit apostema in quibusdam mēbris carnosis, & prolongatur spaciū apostematis, donec collectionē facit saniei: deinde rumpit̃, aut perforatur, & egredit̃ quod in eo est ex sanie, & remanet locus uacuus quasi sit uas: & cutis quæ est super ipsum sicut pānus qui iam subtiliatus est: et non peruenit ad ultimū in corruptione sua, neq; imprimit in os, neq; in neruum, neq; in ligamentū: meretur ut nominetur Sinus: & non nominatur Fistula: uerūtāmen si prolongatur spacium eius, donec imprimat corruptio in aliquid horū membrorum, tunc nominat̃ Fistula, aut zuken. Et cura eius est, ut incidas illā cutem totam sicut reuoluitur: & præcipue quando subtiliata est, & facta sicut pannus: et confidis quia non aæhæret cum loco, propter corruptionem suam. Si autē speras quod adhæreat cutis, & non consequitur ex eo corruptio illa ultima consecutione: & si in cute est spissitudo ex carne, tunc cura ipsum cum Clisteri: & est, ut consideres ad Sinum. Tunc si est magnus, et pus quod emittitur ex eo est fœtidi odoris: tunc clisteriza ipsum cum medicamine ægyptio, quod est aceti, & olei, & ziniar, partes recipiens æquales, aggregentur in uase: & decoquantur super ignem, donec rubeat medicamen: & ueniat in spissitudinem mellis. Deinde accipe ex eo quod tibi necesse est: & dissolue ipsum cum aqua & melle, et clisteriza cum eo Sinum: & stringe orificium eius, & dimitte medicinam in eo ad quātitatem duarū horarum. Deinde extrahe ipsum cū expressione: fac illud diebus tot, donec mundificetur Sinus, et remoueat̃ fœtor. Sinus. Fistula. B

Et quandoq; clisterizatur cum aqua cineris, quando non est tibi præsens hoc medicamen: et est, ut accipias cinerem lignoꝵ uitis, aut cinerem ex lignis ilicis: et projjcias super eam aquā. Deinde cola eam, & clisteriza cum ea, donec confidas quod Sinus iam ablutus est. Quod si infirmo non est tolerantia super medicamen ægyptium, neq; aquam cineris, tunc clisteriza ipsum cum aqua & melle, cui iam permixtum est aliquid ex ziniar contrito. Aut clisteriza ipsum cum melle & uino permixtis, quoniam de proprietate mellis est, ut mundificet, & abluat: et uinum facit adhærere Sinum, præcipue quando in uino est superfluitas stiptici-

C tatis & ſiccitatis. Cum facis illud aliquotiens, et confidis quod Sinus corruptio iam remota eſt: tunc cliſteriza ipſum cum eo quod facit naſci carnem in eo. Et eſt, ut accipias ex emplaſtro dyaſinicon: & diſſoluas ipſum cum oleo roſato, et uino ſtiptico: aut cliſteriza ipſum cũ quibuſdam medicinis, et unguentis alijs, quorum proprietates ſcripſi in tractatu unguentorum. Quod ſi orificium Sinus eſt ſtrictum, in quo non capit cannula cliſteris: tunc amplifica ipſum cum ferro parumper: aut pone in ipſo licinium inuolutum in unguento ægyptio, aut in unguento baſilicon, donec amplificetur. Et ſimiliter ſi eſt orificium etiã amplum, tunc aggrega labia eius cum ſutura: & dimitte ex eo quantitatẽ in quam ingrediatur cliſtere ſine additione. Et ſimiliter ſi orificiũ eius ex quo currit pus, eſt eleuatum ad ſuperiora: tũc ſeca ipſum in depreſſiori loco qui eſt in ipſo, ut currat ex eo pus uſq; inferius: quoniam pus quando cõartatur in profunditate Sinus, prohibet carnẽ generari in eo. Quod ſi non eſt tibi poſſibile ſecare Sinum circiter inferius eius ſecundum quod uis: tunc conare, ut prępares membrum præparatione qua currat ex eo pus cum facilitate ſecundũ quod prępàratur tibi. Conare, ut non retineatur in eo aliquid ex pus omnino: et accipe medicinas cõſolidatiuas quæ ponuntur ſuper ſignum, conuenientes ad illud quod uis. Et extende eas ſuper pannũ lini. Et ſit pannus tantæ quantitatis, qua fiat cõmunicatio to-
D tius Sinus. Deinde incide cum forficibus in directo orificij Sinus foramen, amplius orificio Sinus parumper. Deinde extende ex unguentis lenibus ſuper pannum alium, ſecundum quantitatem foraminis: & pone eum ſuper ipſum poſitione longinqua ab orificio Sinus, ut alleuietur exitus pus ex eo: & non auferas pannũ magnum, niſi poſt dies aliquos uice una. Ille autem qui eſt ſuper orificium Sinus, eſt ille quem remoues in omni hora, ut egrediatur quod aggregatur in eo ex pus: & ut ſcias, an illud quod currit ex eo uirus, eſt multum, aut parum: aut digeſtum, aut indigeſtum. Et cum hoc iterum conſidera locum Sinus ipſius, an in ipſo ſentiat dominus eius dolorem, aut nõ ſit in eo dolor, & an ſit in eo apoſtema, aut non ſit in eo apoſtema. Cum ergo protenditur medicatio tua taliter, & uides materiam quæ egreditur ſuper orificium Sinus, tunc ſcias, quod Sinus iam adhęret, aut approximat adhęrentiæ: tunc ergo ſolue ipſum in mane, aut in tertio die: et quãdo ſoluis uulnus, tunc permuta pannũ alium, & renoua unguentum. Si autem egreditur ex Sinu poſt ſpacium longũ uirus ſubtile, tunc non deſperes de adhærentia eius. nam ſanatio eius appropinquat. quoniam ex hominibus ſunt qui tardant generationẽ carnis in uulneribus ſuis, & ex eis ſunt qui agunt econtrario illius. Si autẽ egreditur ex Sinu poſt dies multos pus indigeſtum, tunc ſcias quod ſinus non adhæret. Si ergo tardatur adhærentia Sinus, & prolongatur res eius: tunc adde in exiccatione medicinarum. uerum faciant medici, ut ſint medicinæ in ſubſtantia ſua humi-

dæ, et in uirtute sua siccæ: sicut unguentum dyasinicon, quando additur in eo superfluitas additionis ex zegi. Et ex magis ultimo quo curatur, est, ut accipias unguentum dyasinicon, & soluatur cum oleo rosato, & roretur super ipsum uinum antiquum æquale in substantia sua. Deinde confice ipsum cũ eo, & utere ipso. Etiam facit simile huic actioni, quando non est tibi præsens unguentum dyasinicon, mel, quando decoquis ipsum, donec ingrossetur, & uteris eo. Aut accipe myrrham, & aloen, & olibanũ: tere totum, & pulueriza illud super mel dum est super ignem. Deinde line super ipsum pannum, et stringe ipsum super Sinum: & line cum melle quod decoquisti, donec ingrossatum est: & pulueriza super ipsum species, & pone super ipsum pannũ, et stringe eum. Et quandoque administratur in illo aristolochia longa, & radices lilij cœlestis, & est lilium: et farina herbi, & centaurea. utere eis simplicibus, aut aggregatis. tere ea, & cribella ipsa: et pulueriza super mel quod narraui, & utere eo. Quod si prolongatur res Sinus, et non sanatur hac curatione: tunc scias, quod in profundo eius est corruptio: aut iam facit impressionem in ossibus, aut in reliquis membris duris, aut ligamentis: tunc cura ipsum curatione Fistularum, secundum quod præmissum est. A

¶ De cura Panaritij & unguis attritæ, et incisione digiti additi, & sectione. Caput XCI. B

PANARITIVM est apostema quod nascitur sub ungue pollicis manus, aut pedis: et fortasse nascitur in reliquis digitis. Cum ergo prolongatur res eius, & negligitur curatio eius, et apostematur apostemate calido: aut corrumpitur, et emittit pus, donec corrodit radicem unguis: & fortasse corrumpit eam totam, et fortasse peruenit corruptio ad os, donec est ei odor fœtidus: & fit extremitas digiti lata, et fit color eius fuscus. Quando ergo tu curas ipsum, cum eo quod diximus in diuisione, et non confert curatio tua: tunc oportet ut incidas cum ferro totã superfluitatem quæ remansit ex ungue. Deinde cauteriza uulnus post illud. Cauterium enim iuuatiuũ est ualde. Si uero os est sanum, et est unguis etiam sana, et additiones uacuæ unguis iam comprimũt carnem ad interiora, & incipiunt pungere ipsam, et lædunt eam: tunc oportet ut ponas Radium subtilem sub angulo unguis quæ pungit carnem, et impelle eam sursum: & incide eam carnẽ cum facilitate, et pone super illud quod remanet de carne ex medicinis comburentibus, corrosiuis, donec remoueatur totũ eius. Deinde cura illud cum unguẽtis, donec sanetur. Panaritium.

Si autem corruptio iam imprimit in os, tunc oportet ut incidas illud os, & extrahas ipsum: non enim sanatur unquam dum permanet in eo os corruptũ. Quod si uides corrosionem & corruptionẽ incedere in digitum, tunc incide eum in uno nodorum, secundum quod præmissa est eius rememoratio. Deinde cura ipsum, donec sanetur. Si autem accidat ungui attritio, aut percussio: et contingit in ea dolor uehemens, tunc

C oportet ut phlebotomes infirmũ in primis. Deinde seca unguem cum Spatumili acuto sectione transuersa de sursum ad uisum. Et custodi, ne sectio perueniat ad carnem quæ est sub ungue. nam tu facies accidere per illud super infirmũ dolorem uehementem, & erit caussa ad natiuitatem carnis additæ in loco. Deinde cura locum cum eo quod sedat dolores. Digitus uero additus qui nascitur in quibusdam manibus hominum, fortasse est carnosus totus: et fortasse sunt in quibusdam eorum ossa, & fortasse est in eo unguis: et quidam eorum nascitur in radice iuncturæ, aut est natiuitas eius in quibusdam nodis digiti. Ille ergo qui nascitur in quibusdam nodis digiti, non mouetur: & ille qui nascitur apud iuncturam digiti, fortasse mouetur. Eius ergo qui ex eis est carnosus, sectio eius facilis est. Quod est, ut incidas ipsum apud radicem suam cum Spatumili lato. Eius autem cuius natiuitas est in radice iuncturæ curatio, est difficilis. abstine ergo ab incisione eius. In illo uero qui nascitur in digito apud ultimũ nodorum, tunc oportet ut incidas in primis carnem eius incisione rotunda usq; ad os. Deinde serra os cum una illarum Serrarum conuenientium ad illud. Deinde cura ipsum, donec sanetur.

Digiti superflui sectio.

Consolidatio autem quæ accidit digitis adinuicem, multotiens accidit aut ex natiuitate hominis, id est, nascitur cum eo, aut a consolidatione uulneris, aut combustione ignis, & similibus. Oportet ergo ut seces illam consolidationem, donec redeant digiti secundum formam suam D naturalem. Deinde pone inter eos licinia, aut pannos infusos in oleo rosato: ut non consolidentur uelociter, & separa inter eos: aut pone inter eos laminã plumbi subtilem, donec consolidetur locus secundum quod oportet. Et similiter si accidat consolidatio quibusdam digitis cum palma, tunc seca illam consolidationem, secundum quod præparatur, & conuenit figuræ membri.

Vites.

¶ De incisione Vitium. Caput XCII.

VITES sunt Venæ inuolutæ, grossæ, plenæ superfluitatibus melancholicis quæ accidunt in pluribus membris corporis: & plurimũ euentus earum est in cruribus, præcipue in cruribus iter agentium & laborantiũ, et portantium. Oportet ergo ut administres excussionem corporis ex cholera nigra aliquotiens excussione forti. Deinde phlebotoma patientis eas basilicam. Curatio uero earũ cum ferro, est secundum duos modos. Vnus eorum est, ut secentur, et extrahatur sanguis niger. Et modus alter est, ut eleuetur Vena, & extrahatur tota.


Sectio uero eius est secundũ hunc modum. Embroca crus in primis cum aqua calida multum, donec resoluatur sanguis grossus feculentus. Deinde stringe crus infirmi a superiori parte coxæ eius, usq; ad inferiorem partem genu cum uitta. Deinde seca uenam in loco uno, aut duobus, aut tribus sectione ampla. Deinde eleua, id est, extrahe sanguinem in manu tua ab inferiori parte cruris, usque ad sursum, & a superiori

usque inferius: donec egrediatur ex sanguine quantitas quam uides suf- A
ficere, & quam tolerat uirtus infirmi. Postea liga eam: & præcipe ei, ut abstineat a cibis generantibus choleram nigram: & itera euacuationem & phlebotomiam, quando implentur Venæ, et nocet illud infirmo.


Eleuatio autem eius est secundum hunc modum. Rade crus infirmi, si in ea sunt pili multi. Deinde intromitte ipsum in balneum: aut embroca ipsum in crure eius cum aqua calida, donec rubeat, & exuberentur Venæ: aut exercitetur exercitio forti, si non est ei præsens balneum, donec calefiat membrum. Deinde seca cutem in directo uenæ sectione per longitudinem: aut in ultimo eius apud genu, aut in inferiori parte eius apud calcaneum. Deinde aperi cutem cum uncinis, et excoria uenam ab omni parte, donec appareat sensui: & est apud apparitionem eius, quod uides eam rubeam ad nigredinem decliuem. Cum ergo uadit ex cute, uides eam albam quasi sit chorda. Deinde intromitte sub ea Radium, donec quando eleuatur & egreditur de cute: suspende eam cum uncino cæco, leni. Deinde seca sectionem aliam prope illam sectionem tribus digitis. Deinde excoria cutem a superiori parte uenæ, donec appareat. Deinde eleua eam cum Radijs sicut fecisti, et suspende eam cum uncino alio, sicut fecisti in primis. Deinde seca sectionē aliam, aut sectiones plures, si indiges illo. Deinde eleua, & incide ipsam ultima sectione apud cal- B
caneum. Deinde extrahe eam ad sectionem quæ est supra eam. Et fac illud, donec extrahas eam ex sectione quæ est superior, uel altior sectionibus omnibus, donec quādo egreditur tota: tunc incide eam. Si autem non obedit tibi ad extrahendum, et eleuandum: tunc intromitte acum cum filo forti duplo, & liga eam, et extrahe ipsam: aut intromitte sub ea Radium: et reuolue manum tuam ad omnem partem, donec egrediatur. Et caue, ne incidatur. nam si incidatur, fit difficile tibi eleuare eam ualde, & ingreditur super infirmum ex ea nocumentum. Cūm ergo extraxeris eam totam: tunc pone super locum uulnerum lanam submersam in uino & oleo rosato, aut oleo: & cura ipsum, donec sanetur.

Quod si Vitis est contracta, habens tortuositatem cui sit inuolutio ad partes, & non est sicut diximus secundum rectitudinem: tunc oportet ut findas super eam ad omnem partem tortuositatis eius, & loca inuolutionis ipsius. Deinde suspende eam cum uncinis, donec eleues eam totam: & caue apud sectionem tuam super eam ne incidas uenam, aut uulneres: nam difficile fiet super te eleuare, uel extrahere eam. Conserua ergo prudentiam tuam.

Forma Incidentis quo sanatur Vitis.



C Forma Vncini cæci.



Non est ei curuitas sicut reliquis Vncinis, neque est acutæ extremitatis, ut non uulneret uenam: & est grossæ flectuositatis, lenis: quoniam si esset subtilis, incideret uenam subtilitate sua: imo sit ei superflua grossitudo, sicut diximus.

¶ De extractione Venæ cruris. Caput XCIII.

HAEC Vena generatur in cruribus in terris calidis, sicut Alizegi, & terra Arabum, et in terris aridis, calidis, paucæ teneritatis, id est, in quibus non nascitur herba, neq; arbor. Et fortasse generatur in locis alijs corporis præter crura. Et generatio quidem eius est a putrefactione quæ accidit sub cute. sicut accidunt intra corpora serpentes & uermes ascarides, et uermes generati inter cutem & carnem. Et signũ incæptionis euentus huius Venæ est, quod accidit in crure inflammatio uehemẽs. Deinde uesicatur locus. Deinde incipit Vena exire ex loco illius uesicationis, quasi sit radix plantæ, aut animal. Cum ergo apparet ex ea extremitas eius, tunc oportet ut inuoluas super ipsam frustum plumbi, cuius pondus sit ex drachma keil, usq; ad drachmas .II. &
D noda ipsam: et dimitte plumbũ suspensum ex crure. Quotiẽs ergo egreditur ex ea aliquid ad exteriora, inuolue illud in plumbo, & noda illud, Quod si prolongatur multũ, tunc incide partem eius, & inuolue residuum. Et non incidas eam radicitus antequam egrediatur tota. quoniam si incidis, contrahitur, & ingreditur in carnem: et facit accidere apostema, & putredinem in loco, & ulcus malum. Quapropter oportet, ut suauiter tractetur, & extrahatur paulatim, donec egrediatur ex ultimo sui, & non remaneat ex ea aliquid in corpore: & ex hac quidem Vena egreditur in quibusdam hominibus quod est in longitudine sua quinq; palmorũ & decem. Et iam peruenit ad me, quia exiuit uiro ex .xx. palmis. Si autem inciditur tibi in hora medicationis tuæ: tunc intromitte radium in foramine eius, & perfora eam foramine longo, cum corpore, donec euacuetur totum quod est in ea ex materia: & administra putrefactionem loci cum medicinis diebus aliquot. Deinde cura ipsum curatione apostematum. Et hæc quidem Vena quandoque habet ramos multos, præcipue quando apparet in iunctura pedis, aut in pede ipso: & accidunt ei orificia multa, & egreditur ex omni orificio ramus. Cura ergo ipsam, sicut diximus in diuisione, & cum eo quod præmissum est.

¶ De sectione super Vermes generatos sub cute, & dici-

tur Aegritudo bouina. Caput XCIIII. A

HAEC Aegritudo nominatur in quadam terra apud nos Aegritudo bouina: propterea, quia multotiens accidit bouibus, & est uermis paruus unus, qui nascitur inter cutem & carnem. Et uadit in corpore toto, ascendendo & descendendo: et ostenditur sensui apud ambulationē eius de membro ad membrum, donec disrumpit ubicūq; disrumpit in cute locum, & egreditur. Et generatio eius est ex putredine quorundam humorum. Sicut accidunt uermes & serpentes, id est, lumbrici, & ascarides in uentre. Et timetur ex malicia eius. Quia quādo ipse uadit in corpore, & eleuatur ad caput, et peruenit ad locum: tūc fortasse aperit in eo, & egreditur, et destruit oculum: & accidit illud multotiens. — *Aegritudo bouina.*

Cum ergo uis curare eum, & extrahere ipsum, tunc non fit illud nisi apud ambulationē eius, & apparitionem ipsius sensui. Oportet ergo, ut stringas quod est supra eum, & quod est sub eo cum ligamento constrictione forti. Deinde seca super ipsum, & extrahe eum. Quod si profundatur in carne, & non inuenis ipsum: tunc pone super locum cauterium cum igne, donec moriatur. Et maius quod timetˀ, est corruptio eius, quæ corrumpit oculū, sicut diximus. Si autē uides eum iam peruenisse in capite prope oculum, tunc stringe sub eo supercilium strictura bona. Deinde seca super ipsum, & extrahe eum. Et oportet ut utatˀ infirmus mundificatione sui corporis, cum medicinis soluentibus humores putridos B malos. Et caueat sibi a cibis generantibus putrefactionem.

¶ De sectione super ægritudinem Nakir. Caput XCV.

HAEC ægritudo nominatur in terra nostra Nakir: & est dolor qui accidit in quibusdam membris: deinde permutatur de membro ad membrū. Et ego quidem iam uidi ipsum, secundū quod narro tibi. Vocatus sum ad mulierem infirmā in quibusdam uillis. Et detexit brachium suum, & uidi inflationē paruam in uena funis brachij. Et postquam remansi hora una, uidi unam inflationem incedere cum focili, sicut incedit uermis, ascendendo ad humerū eius uelocius quam esse potest: ut sit sicut argentum uiuū, quando currit de loco ad locum. Recessit ergo dolor ex illo loco, & fixus est in humero. Deinde sedi hora una, et cucurrit in reliquum corpus, donec perueniret in brachium aliud. Deinde narrauit mihi, quia reuoluebatur in toto corpore suo, secundū quod uidi. Miratus sum ergo de uelocitate permutationis eius de membro ad membrum. Et ego quidem ante illud non uideram hanc ægritudinem oculis meis taliter secundū hunc modum. Verumtamen uidi multos, qui inueniunt dolorem permutari de membro ad membrum: et non uidi ipsum oculis, sicut uidi eum in muliere. Et ego non cogito illud esse, nisi quod est propterea, quod mulier fuit ex illis qui sunt ex uillis sicci corporis de — *Nakir.*

C tectarum uenarum: hinc ergo apparet sensui illa uentositas permutata. Et est necesse, ut non appareant secundũ hanc rationẽ in illis qui sunt delicíosi, & corporibus humidis, occultarũ uenarum. Cum ergo uis curationem eius, et sentit patiens illud dolorem: tunc si est apparens tibi oculo, sicut diximus, tunc stringe supra ipsum, & sub ipso uelociter: et seca supra ipsum, donec egrediatur illa uentositas cõartata: & cauteriza locum. Si autẽ non uides ipsum oculis tuis: tunc cura ipsum cum excussione corporis, & cum eo quod expellit uentositates, et carminat eas cum pillulis foetidis, & pillulis de serapino, & similibus.

¶ De extractione Sagittarum. Caput XCVI.

Sagittarum uarietas.

SAGITTAE diuersificantur secũdum species suas, & secũdum loca in quibus cadunt ex corpore. Earum uero diuersitas est: quoniam ex eis sunt quae habent cuspides magnos, & paruos: et concauae, & surdae. Et ex eis sunt quae habent tres angulos. Et ex eis quibus sunt linguae. Et ex eis quibus sunt astellae. Illae uero quae sunt secundũ membra in quibus cadunt, est secũdum duos modos. Aut enim mẽbra sunt ex membris principalibus concauis. sicut cerebrum, & cor, et epar, & pulmo, et renes, & intestina, et uesica, & eis similia. Quando ergo cadit in aliquo horũ membrorum, & apparent tibi signa mortis, quae ego

D narro tibi post, tunc oportet ut deuites extractionẽ illius sagittae ex eis. nam mors consequitur illum in quo est, in pluribus dispositionibus. Et quando non apparent tibi ista signa mala, & sagitta non est abscõsa in profunditate membri, tunc extrahe ipsam, & cura uulnus. Ex signis enim cerebri quando cadit in eo sagitta, & penetrat os, et egreditur siphac quod est super cerebrum, est: quoniam accidunt ex illo soda uehemens, & scotomia, et uertigo, & rubedo in oculis, & inflatio, & rubedo linguae, et spasmus, & permixtio intellectus, et uomitus cholerae. Et fortasse egreditur sanguis ex naribus, aut auribus. Et fortasse abscinditur sermo, & destruitur uox. Et egreditur ex loco uulneris humiditas alba similis pulti. Et exit ex eo simile aquositati carnis. Si ergo apparent tibi ista signa, tunc abstine a curatione, et extrahe sagittam si non egreditur.

Signa sagittae infixae Cerebro.

Cordis.

Signa autem sagittae quando cadit in corde, sunt: quod ipsa est prope mammillam sinistram: & sentit cum ea quasi ipsa sit fixa in re dura, non in re uacua. Et fortasse sagittae est motus similis motui pulsus: & currit ex uulnere sanguis niger. Et sequitur illud frigus extremitatum, & sudor frigidus, & syncopis. Scias ergo, quod mors descendit procul dubio. Et signum sagittae quando uulnerat pulmonem, est exitus sanguinis spumosi ex uulnere: & uasa quae sequuntur collum, apostemantur, & mutatur color infirmi. Et expirat spiritum magnũ, altum: et quaerit attractionem aëris frigidi. Quod si cadat sagitta in uelamen, quod est in pectore: tunc est prope costas paruas: et fit anhelitus magnus cum dolore uehementi, cum suspirio: & mouentur omnia membra humero-

Pulmoni.

Velamini pectoris.

¶ Typus extractionis Sagittarum diuersimode infixarum.



C rum. Et si cadat sagitta in stomachum, tunc fortasse egreditur ex uulnere ex cibo aliquid indigestum. Et si cadit sagitta in Ventrem, & figitur in eo: egreditur aliquid stercoris ex uulnere, aut zirbum, aut intestinū quod iam disruptum est. Non est ergo spes in curatione eius, neq; in extractione sagittæ. Quod si sagitta cadat in Vesicam, & egrediatur urina: & procedit ex ea aliquid ad exteriora, et fortior sit dolor super infirmum: tunc scias, quia est mortale. Reliqua autem membra, sicut facies, & collum, et guttur, & spatula, et adiutorium, & spondiles dorsi, et furcula, & coxa, et crus, & eis similia ex membris saluantur secundum plures dispositiones: quando non inuenit sagitta arteriam, aut neruum: et non est sagitta uenenosa. Et ego narro tibi quod uidi de esse harum sagittarum, ut significes per illud super curationem tuam.

Stomacho. Ventri. Vesicæ.

Experimenta Autoris.

Quod est, quia cuidam uiro cecidit sagitta in lachrymali oculi eius, in radice nasi. Extraxi ergo eam ipsi ex parte altera, sub adipe auris eius: & sanatus est, et non accidit ei in oculo eius nocumentum. Et extraxi sagittam aliam Iudæo, quæ cecidit ei in adipe oculi sui sub palpebra inferiori: & sagitta iam occultata erat, et non consecutus sum ex ea nisi extremitatem paruam eius, cum qua adhæret in ligno suo: & erat sagitta magna ex sagittis arcuum Turcorum, cum ferro leni, in qua non sunt aures. Sanatus est ergo Iudæus, & non accidit in oculo eius accidens ma-

D lum. Et extraxi sagittam aliam ex gutture Christiani. Et erat sagitta arabica, & est illa cui sunt aures. Secui ergo super ipsam inter duas guidegi: & iam submersa erat in gutture eius. Subtiliatus sum ergo cum ea, donec extraxi eam: & sanatus est Christianus. Et extraxi sagittam aliam uiro quæ ceciderat in uentre eius: & cogitauimus, quia moreretur ex ea. Postquam ergo præterierunt ei triginta dies, & non mutatum est super eum aliquid ex dispositionibus eius, secui super sagittam: & ingeniaui super eam, & extraxi eam: et sanatus est, & non accidit ei accidens malum. Et uidi uirum cui cecidit sagitta in dorso eius, et consolidatum est uulnus super eam. Postquam ergo fuit post septem annos, exiuit sagitta in radice coxæ eius. Et uidi mulierem cui cecidit in uentre suo sagitta, & consolidatum est uulnus super eam, & remansit sagitta intra ipsam: & non mutata est ex dispositionibus eius aliqua, & mulier non inuenit ei nocumentum in aliqua ex operationibus suis naturalibus. Et uidi uirum alium, cui cecidit sagitta in facie sua: & consolidatum est uulnus, & remansit, non inueniens ei multum dolorem: & similia istis multa. Et extraxi sagittam uiro ex principibus Regis, quæ ceciderat ei in medio nasi sui, et iam declinauerat ad partem dextram parumper: & occultata erat sagitta tota. Vocatus sum ergo ad curationem eius post casum sagittæ usque ad tres dies. Inueni ergo uulnus sagittæ strictum ualde. Inquisiui ergo eam cum tenta subtili, & non sensi eam: & ipse quidem inuenie-

bat punctionem & dolorem ſub aure ſua ex parte dextra. Speraui ergo, quod erat illa punctio ex extremitate ſagittæ. Emplaſtraui ergo locum cum emplaſtro in quo erat uirtus attractiua, & digeſtiua, cōfidens apud me, quod apoſtemaretur locus, & appareret mihi ſignum ſagittæ, ut ſecarem ſuper eam: & non accidit in loco accidens ſignificans quod ſagitta conſecuta ſit locum. Aſſiduaui ergo cum emplaſtro ſuper eum diebus multis: & non accidit accidens, et conſolidatum eſt uulnus interim: & remanſit infirmus de extractione eius ſpacio dierum, donec ſenſit ſagittam die quodam intra naſum ſuum. Et narrauit mihi illud. Poſui ergo ſuper illud uulnus medicinam acutam, corroſiuam diebus multis, donec apertum eſt: & cum tenta tentaui ipſum, et ſenſi extremitatem ſagittæ ſubtilem quæ adhæret in ligno. Deinde addidi in apertione uulneris per illam medicinam acutam, donec apparuit nobis uiſibiliter extremitas ſagittæ: & præterijt mihi cum eo ſpacium temporis circiter quatuor menſes. Deinde poſtquam amplificatum eſt uulnus, & poſſibile fuit mihi intromittere forcipes in ipſam, & mouere ipſam, & non obediuit ad exitum: tunc non ceſſaui ſubtiliare, & ingeniare ſuper eam cum modis ingeniorum, doaec cœpi ſuper eam die quodam cum forcipibus decenter factis, ſecundum quod ueniet forma eorum in fine capituli, donec extraxi eam. Deinde reſtauraui uulnus. Et medici quidem iudicant, quod cartilago naſi non reſtaurat. Reſtauraui ergo ipſam, & conſolidatum eſt uulnus, et ſanatus eſt infirmas ſanitate integra: nec nocuit ei aliquid omnino. Et ego narro tibi qualitatem extractionis quarundam ſagittarum: ut ponas illud regulam & ſignificationem ſuper illud quod non dixi. quoniam partes huius artis & diſtinctiones earum non comprehenduntur cum narratione: neque comprehendit illud liber, & artifex prudēs comparat cum pauco ſuper multum: et cum eo quod eſt præſens, ſuper illud quod eſt abſens: & inuenit operationem nouam, et inſtrumentum nouum apud deſcenſus rerum extranearum huius artis quando accidunt. Dico ergo, quod ſagittæ non egrediuntur ex membris quibus ſunt fixæ, niſi ſecundum duos modos. Aut per attractionem ex loco ex quo intrauit. Aut contrario partis alterius. A B

Modi duo extractionis Sagittarum.

Et illa quæ egreditur unde intrauit, aut eſt ſagitta procedens in loco carnoſo: & attrahitur, et egreditur. Quod ſi non obedit ad exitum ex hora in qua cadit: tunc oportet ut dimittas ipſam aliquot diebus, donec putrefiat caro quæ eſt in circumitu eius: & alleuietur attractio eius, & eius egreſſio. Et ſimiliter ſi figitur in oſſe, & non obedit tibi ad exitū, tunc dimitte ipſam etiā aliquot diebus: & itera eam cum attractione & motione omni die, donec egreditur. Quod ſi non obedit tibi ad exitum poſt dies, tunc oportet ut perfores in circumitu ſagittæ in ipſo oſſe ab omni parte cum terebro ſubtili, donec amplificentur ſagittæ. deinde attrahe eam, & extrahe ipſam. Si autem ſagitta eſt fixa in capitis oſſe, &

C iam processit in uno uentrium cerebri, & apparent ex infirmo quædam illorum accidentium quæ dixi: tunc abstine ab attractione sagittæ, et dimitte eam, donec æquetur esse eius post dies. Nam si sagitta peruenit ad sifach, tunc mors non prolongatur ei. Et si sagitta non est fixa, nisi in corpore ossis tantum, & non penetrat usque ad sifach: & remanet infirmus aliquot diebus, & non accidit ei ex illis accidentibus aliquid: tunc ingenia in attractione sagittæ & extractione eius. Si autem est fixa ualde, & non obedit tibi ad attractionem: tunc administra terebella in circumitu sagittæ, sicut narraui tibi: deinde cura locum, donec sanetur.

Si autem Sagitta iam absconsa est in loco corporis, & occultatur & absconditur a sensu: tunc inquire eam cum tenta. Si autem sentis eam, tunc attrahe eam cum quibusdam instrumentis quæ conueniunt attractioni eius. Si autem non potes super eam, propter constrictionem uulneris, & propter longitudinem sagittæ in profundo: & non est illic os, neque neruus, neque uena: tunc finde super eam, donec amplificetur uulnus, & sit possibile extrahere sagittam. Quod si sunt ei aures quibus teneatur, tunc libera carnem fixam in eis ab omni parte, omni ingenio quo potes illud, & ingenia, si non potest super euasionem carnis in fractura aurium, & contorsione earum, donec euadat.

Cautelæ. Et tu quando administras extractionem Sagittæ, in quocumque


D loco est, tunc utere contorsione manus tuæ, cum forficibus ad partes omnes, donec facias eam euadere: & subtilia ultima subtilitate, ut non frangatur Sagitta, & fiat difficilis tibi attractio eius, & ipsius extractio. Quod si non potes super eam ex hora una, tunc dimitte eam diebus aliquot, donec putrefiant quæ sunt in circumitu eius. deinde itera eam: alleuietur enim tunc. Si uero contrarietatem tibi facit fluxus sanguinis, tunc administra quod diximus ex curatione in capitulo suo: & custodi uirtutem tuam ab incisione uenæ, aut nerui, aut chordæ. Et administra ingenium omni modo quo tibi possibile est euasionis Sagittæ: & sit illud cum facilitate, & tranquillitate, uel tarditate, & firmitate, sicut narraui tibi. Et oportet, ut facias cum trahis Sagittam, ut infirmus sit secundum figuram, secundum quam fuit apud casum Sagittæ in ipso. Quoniam est magis iuuatiuum. Si autem non est tibi possibile illud, tunc administra quod tibi est possibile ex figuris. Sagitta autem quæ egreditur ex contrario partis alterius, aut iam procedit ex ea aliquid ad exteriora: aut facit gibbositatem extremitas Sagittæ per sensum ex superiore parte cutis propinquæ, & uides eam eminentem: seca ergo super eam, & sit sectio secundum quantitatem quod capiant in ea forcipes. Deinde attrahe eam: ipsa namque fit facilis ad exitum. Si uero retinetur in osse, tunc torque manum tuam secundum rotunditatem, donec imprimat Sagitta in osse, & amplificet sibijpsi: deinde trahe ipsam. Et si non: di-

mitte eam diebus aliquot: deinde itera eam, donec egrediatur. A

Quod ſi lignum Sagittæ eſt in ea, tunc impelle ipſam cum eo. Si autem cecidit lignum, & uis adminiſtrare impulſionem: tunc intromitte ad eam inſtrumentum concauum, ut ingrediatur concauitas eius in caudam Sagittæ: deinde impelle eam cum ipſo. Si autem Sagitta eſt concaua, tunc impelle eam cum inſtrumento intrante in ipſam. Sagitta enim alleuiatur per illud. Quod ſi Sagitta eſt toxicata, tunc oportet, ut concaues carnem totam, in qua eſt uenenum: ſi eſt tibi poſſibile illud. Deinde cura eam cum eo quod conuenit ad illud.

Quod ſi Sagitta eſt cadens in pectore, aut in uentre, aut in ueſica, aut in latere: & eſt propinqua ex eo quod tangis cum tenta, & poſſibile eſt tibi ſecare ſuper eam: tunc ſeca, & caue ab inciſione uenæ, aut nerui, & extrahe eam. Deinde ſue uulnus, ſi uides, & cura illud, donec ſanetur.


Et hæc eſt forma Forcipum, quibus extrahuntur Sagittæ.




B

Sint extremitates ſimiles roſtro auis, quæ factæ ſunt ſicut ferra: quando capiunt ſuper Sagittam, non dimittunt eam. Et fiunt ex eis ſpecies multæ, magnæ, & paruæ, & mediæ, ſecundum quantitatẽ magnitudinis Sagittæ, et paruitatis eius, & amplitudinis uulneris, et conſtrictionis eius.

Forma Impellentis concaui.



Et forma Impellentis ſurdi.




Hoc eſt ſurdę extremitatis ſicut Radius, ut alleuietur introitus eius in ſagittam concauam, & impellatur cum eo. Huius extremitas impellentis concauę eſt concaua ſicut penna auis: ut alleuietur introitus ſagittæ in ipſam & impulſio eius.

❡ De phlebotomia Venarum. Caput XCVII.

VENAE phlebotomãdæ, quarum cucurrit conſuetudo in corpore, ſunt triginta. Ex quibus in capite ſunt ſexdecim: duæ Venæ pulſatiles, quæ ſunt poſt aures, dictæ duæ Herbæ: & duæ Arteriæ, quę ſunt in duobus timporibus apparentes; et duę Venæ quæ ſunt

ℂ Typus Venarum corporis humani phlebotomandarum.



in duobus lachrymalibus duorum oculorum, quæ dicuntur Aſpicien- A
tes: & Vena præparata in medio frontis: et uena quæ eſt in extremitate
naſi. Et duæ Guidegi, quæ ſunt in collo. Et duæ uenæ quæ ſunt in labio
ſuperiore oris. Et duæ uenæ quæ ſunt in labio inferiore: Et iſtæ ſunt ue-
næ quæ dicuntur Algecherich. Et duæ uenæ quę ſunt ſub lingua.

Venæ autem quæ phlebotomantur in brachijs, ſunt quinqꝫ uenę in
omni brachio. Vna earum eſt Cephalica, et eſt ex latere ſylueſtri: & no- Cephalica.
minat eam uulgus uenã capitis. Et Fuſca. Et eſt Media uena, & eſt com- Fuſca.
poſita ex ramo Baſilicæ, et ramo Cephalicæ: & nominat eam uulgus ue- Mediana.
nam corporis. Et Baſilica, & eſt poſita in latere domeſtico: et nominatur Baſilica.
etiam Titillicaris. Et nominat eam uulgus uenam uentris. Et Funis bra- Funis brachij
chij, et eſt poſita ſuper focile: & eſt illa in qua phlebotomatur, et eſt illa
quæ apparet ſupra pollicem appatitione manifeſta. Et Saluatella: & eſt Saluatella.
uena quæ eſt inter annularẽ & minimũ: et ſunt ei duo rami. Et in cru-
re & in pede ſunt tres uenæ. Vna earũ eſt quæ eſt ſub pollicis curuatu-
ra ex latere ſylueſtri. Et ſecunda eſt Saphena: et locus eius eſt apud calca Saphena.
neum ex latere domeſtico. Et uena Neſſe: et locus eius eſt apud calcane- Neſſe.
um ex latere ſylueſtri. Et in crure alio ſunt tres uenæ ſimiles illis.

¶ De phlebotomia duarum uenarum poſt Aures. B

Phlebotomiæ uero duarũ uenarum quæ ſunt poſt Aures, iuuamen- .d. .e.
tum eſt ad catarros antiquos, & hemigraneam, et ſahafati, & ulcera ca-
pitis mala antiqua. Et qualitas phlebotomandi eam eſt ſecũdum quod
narro. Et eſt, ut radatur caput infirmi: et fricetur occipitium eius in loco
duarum uenarum cum panno aſpero fricatione bona. Deinde ſtringat
infirmus collum ſuũ cum uitta, donec appareant duæ uenæ. Et loca ea-
rum ſunt poſt Aures in duobus locis depreſſis capitis. Quære ergo
eas digito tuo, et ubi ſentis pulſum earum ſub digito tuo, illic ſigna cum
encauſtro. Deinde accipe phlebotomum cultellarem, & eſt ille qui dici-
tur Incidens. deinde intromitte ipſum ſub uena in cute, donec perueniat
phlebotomus ad os. Deinde eleua manum tuam cum uena & cute ad ſu
periora, & incide uenam cum cute inciſione incidente. Et ſit longitudo
inciſionis quantitas duorum digitorum iunctorum, aut circiter illud: &
fac exire ex ſanguine quantum uis. Deinde ſtringe eam cum puluillis,
& dimitte eam, donec ſanetur. Et iam præceſſit in principio libri inciſio
earum, & ipſarum cauterizatio.

¶ De phlebotomia duarum Arteriarum in timporibus.


Duarum uero Arteriarum quæ ſunt in duobus timporibus phlebo- .f.
tomiæ iuuamentum, eſt ad hemigraneam antiquam: et ſodam prauam,
& obtalmiam aſſiduam: et curſum ſuperfluitatum effuſarum acutarum
ad oculos. Et qualitas phlebotomandi eas eſt ſecundum quod narro ti-
bi. Stringat infirmus collum ſuum multum, donec appareant duę uenæ
ſenſui apparitione manifeſta: & demonſtretur pulſus earum ſub digito

C tuo. Tunc enim signa cum encaustro. Deinde eleua cutem desuper uenam ad superiora cum digito tuo indice, & intromitte phlebotomũ incidentem desubtus, & eleua uenam ad superiora. et incide eam, sicut fecisti in duabus uenis aliĳs: & fac currere ex sanguine secundum quantitatem necessitatis tuæ. Deinde solue cöartationem infirmi, & pone digitum tuum super uenam hora una. Postea pone super ipsam cotum & puluillos, & stringe ipsum desuper constrictione forti: et dimitte ipsam, donec sanetur. Etiam præcessit rememoratio earum, et ipsarum incisio, & earum extractio in principio libri.


¶ De phlebotomia uenę frontis post phlebotomiã Cephalicæ.

.a. Iuuamentum uero phlebotomiæ uenæ frontis est post phlebotomiam Cephalicæ, ad ægritudines faciei antiquas: & ad hemigraneam, et rubedinem: & ulcera fœda. Et qualitas phlebotomiæ eius est, secundum quod narro tibi. Cöartet infirmus collum suum cum uitta, donec appareat uena. Deinde accipe instrumentum quod nominatur Fossorium. Cuius hæc est forma.

Fossorium.



Aliud.



D Pone acumen eminens quod est in capite Fossorĳ super ipsam uenam, & percute super ipsum cum pectine, aut cum re alia in modo eius: & dimitte sanguinem currere secũdum quantitatem quam uis. Deinde solue perforationem infirmi, & stringe eam, donec sanetur. Et quandoq; aperitur cum phlebotomo lato. Verumtamen non oportet, ut sit phlebotomus acutæ extremitatis, sicut reliqui phlebotomi, imo sit latæ extremitatis. Et phlebotoma eam secundum transuersionem: quoniam os est propinquum: & fortasse in eo frangetur phlebotomus quando est subtilis.

¶ De phlebotomia Venarum in duobus Lachrymalibus.

.c. Iuuamentum autem duarum Venarum quæ sunt in duobus Lachrymalibus duorum oculorum, est ad oculum ex scabie & rubedine: & sebel in oculo, & ægritudinibus faciei. Et qualitas phlebotomiæ earum est, ut stringat infirmus collum suum cum uitta. Deinde phlebotoma eas: & tu sis stans super caput eius. Et fiat phlebotomia secundũ transuersum ad longitudinem parum, cum phlebotomo paruo, lato parumper. nam in loco non est caro. Si enim phlebotomus est subtilis extremitatis, fortasse frangitur. Deinde fac currere ex sanguine quantum est tibi necesse. Et pone super eas cotum, & stringe eas nocte una, & solue eas.

¶ De phlebotomia uenarum Nasi. A

Venæ autem Nasi phlebotomia, est conferens ad febrem acutam, & .g. sodam uehementem, & ægritudines faciei, sicut hemigraneam, & rubedinem quæ accidit in facie: præcipue quando est antiqua. Et qualitas phlebotomiæ eius est, ut stringat infirmus collum suum. Deinde tene nasum eius manu tua sinistra, & accipe phlebotomū subtilem, longum: & fige eum in medio leporis ipsius, inter illud quod distinguit nasum secundum rectitudinem. quoniam uena non apparet sensui illic, & quia sanguis incipit fluere statim. Et oportet, ut ultimes manum tuam cum phlebotomo parumper: & facias currere ex sanguine secundū necessitatem tuam. Deinde liga ipsam nocte una. ipsa enim restauratur uelociter.

¶ De phlebotomia uenarum Guidegi.

Duarum uero Guidegi phlebotomiæ iuuamentū, est ad constrictionem anhelitus, & incæptionem lepræ, et ægritudines melancholicas, & .m. impetiginem, et ulcera mala, & corrodentibus, id est, herpetibus estiomenis. Et qualitas phlebotomię earū est ut stringat infirmus sub utrisque in collo suo cum ligamēto: & stet artifex super caput infirmi, et infirmus sit sedens super sedem. Deinde phlebotoma uenam ad longitudinem phlebotomia ampla parumper. Deinde extrahe ex sanguine quantitatem temperatam, aut secundum illud quod uides ex necessitate quæ est ad illud. Deinde fac similiter de uena alia. Postea solue ligamentum, & B stringe duas uenas strictura media: ut nō pręfocetur infirmus. Et dimitte eam usque mane. Sanatur enim uulnus.

¶ De phlebotomia uenarum Algeberich.

Venæ autem Algeberich phlebotomiæ iuuamentum est: quia confert ad alcolam in ore, & corruptionem gingiuæ: & ulcera mala: et fissuras labiorū, & ulcera mala, etiam quæ sunt in naso, & in circumitu eius. .k. Et qualitas phlebotomiæ earum est, ut facias sedere infirmum coram te: & stringe collum eius cum uitta. Deinde reuolue labium eius, & aspice ad duas uenas: quarum una est a dextera labij, & secunda a sinistra eius: & demonstratio utriusque est per nigredinem ambarum. Et illud uerum est: quia in circumitu earum sunt uenæ minutæ, nigræ. Incide ergo utramque incisione incidente. Si autem dubitatio est super te, & non scis quæ earum est: tunc intende ad incisionem maioris earum, & ipsarum manifestiorem. Et similiter fac de duabus uenis quæ sunt in labio superiore: et plurimum quidem currit consuetudo cum eo: & incide duas uenas quæ sunt in labio inferiori. .h.

¶ De phlebotomia Venę sub lingua post Cephalicæ phlebotomiā.


Duarum uero Venarum quę sunt sub lingua phlebotomię iuuamentum: est, quod phlebotomia Cephalicæ est ad præfocationes quæ sunt in .i. gutture, & ægritudinem uuulæ, et ægritudines oris. Et qualitas phlebotomandi eas est, ut sedeat infirmus inter manus tuas coram sole: & eleua

C linguam eius, & aſpice ſub lingua a latere eius uno uenam, & a latere eius alio uenam: & color utriuſq; decliuis ad nigredinē. Phlebotoma ergo utrāq;: et cuſtodi, ne ultimes manū tuā in phlebotomando eas. Nam ſub eis ſunt arteriæ, & fortaſſe accidet fluxus ſanguinis ex illis arterijs.

❡ De tribus Venis in cubito.


.bb. Venæ autem tres quæ phlebotomantur in cubito, ſunt in quarum phlebotomia cucurrit conſuetudo in omnibus hominibus. Et phlebotomia earum fit ſecundum duos modos. Aut pungendo cum phlebotomo myrtino lato: aut oliuari ad ſubtilitatē decliui: aut ſecando cum phlebotomo cultellari, & eſt Alneſil. Et hæc eſt forma eius.

Alneſil.




Sic Alneſil eſt, quod cōuenit ad ſectionem. Et ex eis ſunt ſpecies latæ, & ſubtiles, ſecundū amplitudinem uenarum & ſtricturam earum.

Forma phlebotomi myrtini.



Forma phlebotomi myrtini ſit lata, ſicut uides. Et conuenit ad aperiendas uenas concauas, plenas, procedentes, apparentes, groſſas, & illas quæ continent ſanguinem groſſum, turbidum.

Forma phlebotomi Oliuaris.



D Et iſte phlebotomus eſt minoris latitudinis, & ſubtilioris extremitatis. Et conuenit ad phlebotomiam uenarum ſubtilium, quæ continent ſanguinem ſubtilem citrinum.

❡ De phlebotomia Baſilicæ.

.y. Baſilicæ autem quę eſt una harum trium uenarum phlebotomiæ iuuamentū eſt. Quia extrahit ſanguinem ex ægritudinibus quæ ſunt ſub gutture & collo, ex eo quod ſequitur pectus, et uentrem: et cōuenit phlebotomatori cum phlebotomat eam, ut caueat, & ſit ſuper timorē ex ea. nam ſub ea eſt arteria. Si ergo errat, & addit in punctura phlebotomi, incidet illam arteriam, et accidet fluxus ſanguinis. Quapropter oportet, ne phlebotomet eam cum phlebotomo pungente: imo ſit ſecans cum Alneſil. Quod ſi non apparet Baſilica apparitione manifeſta, tunc oportet, ut alienes ipſam, & permuteris ad aliam, aut quæras aliquem ramum eius: aut phlebotomes loco eius Funem brachij. ipſa enim eſt manifeſta, & ſeca eam cum phlebotomo Aneſil, ſicut diximus. Si autē uis phlebotomiam ipſius eiuſdem, tunc oportet ante ſtricturam brachij, ut tangas locum, donec cognoſcas locū pulſus. Deinde ſigna ſuper locum cum encauſtro, poſtea brachium, & ſeca uenam ſectione concaua cum phlebotomo Alneſil, ſicut diximus. Et caue ne cadat percuſſio per ſpa-

cium a loco arteriæ. Et quando uides, cum tu ſtringis ligamen, inflatio-nem in loco quem ſignaſti cum encauſtro, tunc illa inflatio eſt inflatio arteriæ: deuita ergo eam. Quod ſi uides ſanguinem apud phleboto-miam ſalire, ſicut urina pueri, & eſt ſanguis ſubtilis, rubeus: tunc ſcias, quia eſt ex ſanguine arteriæ. Tunc ergo propera, et pone digitum tuum ſuper ipſum ſpacio longo, deinde aufer digitũ tuum. Si ergo abſcin-ditur ſanguis (multotiens namq; abſcinditur) tũc ſtringe brachium, & dimitte ipſum: & caueat infirmus a motione eius: & ſit ſuper timorem eius. Et non moueat ipſum diebus aliquot, donec ſanetur. Si autem non abſcinditur ſanguis, & uincit te: & non eſt tibi præſens in momen-to tuo medicina, tunc incide arteriã, ſi apparet tibi. nam extremitates ei-us contrahuntur, & abſcinditur ſanguis. Aut accipe corticem fiſtici, & finde eum: accipe medietatem unam, & ſtringe eam ſuper locum uenæ ſtrictura decenti, cum ligamento & puluillis uſq; ad diem alium. Tunc ſi abſcinditur ſanguis, eſt bonum. Et ſi non: tunc cura ipſum cum eo cu-ius præceſſit rememoratio ex loco puluerum abſcindentiũ fluxum ſan-guinis: & abſciſio ſanguinis eius non eſt difficilis in pluribus diſpoſitio-nibus, propter locum paruum uulneris, & poſſibilitatem li-gamenti ex brachio. A

¶ De phlebotomia uenæ Fuſcæ. B

Venæ autem Fuſcæ phlebotomiæ iuuamentum eſt, quod trahit ſan-guinem ex ſuperiori parte capitis, & inferiore corporis: propterea, quia eſt cõpoſita ex ramo Baſilicæ, & ramo Cephalicæ, ſicut diximus. Et con uenit phlebotomanti eam, ut ſit ſuper timorẽ ex phlebotomia eius. nam ſub ea eſt neruus. Si ergo addit in punctura phlebotomi, & inuenit ner uum, accidit in ea ſtupor, et difficilis fit ſanatio eius, & fortaſſe non ſana tur penitus. Et iſte neruus multotiens apparet ſenſui. Si autem occulta-tur in quibuſdam hominibus, & eſt ſubtilis, et non oſtenditur: tunc o-portet ut ponas phlebotomiam tuam qua eam phlebotomas, ſectionem cum Alneſil, & deuita neruum cum fortitudine tua. Quod ſi uena eſt inter duos neruos, tunc finde uenam in longitudine. .t.

¶ De uena Cephalica.

Phlebotomiæ autem uenæ Cephalicæ iuuamẽtum eſt, quia attrahit ſanguinem ex capite, & confert ad ægritudines oculorum. Et oportet in hac uena proprie, ſi uis, ut phlebotomes eam pungendo cum phlebo-tomo oliuari, aut cum phlebotomo myrtino: quoniam eſt ſaluior uena-rum omnium, quoniam non eſt ſub ea arteria, neque neruus. Verum-tamen conuenit tibi apud phlebotomiam, ut deuites cum phlebotomo caput lacerti tantum, & quæras locum leniorem: & non nocet ei, ſi non inuenitur cum percuſſione prima, ut iteretur ſuper eam cum phleboto-mia aliquotiens. Verumtamen fortaſſe apoſtematur in quibuſdam ho minibus quando non phlebotomatur in percuſſione prima, ſed non .s.

C nocet ei illud apoſtema in aliquo.

❡ De utilitate Phlebotomiæ, & cautelis in ea obſeruandis.

Qualitas autem Phlebotomiæ, & accidentia eius ex ea, in cuius rectificatione oportet te cogitare. Primum ergo illius eſt de quo oportet ut ſcias, quod phlebotomia non adminiſtratur, niſi in conſeruatione ſanitatis, & perſeuerantia eius, et cautela ab aduentu ægritudinum. Et ut fiat phlebotomia in una uenarũ trium quæ ſunt in cubito, ſcilicet Cephalica, et Fuſca, & Baſilica. Et ut fiat phlebotomia in principio Veris ſuper ieiuniũ, in uere, & æſtate: et autumno, & hyeme poſt comeſtionẽ, quando apparent ſignificationes repletionis. Et fiat phlebotomia in die primo, aut in tertio, poſtq̃ uã preterierint de die tres horæ. Phlebotomia autẽ quæ adminiſtratur in ægritudinibus, non habet horam determinatam: ſed quando prouocat conuenientia & neceſſitas ad illud, in nocte, aut die, & in omni hora, et in omni tempore. Et non oportet, ut phlebotomẽtur pueri, donec ueniant ſuper eos quatuordecim anni. Neque phlebotometur mulier prægnans, niſi a menſe quarto uſq; ad ſeptimũ. Necq; phlebotomentur ſenes, qui iam pertranſierunt ſexaginta annos.

Cum ergo aliquis uult phlebotomari propter quemcũq; modum ſit:
D oportet, ut mundificet inteſtina ſua ante phlebotomiam cum cliſteri leni, ſi in eis eſt ſtercus multũ retentum: ut non attrahant uenæ apud phlebotomiam ex inteſtinis ſuperfluitates putridas nocentes membris principalibus. Necq; phlebotometur patiens toctina, id eſt, ſatietatẽ nauſeatiuam: necq; crapulatus, neq; euadens ab ebrietate, donec remoueatur illud ab eis. Necq; infirmus cum hydropiſi. Et caueatur phlebotomia iterum poſt colicam paſſionem, & uomitum, et fluxum uentris, & multiplicationem coitus, & laboris, et exercitij, & uigiliarum, et ieiunij, & omnis quod diſſoluit uirtutẽ ex re corporea aut animali. Deinde conſidera in ſubtilitate humorum ante illud, ſi ſanguis eſt groſſus cum cibis & potibus, et medicinis: ſi poſſibile eſt ei illud. Deinde introeat balneum, ſi non prohibet ipſum aliquid: aut exercitetur aliquo exercitio, ut ſubtilietur ſanguis. Et pone phlebotomiam eius in pectore, circa tertiam diei, ſicut diximus: & conare, ut euacuetur pectus eius illa die ex omnibus accidentibus animalibus malis: ſicut anguſtia, & ira, & timor: & ex omnibus accidentibus corporeis, ſicut labor, & pœna, et ſuperflui coitus, et illis ſimilia. Et ſedi ſuæ faciat eſſe præſentes res cum quarum uſu cucurrit conſuetudo hominum ex aromaticitate, & odoramento, & tripudio, & ſimilibus illis per quantitatem poſſibilitatis. Deinde ſedeat phlebotomator ſuper puluinari, quod ſit altius quam puluinar phlebotomandi: poſtea extrahat brachium ſuum, & fricet ipſum phlebotomator manu ſua bis, aut ter. Deinde ſtringat ligamentum cum corri-

Modus phlebotomandi.

gia, & inuoluat eam bis. Et sit strictura temperata. quoniam strictura quando est inæqualis, aut per superfluitatem in strictura, tunc prohibet cursum sanguinis: aut in mollificatione, tunc etiam prohibet cursum sanguinis. Deinde post stricturam oportet, ut fricet phlebotomandus manus suas simul adinuicem, donec inflentur uenæ, & declarentur sensui. Deinde abstergat phlebotomator phlebotomum cum pauco oleo, antiquo proprie. Deinde ponat digitum suum indicem manus sinistræ super ipsam uenam sub loco cuius phlebotomiã uult, parum: ut non fugiat uena, & cassetur percussio. Quoniam ex uenis est quam inuenis sicut chordam fugientem apud phlebotomiam: & ex eis est quæ est plena uentositate: et quando ponis phlebotomum super eam, contrahitur sub phlebotomo, & decipitur phlebotomator, et non aperit phlebotomus uenam: & si aperit eam, est stricta: propter illud ergo oportet, ut firmetur phlebotomator, et sit sollicitus in his rebus omnibus. Deinde deponat phlebotomũ. Si ergo aperitur uena ex uice una, tunc bonum est. Et si non, tunc itera illud uice alia sub illo loco parum, aut supra ipsum cum festinatiõe: si non apostematur locus. Quod si apostematur, aut expauescit infirmus, tunc dimitte eum die, aut duobus diebus: & non stringat ligamẽtum. Fortasse enim attrahet apostema calidum. Neq; ingrediatur balneum. Deinde iteret phlebotomiam, si amat. Quod si apertio est parua, aut currit sanguis subtiliter: & times ut non egrediatur ex sanguine quantitas quam uis: tunc itera phlebotomũ in foramine ipso secundum rectitudinem, et adde in operatione parum. Et fac illud cum festinatione, antequã apostemetur locus. apostematus enim locus est in multis hominibus apud operationem paruam. Si ergo uides ipsum iam apostematũ, tunc non iteres super ipsum omnino. non enim excusat apud te aliquid. Et pone super ipsum aliquid ex fęce olei: quoniam alleuiat cursum sanguinis. Et est melior in hoc loco quam oleum ipsum, et quam reliqua olea. Et similiter administra fęcem olei in omni phlebotomia tua, qua phlebotomas uenas apud prohibitionem cursus sanguinis: & faciunt illud tyriaca alfarach, & sagzenea, quando ponitur ex una earũ super locum. Sanguis enim subtiliatur & resoluitur, quãdo est grossus. Quod si accidat in loco phlebotomiæ apostema magnũ, nam multotiens accidit, præcipue ei qui non est phlebotomatus nisi uice illa, aut est apertio uenę parua, tunc propera & pone super locũ spongiam infusam in aqua & sale, calefacta parumper: et stringe eam hora una: quoniã soluitur. Et oportet, ut facias illud post exitũ sanguinis ex uena ipsa, cum complemẽto sui, aut ex uena alia. Quod si remanet in loco post dies aliquid nigredinis, aut uiriditatis, non nocet illud: & si uis, pone super ipsum aliquid aloe, aut myrrhæ solutorũ: aut aliquid ex succo menthastri, id est, calamenti: aut simile illius. Et multotiens quidẽ accidunt apostemata & eminẽtiæ apud phlebotomiã Basilicæ. Pone ergo

A (margin, top) · B (margin, at "Quod si apertio") · Fęx olei. (margin note)

C *Ad apoſtema Baſilicæ.*

manum tuam ſuper ipſam, tunc ſi inuenis molliciem apud compreſſionem tuam ſuper ipſam, tunc illa eminẽtia eſt mala. Caue ergo, ut ponas ſuper eã aliquid ex eo quod diximus. Nam fortaſſe fluet ex ea ſanguis arteriæ. Sed fac emplaſtrũ ei cum eo in quo eſt ſtipticitas, ut induretur locus. Deinde cura ipſum cum reliqua curatiõe, donec ſanetur. Et oportet, ut extrahas omni homini ex ſanguine ſecundũ quantitatem uirtutis ſuæ. & quod apparet ex colore uincente ſuper ſanguinẽ. Nam ſanguis ſi eſt niger, tunc dimitte ipſum exire, donec rubeat: & ſimiliter ſi uides ipſum groſſum: tunc dimitte eum, donec ſubtilietur: et ſimiliter ſi eſt acutus, donec auferatur acuitas eius. Et oportet ei qui eſt plenus, fortis, et indiget extractione ſanguinis uice una, ut amplificetur phlebotomia uenæ, & ſit phlebotomus latus: et in eo qui eſt debilis, ſit econtrario illius. Et oportet, ut extrahat ipſum in uicibus, & ut ſit foramen ſtrictũ: & melius quod adminiſtratur in phlebotomia uenæ eſt, ut ſit tranſuerſa ſectio, non punctura. Et iſte modus phlebotomiæ eſt ſaluus a fluxu ſanguinis, et ab inciſione nerui: & eſt laudabilior, et ſaluior quã phlebotomia per latitudinẽ & longitudinẽ.

Quantũ ſanguinis extrahendum.

Ad Syncopim.

Et cui conſueuit peruenire apud phlebotomiã ſyncopis, oportet ut cibes ante phlebotomiã modico pane infuſo in aqua granati muzi: aut ſecaniabin, ſi eſt calefactus: & extrahas ei ex ſanguine in tribus uicibus, aut quatuor. Et ſi eſt infrigidatæ

D complexionis, tunc accipiat ante phlebotomiã panem infuſum in ſyrupo miua, aut in ſyrupo de melle aromatizato cum ſpeciebus, aut in ſyrupo aromatizato odorifero. Quod ſi accidat ſyncopis apud phlebotomiam, et eſt cauſſa eius exitus ſanguinis multi: tunc oportet, ut ſumat in potu aquã * carnis, & ſyrupum odoriferũ ſubtilem: et utat aromaticitate cum algalia, & liniatur pectus eius cum ea: et utatur reliquis quæ diximus in diuiſione in capitulo ſyncopis ex euacuatione.

*Vel * cannis.*

Phlebotomia ſecundaria.

Qui autẽ uult euentare brachiũ ſuum, et ſoluere ſanguinẽ ſuum ſecũdo: oportet ei cuius phlebotomia eſt propter euacuationẽ multam, et uirtus eius eſt debilis, ut ſoluat ſanguinẽ paulatim per quantitatem uirtutis in diebus continuis. Qui uero uult euentare brachiũ ſuum, et ſoluere ſanguinẽ ſuum ſecundo, & eſt corpus eius forte: tunc faciat illud poſt ſeptem horas, aut nouem a phlebotomia ſua prima. Qui autem uult attrahere ſanguinem ex corpore ſuo ad contrarium partis ad quam declinat: oportet ut euentetur ei in die ſecũdo, aut in tertio. In cuius uero corpore eſt ſanguis multus iam calefactus, & acuitur, et facit accidere febrem: oportet, ut egrediatur ex eo ſanguis in uice una, & extrahatur ex eo quãtitas multa: & amplificetur apertio uſquequo accidat ſyncopis: poſtquã tu fueris conſeruans omnes conditiones phlebotomiæ: & ut ponas manũ tuam ſuper pulſum eius apud curſum ſanguinis, ut nõ accidat mors loco ſyncopis. Multotiens enim accidit illud, quando ignorat phlebotomator, & cadit negligentia. Et non oportet quãdo uis ſoluere brachium, & ſol-

uere sanguinem secundo, cum iam clausum sit orificiũ uenæ, & fiat diffi A
cilis exitus sanguinis, ut prematur super ipsum cum uehementia, & curuatum extendatur uelociter. nam illud est malum ualde, imo dimitte ipsum, donec phlebotometur secundo. Aut remoue cum acuitate phlebotomi illud quod cöagulatum est ex sanguine in orificio uenæ, & pone super ipsum aliquid salis dissoluti in aqua. Et pone super ipsum aliquid ex tyriaca alfaroch, aut sagzenea, & pone ipsum compressione leni, donec egrediatur sanguis. Si uero iam apostemata est uena, tunc dimitte eam, & non tegas eam, donec sedet̃ apostema. Quod si necessitas prouocat ad soluendũ sanguinem secundo, et non est excusatio, tunc aut phlebotoma ipsum supra illũ locũ, aut in brachio alio in uena alia.

Funis autem brachij phlebotomatur loco Fuscę, et Basilicę, cum non .ee.
inueniunt̃, et sunt occultæ. quoniã est composita ex eis. Et qualitas phlebotomiæ eius est, ut intromittat infirmus manũ suam in aqua calida, donec rubeat focile, & appareat uena manifeste. Deinde stringatur super ipsam cum ligamẽto parum constrictione media. Deinde phlebotoma secundũ transuersationẽ paulatim, non latitudinaliter, neq; secundũ longitudinẽ: & sit apertio ampla, et sit phlebotomia tua qua eam phlebotomas super iuncturã manus parumper. Quod si prohibet̃ exitus sanguinis, tunc itera manum in aqua calida, & dimitte sanguinem currere in aqua, donec consequaris necessitatem tuam. Si autem fueris in die- B
bus æstatis, tunc excusaris ab iteratione manus in aqua calida. Et plurimũ quidem ponitur cursus sanguinis in aqua calida in tempore hyemis. Et phlebotomia huius uenæ est saluior omnibus uenis, quoniam non est sub ea uena pulsatilis, neq; neruus.

Phlebotomia uero Saluatellæ manus dextræ, est conferens ægritudi .ce.
nibus epatis. Et qualitas phlebotomiæ eius est, ut stringas mahason manus cum ligamẽto, aut manu tua, postquã tu intromittis eam in aquam calidã, donec infletur uena, & demõstret̃ sensui ualde. Deinde phlebotoma eam transuersando. Et si incidis eam totaliter, non nocebit ei illud in aliquo. Et conserua, ne ultimes manũ tuam cum phlebotomo. sub ea enim sunt nerui digitorũ denudati ex carne. Deinde itera manum ad aquam calidam, & dimitte currere sanguinem in ea. Nam si tu non iteras eam in aqua calida, cöagulatur sanguis in orificio uenæ, & prohibetur a cursu. Cum ergo extraxeris ex sanguine quantitatem necessitatis, tunc pone super uenam oleum & sal: ut non consolidetur uelociter. Et similiter oportet, ut facias cum omni ramo stricto. Iuuamentum uero phle .m.
botomiæ eius ex manu sinistra, est: quoniam est conferens ad ægritudines splenis: & similiter fac in phlebotomia eius, sicut fecisti in secunda æqualiter.

Saphenæ aũt phlebotomiæ iuuamentũ, est ad ægritudines quæ sunt .qq.
in inferiori parte corporis, sicut ęgritudines matricũ, et retentionẽ men-

C struorum, & infirmitates renū, et ulcera coxarum & crurium antiqua, et similia ex ægritudinibus. Et qualitas phlebotomiæ eius est, ut intromittat infirmus pedem suū in aquam calidam: & faciat super ipsum fricationem, donec exuberent uenæ: & liga supra iuncturā pedis cum corrigia. Et uenæ quidē locus est apud calcaneum, apparens uersus pollicem: & ramificant ex ea in facie pedis rami multi. Phlebotoma ergo eam in ampliore ramo eius, aut apud calcaneū in aggregatione eius: quoniā est melius & saluius. Quod si phlebotomas eam in facie pedis, tunc caue a neruis qui sunt sub ea super faciem pedis. Et pone phlebotomiā tuam qua eam phlebotomas ex transuerso, quasi tu uelis incidere eam: & sit phlebotomus Nesil. Si autem prohibetur exitus sanguinis, tunc itera pedem eius in aqua calida: & dimitte sanguinē currere in eam, donec euacuatur. Quod si errat uenam phlebotomator in prima uice, tunc iteret cum phlebotomia ad superiora parumper. nam locus est saluus, & non times ex eo maliciam, quando tu caues a neruis, sicut diximus. Et similiter cum Saphena pedis alterius æqualiter.

.rr. Venæ autē Sciaticæ locus, sicut diximus, est apud calcaneū ex latere syluestri. Et iuuamentū phlebotomiæ eius est, ad dolorem anchæ, quando est propter sanguinē calidum. Et qualitas phlebotomię eius est, ut ingrediatur infirmus balneum, & festinet: et stringe crus eius a latere anchæ usq; supra calcaneū quatuor digitis, cū uitta subtili longa: non eñ apparet nisi propter illud. Quādo ergo apparet, tunc phlebotoma eam scd'm

D quodcūq; ingeniū est tibi possibile, aut scd'm transuersionē: et est melius, aut ut incidas eā incisione, aut seces eam sectione. locus eñ eius est saluior, et ipsa est in pluribus hoībus occulta ualde. Quod si nō inuenis eā, & nō apparet sensui oīno: tūc phlebotoma aliquem ramū eius, et est ille qui apparet in dorso pedis, & uersus auricularē: et caue a neruis, & fac currere ex sanguine quantitatē quam uis. Deinde solue stricturā, et pone super locū phlebotomiæ coriū, & stringe locū. uelociter eñ sanatur.

¶ De Ventosatione, & qualitate usus eius. Caput XCVIII.

VENTOSAE fiunt ex cornibus, & ex ære, et ex uitro. Et Ventosatio quidē fit secundū duos modos. Cum scarificatione, & extractione sanguinis: et alter est uentosatio sine scarificatione. Et hęc Ventosatio quæ est sine scarificatione, est secundū duos modos. Aut enim est cum igne. Aut est absq; igne. Et uentosis quæ administrant cum scarificatiōe & extractione sanguinis sunt quatuordecim loca corporis. Quorum unus est, Ventosatio Alnocrati, et est postremū capitis: & Alkehel, et est mediū colli: et uētosę Alhagdahim, et sunt duę laminę colli a duabus partibus simul: & uentosæ menti, & est sub mandibula in inferiori oris: & uentosæ duarū spatularum: et uentosæ Alachosos super finē caudæ: & uentosæ duorū focilium, & sunt mediū duorum brachiorū: & uentosæ

Modi Ventōsationis.

14. modi Ventosationis cū scarificatiōe.

duorum cruriũ:et uentosæ duarũ cauillarum. Et Ventosatio quidem non extrahit sanguinẽ tibi ex uenis minutis sparsis in carne, & propter illud non cadit uirtus ex eis, sicut est casus eius ex phlebotomia. Neq; oportet, ut administretũ uentosatio siue cum igne, aut absq; igne in aliqua ægritudinum quæ fiunt ex repletione, donec euacuetur totum corpus. A

Quod si necessitas prouocat ad Ventosationẽ ex ægritudine, aut propter consuetudinẽ, administramus eam in omni hora in principio mensis, in fine eius, et in medio ipsius, & in quocũq; tẽpore fuerit. Quod est, quia ex hominibus est qui quãdo multiplicatũ in eo sanguis, donec indiget extractione eius per uentosationẽ, inuenit in capite suo grauedinẽ, et sodahan. Et ex eis est qui inuenit repletionẽ & rubedinẽ in facie sua, capite suo, & collo suo. Et ex eis est qui inuenit pruritũ in facie sua, et fronte sua, et tenebrositatem, et hebetudinẽ in oculis suis. Et ex eis est qui scalpit locũ uentosationis suæ. Et ex eis est cuius risus multiplicatũ. Et ex eis est qui inuenit gustum sanguinis in ore suo: aut apostematur lingua, & expuit sanguinem. Et ex eis est cuius somnus multiplicatur. Et ex eis est qui uidet in somno suo sanguinem & rubedinẽ, et interfectos, et plagas, & quæ sunt similia illis. Quando ergo uidemus aliquid ex illis, & proprie si est in tertia media mensis: præcipimus tunc uentosationem fieri; postquam præterierunt de die duæ horæ, aut tres. Iuuamentũ autem Ventosationis nuchę, est: quoniã ipsa confert ad grauitatem in capite, & quod effunditur ad oculos. At uero oportet, ut sit illud post euacuationem totius corporis. Et hæc quidem Ventosa est loco phlebotomiæ Cephalicæ. Et non licet, ut utatur ea qui est frigidæ cõplexionis, aut in quo est catarrus. Nam infert ei nocumẽtum magnum. Et propter illud non oportet, ut utantur ea senes, & in cuius capite sunt ægritudines frigidæ. Qui autẽ super eam fit assiduus, generatur super eum obliuio. Et propter illud oportet, ut pręcipias Ventosatori, ut deponat manũ suam cum uentosa parumper ad inferiora, timendo ex generatione obliuionis.

Indicia necessitatis Ventosarum.

Ventosationũ iuuamãta.

B

Ventosatio aut Alkehel, est loco phlebotomiæ Fuscæ, & phlebotomiæ Basilicæ, & propter illud confert asmati, et cõstrictioni anhelitus, & fissuræ instrumenti anhelitus, & tussi, et repletioni. Et oportet, ut impellatur Ventosa Alkehel parumper. quoniam si ponitur inferius, generat debilitatem in corde, et stomacho. Ventosatio uero alhagdahim, confert doloribus accidentibus in capite, et obtalmiæ, et hemigraneæ, & perforationi, et dolori in radicibus dentium: & est loco phlebotomiæ Basilicæ. Et oportet, ut præcipias Ventosatori, ne premat manũ suam cum scarificatione: ut non incidat arteriam, & accidat fluxus sanguinis. Ventosatio autem sub mento, confert alcolę in ore, & corruptioni gingiuæ, & similibus eis ex ægritudinibus quæ sunt in ore: & stat loco phlebotomiæ alieherich, quæ sunt in duobus labijs. Ventosatio autẽ spatularum, confert ad alchafacham, quæ fit ex replexione,

C & caliditate. Ventosatio uero interiorum partium duorum focilium, confert iuuamentum phlebotomiæ uenarum trium, Basilicæ, & Fuscæ, & Cephalicæ: quoniam ipsa attrahit sanguinem ex omnibus illis uenis minutis, quæ sunt in carne: & attrahunt illæ uenæ minutæ ex uenis alijs grossioribus eis, donec peruenit attractio ad uenas tres. Et oportet, ut præcipias Ventosatori, ne multum procedat in scarificatione: quoniam locus est denudatus carne, & sub eo sunt nerui & arteriæ.
Ventosa autem quæ uentosatur super alchausos, confert hemorroidibus Ani, & ulceribus inferioribus. Et oportet, ut pręcipias Ventosatori, ut sit uentosa magna, et ut sit ex ære: quoniã locus indiget suctione forti, & fortasse franguntur Ventosæ subtiles: & scarificetur scarificatione magna. Ventosæ autem crurium minuunt diminutione manifesta: quoniam attrahunt sanguinem ex toto corpore, & conferunt doloribus antiquis in renibus, & matricibus, & uesica: prouocant menstrua, & conferunt bothor, & ademenul: & stant loco phlebotomiæ duarum saphenarum, & alhorcobeni. Verumtamen debilitant corpus multum, & faciunt accidere syncopim in pluribus hominibus. Et Ventosarum alhorcobeni iuuamentum est propinquum iuuamento Ventosarum duorum crurium.

D Qualitas positionis Ventosarum est, ut ponas uentosam in primis uacuam, & sugas suctione temperata: & non prolonges positionẽ uentosarum, sed pone eas uelociter, & remoue eas uelociter, ut ueniant humores ad locum aduentu æquali: & non cesses iterare illud & continuare, donec uideas locum iam rubere & inflari, & appareat rubedo sanguinis: tunc ergo scarifica, & itera suctione paulatim. Deinde considera in dispositione corporum, nam qui ex hominibus est teneræ carnis, rarorum pororum, oportet ut scarifices ipsum semel, non plus: ut non ulceretur locus. Et præcipe Ventosatori, ut amplificet scarificationem, & profundet parum: & temperet suctionem in facilitate, & uelocitate, & motu suaui. Quod si in sanguine est grossitudo, tunc oportet, ut scarifices ipsum bis. In uice quidem prima aperitur uia subtiliationi sanguinis, & aquositati eius: & in secunda quidem perscrutationi exquisitæ extractionis sanguinis grossi. Si uero sanguis est fæculentus ualde, tunc fiat scarificatio uice tertia: ut consequatur ultimum. Et ad ultimum, quando uolumus extrahere sanguinem paulatim, uel parumper, sufficit nobis scarificatio una. Quod si uolumus extractionem sanguinis multi, scarificamus scarificatione plurima. Et si nos mensuramus, quod sanguis est grossus: tunc oportet, ut scarificetur scarificatione profunda: & terminus æqualis in scarificatione, est profunditas cutis.

¶ Quid sit illud quod oportet administrari ex oleis apud positio-

I nem Ventosarum, & quid caueat uentosandus. A

IN illo quidē cuius cutis est grossa, dura, fusca, & pori eius sunt stri-cti, oportet ut unganī loca Ventosarū cum oleis apertiuis, lenitiuis, resolutiuis: si est in tēpore æstatis. sicut est oleū alkeiri, aut oleum uiola-tum, aut oleū de amigdalis dulcibus, aut oleū de semine cucurbitæ. Et si est in tēpore hyemis, tunc oleū narcissinū, aut oleum de lilio, aut oleū ca-momellinū, aut sarbatinū: et eis similia. Si uero superfluitas est grossa, fri-gida: tunc oleū sit amaracinū, aut oleum de balsamita, aut oleū alben, aut oleum anetinū: & eis similia. Si uero uētosandus est amplorū pororum, teneræ carnis: tunc oportet, ut prohibeaī ab oleo, & oportet ut isti ablu-ant loca Ventosarū earū post uentosationē cum aqua rosata, aut cū aqua frigida, aut cū aqua solatri, aut cum aqua cucurbitæ, aut cū aqua portu-lacæ: et similibus eis. Ille autē cuius sanguis est multæ humiditatis, ablu-at uentosas cum aceto, aut cū aqua myrti, et sumach: et similibus eis. Cu-ius autē superfluitates sunt grossæ, abluat uentosas suas cum uino anti-quo, aut cum aqua samsuci, aut decoctione aneti, aut camomillæ: & eis si-milibus. Et oportet, ut caueatur uentosatio in balneo, aut in uestigio bal-nei, imo oportet, ut administretur post exitū ex balneo per horam, aut per horas duas. Et non oportet, ut dormiat aliquis post uentosationem.

E ¶ Quid est quo oportet ut regatur Ventosandus, aut Phlebotomatus ante uentosationem.

ET post eā oportet, ut consideres in primis: tunc si Ventosatus, aut Phlebotomatus sit cholericus, et uincūt super sanguinē eius acuitas & in-flāmatio: tūc oportet, ut accipiat infrigidantia. sicut granatū muzum: & etiā endiuiam cū aceto & lactuca, et secaniabin, & iuleb: et eis similia. Et pone cibaria eius pullos, et carnes ouiū sckebiget, et cibos conditos cum agresta: et eis similia. Et cuius cōplexio est frigida, oportet ut sumat ī po-tu syrupū de melle, aut de almiua, aut alsecaniabin de seminibus factū: & sumat uinū odoriferum mediū, quod est inter uetus & nouū: et præ-cipiatur, ut utatur paucitate cibi. Et pone cibū eius pullos, & canebir: & passeres, id est, paruas aues: et pullos columborū issiadebet. Et oportet, ut potus die uentosationis & phlebotomiæ plus sit quā cibus: & opor-tet, ut detur in potu in quibusdam hominibus in horis tyriaca alfaroch, aut medicamen de musco, id est, muscata, aut alesselithe ante uentosatio-nem: & ante phlebotomiā, aut post: ut confortent membra principalia, & subtilietur sanguis. Et non oportet, ut sumāt eam in potu calefacto.


B Regimē Ventosati & phlebotomati.

V ¶ De Ventosis sine scarificatione.

VENTOSAE autē quæ sunt sine scarificatione, sunt Ventosæ quæ ponuntur super epar, et splenem, & podagrā, et super uen-trem, umbilicū, et loca renum, & pixidem anchæ: quoniā ista membra non sufferunt scarificationē super se. Et non quæritur per eas, nisi aut at-tractio ex membro sanguinis ad membrū: sicut ponimus Ventosam su-


C per mãmillas in ægritudine fluxus ſanguinis nariũ. Et utimur eis, ut ſoluamus a membro uentoſitatem frigidã inuiſcatam in membro: ſicut ponimus uentoſam ſuper uentrem, et umbilicum. Ipſa enim rarificat membrum, & calefacit ipſum, et remouet dolorem propterea, quia reſoluit illam uentoſitatem. Etiam ponitur ſuper renes, quando accidit in eis opilatio, aut lapis. uirtute enim attractionis ſuę fortaſſe aperit opilationem, aut eradicat lapidem ex loco ſuo. Et ſimiliter facit quãdo ponitur ſuper epar, et ſplenem apud uentoſitatem terendam in eis utriſq;. Et iſtę Ventoſæ adminiſtrantur uacuæ cum ſectione tantum. Et quandoq; adminiſtrant̃ cum igne. Et quandoq; adminiſtrant̃ plenæ aqua tepida in ægritudinibus pleureſis: & illud eſt, ut impleatur Ventoſa, et ſit magna, aqua calida ſola, aut aqua in qua decoctæ ſint herbæ quæ conueniunt.

¶ Forma Ventoſæ adminiſtratæ cum igne.



D Sit amplitudo orificij eius duorum digitorum apertorum, ſecundum quod formauimus: & quantitas eius in profundo ſit medietas palmi: & ſit in latere eius in loco qui eſt circiter medium eius, foramen paruum, ſecundum quantitatẽ quod ingrediatur ipſum acus: fiat ex ære ſimul, aut citrino, groſſorum marginum, lenium, æqualium, terſorum: ut non lædat membrum apud poſitionem ſuam ſuper ipſum: & ſit in medio eius uirga tranſuerſa ex ære, aut ferro, ubi ponitur candela cum igne. Etiam fit hæc uentoſa magna, maior ea quam narrauimus, & parum minor illa, ſecundum ægritudines & ætatem eius qui utitur. Ventoſę enim puerorum, & extenuatorum ſunt aliæ, quam uentoſæ uirorum, & groſſorum corporum. Qualitas autem ponẽdi hanc uentoſam cum igne ſuper membrum, eſt, ut accẽdas licinium cum igne ex lino decenter, aut candelam paruam ex cæra: & pone eam ſuper medium uirgæ tranſuerſæ quæ eſt in medio uentoſæ: ut ſit accenſus ignis circiter inferiorẽ partem uentoſę, ut non comburatur corpus infirmi. Deinde ponatur ſuper membrum: & digitus ſit ſuper foramen quod dixi, donec quando tenemus uentoſam: dum indigemus, auferamus digitum, & egredietur uapor ſuper illud foramen, & ſoluetur uentoſa ſtatim. Deinde igni licinium ſecundum modum ſuum, & itera eam, ſi indiges illa. In Ventoſa autem quæ adminiſtratur in ægritudine pleureſis cum aqua, nõ eſt uir-


ga transuersa, neq; foramen: & non administratur, nisi quia impletur a- A
qua, & ponitur super membrum tantum. Et hæc est forma eius. Et hæc Ventosa quanto plus est magna, ut capiat aquam multam, est melior.



¶ De suspensione Sanguisugarum. Caput XCIX.

SANGVISVGAE non administrantur in pluribus, nisi in quibus membris non est possibilis positio uentosarum, propter paruitatem eorum. sicut labium, & gingiua, et eis similia. Aut in membro denudato a carne. sicut digitus, & nasus, et eis similia. Et qualitas utendi eis est: ut ueneris ex Sanguisugis quæ sunt in aquis dulcibus, mundis a putredinibus. Deinde dimittantur die & nocte in aqua dulci, do- B
nec famelicæ sint, & non remaneat in uentre earum aliquid. Deinde euacuetur corpus in primis cum phlebotomia, & cũ uentosis. Deinde absterge membrum infirmi, donec rubeat. Postea ponantur super ipsum. Cum ergo implẽtur, & cadunt, et est possibilis suctio loci cum uentosa, tunc est magis ultimum in iuuamento: & si non, tunc ablue locum cum aceto. deinde cum aqua multa, & fricetur, et exprimatur. Quod si prolongatur cursus sanguinis post casum Sanguisugarum, & est illud resudando: tunc infunde pannum lini in aqua frigida, & pone ipsum desuper, donec abscindatur resudatio. Quod si multiplicat̃ sanguis, tunc pulueriza super ipsum zegi tritum, aut gallas, et similia eis ex stipticis: donec abscindatur sanguis. Aut ponantur super locũ medietates fabarum excorticatarum: & dimittantur, donec adhæreant fabæ in loco. nam sanguis abscinditur. Et oportet si necessaria est iteratio Sanguisugarum, quando est possibile, mutare eas. Si autem prohibentur Sanguisugæ a suspensione, tunc abstergatur locus cum sanguine recenti. Aut fige acum in locis, donec egrediatur aliquid ex sanguine. deinde ponantur. nam ipsæ quando sentiunt aliquid ex sanguine, adhærent statim. Quando ergo uis ut cadant, pulueriza super eas aliquid ex aloe trito, aut salẽ, aut cinerem: & cadent statim.

¶ Partis SECVNDAE Finis.


Os basillare,
Os coronale,
Ossa paris quattuor,
Ossa nasi duo,
Os colatorij unum,
Ossa mandibulę supioris xj,
Ossa mādibule inferioris duo,
Os spatulę ab vtraqȝ pte,
Os Adiutorij,
Costę vere et mendosę xxiiij,
Focile minus
Focile maius
Ossa Rascete viij, uno eis addito.
Ossa pectinis 4.
Ossa digitorū xv
Os coxę,
Rotula genu,
Maior tanna,
Os navicularę ab vtraqȝ pte
Ossa Rascetę 4.
Ossa digitoꝝ 14
Os Calcanei,
Os Laude, sive Capi
Os parietale ab vtraq
Os petrosum ab vtraq
Os Occipitale,
Spondiles verę et mendosę xx
Os furcale ab vtraqȝ p
Os Adiutorij,
Arundo maior
Arundo min
Spondile.
Os Scie sive Anchę.
Ossa ras
Ossa pect
Ossa digit
Os femoris. Os Ilij, et Pixis sub Anchis, Itē tria ossa caudę.
Os coxę,
Rotula genu,
Minor tanna
Minor tanna
Maior tanna.
Os Calcanei,
Os Cahab,
Ossa pectinis

¶ LIB. Chirurgici ALBVCASIS Pars III. A

¶ Sermo uniuerſalis de reſtauratione, & diſlocatione, & curatione torſionis, & ſimilibus. Caput I.

HOC CAPITVLVM etiam multotiens eſt neceſſarium in arte Medicinæ, & eſt reſtauratio fracturæ, & diſlocationis accidentium in oſſibus. Scitote o Filij, quia iactant ſe de hoc Capitulo ſtolidi medicorum & uulgi, et qui non inſpexerunt unquam antiquorum librum, neq; legerunt ex eo literam. Et propter hanc cauſſam fit, quod iſte modus ex ſcientijs in terra noſtra eſt priuatus. Et ego non obuiaui in eo unquam bono omnino, et non adeptus ſum ex eo illud, quod ſum adeptus niſi propter longitudinem lectionis librorū antiquorum, & ſtudium ſuper intellectum eorum, donec extraxi ſcientiam illius ex eis. Deinde adheſi experimento & ſtudio longitudine uitæ meæ. Et iam deſcripſi uobis ex illo in hoc Capitulo totum quod continet ſcientia mea: et ſuper quod præterijt experimentum meum, poſtquam abbreuiaui illud uobis, & liberaui illud ex occupatione elongationis, et abbreuiaui illud ſine abbreuiationis, & oſtendi illud ſine declinationis: et formaui in eo formas multas ex formis inſtrumentorū quæ adminiſtrantur in eo, cum ſit ex additione declinationis, ſicut feci in duobus Capitulis præcedentibus. Ingenium & peritia Autoris. B

¶ Sūmæ, & collectiones ex eſſe fracturæ oſſium, ex eis quarum præmiſſio neceſſaria eſt, antequā incipiamus rememorationem membrorum fractorum, & diuerſorum. ſi uniuſcuiusq;. Caput II.

OPORTET, ut dicamus in prologo huius Capituli, ſummas ſermonis, et capitula, ad quarum intellectum cogitur in primis artifex ad ſtationē ſuper earum ueritatem: ſcilicet ut uos, & qui ſunt prompti, ſciant, uel addiſcant hanc artem nobilem, et alij a uobis. Dico, ergo, quod quando accidit alicui fractura, aut diſlocatio, aut torſio, aut caſus: tunc oportet, ut properes in primis ad phlebotomandum eum, & ſoluendum ipſum, aut utraq; ſimul: ſi non prohibeat aliquid. ſicut debilitas uirtutis: aut eſt ille cui accidit aliquid ex illis puer, aut ſenex decrepitus: aut eſt tempus uehementis caloris, aut uehementis frigoris ualde. Deinde ſit contentus in cibo ſuo, oleribus frigidis, & carnibus auium, & hędorum: et prohibe uinum, & carnes groſſas, et repleri ex cibis & omni cibo qui replet uenas ſanguine. Donec quando ſecurus ſis ex apoſtemate calido, et non times effuſionem materiei ad membrum: tunc redeat infirmus ad regimen ſuum primum cum quo cucurrit conſuetudo eius. Cum ergo incipit os fractum reſtaurari, tunc oportet, ut cibetur infirmus cibis nutrientibus nutrimēto multo, groſſo, graui, in qui Regimē in fractura, diſlocatione, aut torſione oſſium.

C bus fit uiſcoſitas: ſicut cibaria facta ex tritico cocto cum aqua, & rizū, & capita, & pedes, et uentres uaccarum, & oua, et piſces recentes: et uinum groſſum, & ſimilia illis. Cum hoc enim regimine fit cöagulatio fracturæ uelocius, et melius. Et ſcias, quod oſſa fracta, quando ſunt in uiris qui ſunt in prima ſenectute, & decrepitis, non eſt poſſibile, ut continuentur & conſolidentur ſecundum naturam ſuam ſemper, propter exiccationem membrorum eorum: et conſolidantur & continuantur quæ ex eis ſunt in fine lenitatis, ſicut oſſa puerornm paruorum. Verumtamen natura annectit ſuper os fractum ex omni parte aliquid ſimile glutino, in quo eſt groſſitudo, quo adhæret & ſtringit ipſum, donec conglutinantur adinuicem, et ligantur adinuicem, donec uenit in fine fortitudinis & firmitudinis, ſicut fuit in primis, donec non prohibet ipſum aliquid ab operationibus ſuis: et propter hanc cauſſam eſt neceſſe, ut ponas nutrimentum infirmi cibaria, in quibus ſunt grauitas, et uiſcoſitas, & groſſitudo, ſicut diximus. Et ſcias, quod fracturæ ſpecies ſunt diuerſæ, ſecundum diuerſitatem membrorum: quoniam fractura cruris, eſt diuerſa a fractura oſſis capitis: & fractura oſſis pectoris, eſt diuerſa a fractura oſſis dorſi: & ſimiliter reliqua membra omnia diuerſa exiſtunt adinuicem: et ego ueni cū rememoratione omnis ſpeciei fracturæ, expoſitæ in Capitulo ſuo diſtinctæ ab alia. Et diuerſificant ſpecies fracturæ oſſis etiam in ſeipſa. Quoniam fit fractura eius arcuata, præter quod accidant in ea aſtellæ. Et quandoque fit fractura eius ſecundum

Fracturarum diuerſitas.

D longitudinem oſſis: & ſunt fracturæ eius ſatagiæ, id eſt, aſtellæ, et additiones procedentes, ſicut ſunt in calamo, cum aptatur cultello ad ſcribendum. Et non procedentes: et eſt fractura cum uulnere & diſruptione in capite: & eſt fractura fiſſura parua. Et omni ſpeciei eſt ingenium, uel inſtrumentum proprium in reſtauratione eius, ſecundū quod ueniet rememoratio eius, diſtincta in locis ſuis. Et ex eo quo cognoſcitur fractura oſſis, eſt tortuoſitas eius, et ipſius eminentia: & apparitio eius ſenſui, & ſonitus eius quando comprimis ipſum manu tua. Quando ergo non eſt in loco tortuoſitas apparens, neque ſonitus apud tactum tuum cum tangis os cum agitatione, neq; inuenit infirmus magnum dolorem: tunc non eſt illic fractura, imo poſſibile eſt, ut ſit tortuoſitas, aut fiſſura parua: non ergo oportet, ut moueas ipſum cum manu & compreſſione omnino, imo pone ſuper ipſum ex medicinis, quarum uenit rememoratio, poſt momentum illud quod conuenit loco: deinde ſtringatur ſtrictura ſubtili. Et ſcias, quod locus quando arcuatur, & ſcinditur in duo, præter quod accidant in eo ſatagiæ, uerumtamen remouetur omnis pars a compari ſua: tunc oportet tibi, ut incipias ab hora tua ad rectificationē eius, æquando ipſum antequam accidat ei apoſtema calidum. Si autem accidat ei apoſtema calidum, tunc dimitte ipſum diebus aliquot, donec quieſcat apoſtema. Deinde æqua i-

Fracturæ cognitio.


ipsum secundum quemcunque modum potest ex lenitate & ingenio. A
Et scias, quod restauratio eius, & ipsius æquatio, est facilior quam ossis, in quo accidunt satagiæ. Deinde stringe ipsum, secundum quod ueniet tibi rememoratio eius. Si uero in osse sunt satagiæ, tunc necessaria est extensio huius membri fracti ex duabus partibus, si manus sit, aut pes: aut cum manu tua, si membrum est paruum: aut cum duobus funibus, aut cum fune & manu. Et sit positio tua qua ponis membrum super locum æqualem, secundum figuram suam naturalem, donec quando extenduntur partes membri fracti: tunc conare, ut redire facias illas additiones omni ingenio, & secundum quemcunque modum potes in locis suis: & caue secundum fortitudinem tuam, ne accidat super infirmum per operationem tuam dolor, neque læsio: & conare secundum fortitudinem tuam, ut applices unum duorum ossium cum socio suo, secundum meliores formas. Et oportet in illa hora, ut tentes & tangas ipsum manu tua. Si ergo uides illic aliquid diuersum, rectifica ipsum, & æqua illud per quantitatem tuæ uirtutis. Et caue extensionem uehementem, & compressionem fortem, sicut faciunt multi stolidorum. Multotiens enim faciunt accidere per operationem illam suam apostema calidum, aut contractionem in membro: sicut iam uidimus illud ex operationibus eorum multotiens. Deinde annecte post æquationem, & decentem operationem, & stricturam illius membri, et quietem, & tranquillitatem: et mone infirmũ super ipsum. Et fac ipsum cauere, ne moueat ipsum in hora suarum uigiliarum, & somni sui apud reuolutionem suam, & agitationem suam, et apud egestionem suam, & omnes motus suos ultima uirtute sua. Et ut caueat, ne sit positio mẽbri positio cum qua sequatur dolor. Quod est, quia quando sentit in dispositione positionis membri dolorem, aut læsionem: tunc oportet, ut permutes ipsum ad dispositionem aliam ab illa cum qua non sentiat dolorem. Et caue cum illo, ut sit positio eius illa æqualis, recta: ut non accidat in membro tortuositas, quando restauratur. Et qualitas stricturæ membri fracti est, secundum quod narro. Scias, quod membra fracta diuersificantur in paruitate sua, & eorum magnitudine, et ipsorum forma. Quæ ergo ex eis sunt parua, sicut brachium, & digitus, et focile, & similia eis, tunc oportet, ut sit inuolutio panni mollis, subtilis. Quæ autem ex eis sunt grossa, sicut coxa, & crus, oportet ut sit in eis inuolutio lata, dura. quoniam ligamentum latum, connectit membrum magnum, & stringit ipsum ab omni parte strictura æquali, ita quod nõ ingreditur ipsum macula. Deinde incipe post euacuationem tuam ab æquatione ponere linimentum conueniens ad illud, in stuppa leni super locum fracturæ ipsius. Deinde incipe inuoluere ligamentum super locum fracturæ ipsius tribus inuolutionibus, aut quatuor, secundum quod meretur membrum: et stringe manum tuam parumper cum ligamento. Deinde uade

B (margin, beside "tionibus eorum multotiens")

Fracturarum qualitates. (margin)

C cum eo ad partem ſuperiorem a loco fracturæ, & ſtringe minus quam fuit ſtrictura tua, qua ſtrinxiſti locum fractū. Deinde elonga te cum inuolutione a loco fracturæ parumper, & mollifica ſtricturam paulatim, donec capias ex loco ſano rem magnam. Deinde accipe uittam aliam, et inuolue eam iterum ſuper locum fractum inuolutionibus. Poſtea uade cum inuolutione ad partem inferiorem a fractura. Et ſit operatio tua in ſtrictura inuolutionis, & mollificatione eius, ſecundū quod diximus in inuolutione prima ſuperiore. Deinde pone inter inuolutiones ex ſtuppa leni, aut panno, cum quo æquetur tortuoſitas fracturæ, ſi eſt in ea tortuoſitas: & ſi non, non ponas in ea aliquid. Deinde inuolue ſuper ipſam uittam aliam. Poſtea æqua ſuper has inuolutiones aſtellas decenter factas ſtatim, ſi non eſt in loco inflatio, neq; apoſtema calidū. Si autem in ea eſt inflatio, aut apoſtema: tunc pone ſuper eam quod ſedet illud apoſtema, & auferat inflationem: & dimitte eam aliquot diebus. Deinde ſtringe ſuper ipſam tunc aſtellas. Et ſint Aſtellę ex medietatibus cannæ latæ, raſæ, formatæ ſapienter: aut ſint ex ligno unde fiunt cribra, quæ fiunt ex pino, aut geraid, id eſt, ramis palmæ, aut calingi: & ſit amplitudo omnis Aſtellæ, ſecundū hanc formam, & hanc eandem figuram.

Aſtellarum forma.



D Verūtamen oportet, ut Aſtella quæ ponitur ſuper ipſam fracturam, ſit groſſior & latior parūper, quam reliquæ Aſtellæ: & longitudo Aſtellæ ſit ſecundū quod licet mēbro ex magnitudine & paruitate. Deinde ſtringe ſuper Aſtellas cum uitta alia, ſecundū ſtricturam primā eandem. Deinde liga deſuper cum filis decēter, ſecundū quod diximus de ſtrictura: & eſt, ut ſit ſtrictura tua ſuper locū fracturæ plus: & quanto plus elongatᷓ a fractura ſit, ſtrictura minor. Et oportet, ut ſint fila media in groſſitudine & ſubtilitate, et ſint ex lino molli. quoniam ſi fila ſunt groſſa, ſicut uidi ex operatione ſtolidorum ponentiū fila ſua ex chordis lini tortis, eſt error magnus: quoniam cadit ſtrictura cū eis extra qualitatem. Et fila ſubtilia iterū non conueniūt: quoniam tu non conſequeris per ſtricturam cū eis illud quod uis. Et nō oportet, ut ſit inter aſtellam & aſtellam minus quam digitus. Quod ſi lædiᷓ infirmus per extremitates aſtellarū poſt ſtricturam in locis ſanis: tunc pone ſub eis ex ſtuppa leni, aut lana carminata, donec nihil lædatur ex illo.

Quando autem eſt fractura cum uulnere, & accidit diſruptio in cute, ego ueniam cum rememoratione eius in capitulo ſecundū ſingularitatem. Et ſcias, quod non omne membrum fractum oportet ut ſtringatur cum aſtellis a primo die. Quod eſt, quia membrū quando eſt magnū, non oportet ut ponas ſuper ipſum aſtellas, niſi poſt quinq; dies, aut ſeptem, aut plus, ſecundū ſecuritatem tuam ab euentu apoſtematis calidi.

Et iste est modus emplastrorum, quibus restaurabant antiqui, quæ ponuntur super fracturam & dislocationem. A

¶ Modus Emplastri cõmunis abbreuiati, restaurans fracturam, conueniens pluribus complexionibus, pręcipue mulieribus, & pueris: quoniã est ex eo super q̊d non uincit calor, neq; frigus.

Et est, ut accipias ex puluere molendini, & est medulla farinæ quæ pendet in parietibus molendini apud motũ molæ: & conficias ipsum sicut est, præter quod cribelles ipsum cũ albugine oui: & pone confectionem eius non spissam, neq; subtilem. Deinde utere eo. Emplastrorũ modi.

¶ Modus Emplastri alius, restaurantis fracturam, & dislocationem, & torsionem.

Recipe almess, & laudani, et acaciæ, & enulæ, et mugath: & suc. omnium ana. ʒ. x. myrrhæ, & aloes amborum ana. ʒ. v. & alethil. ʒ. xx. terantur omnia, & cribellentur, et misceantur cum aqua alethil: aut cum albugine oui, si complexio infirmi est calefacta. Deinde utere hoc emplastro. nam ipsum est bonæ compositionis, restaurat ossa fracta uelociter, & confert pluribus hominibus.

¶ Modus Emplastri alius, quod etiã confert fracturæ & torsioni.

Recipe mugath, & mess, et alteæ albæ, omnium ana. ʒ. x. myrrhæ, & aloes amborum ana. ʒ. v. acaciæ. ʒ. vi. boli armeni. ʒ. xx. terantur omnia contritione multa, & cribellentur, et conficiantur cum aqua, aut albugine oui: & administrentur.

¶ Modus Emplastri ad iuncturas, & ossa separata ex locis suis: & sedat dolorem accidentem eis, et scissuram ossis, & fracturam. B

Sumatur lana succida, et submergatur in aceto, & oleo decocto: et ponatur super locum. Et in hoc quidem Emplastro non est uirtus restaurationis, sed est bonum in sedatione apostematis calidi: & expellit dolores proprie.

¶ Modus Emplastri, quod restaurat os fractum.

Sume folia fici surdi, & folia papaueris syluestris: & tere omnia, et fac emplastrum ex utrisq;.

¶ Modus Emplastri abbreuiati, administrati apud restaurationem fracturæ ossis: et quando tu uis resolutionem residui apostematis.

Recipe radicis alteæ, & camomillæ, et florum uiolarum, & farinę herbi, omnium ana. partem unam: terantur omnia, et conficiantur cum uino, si non est membrum calefactum. Si uero est calefactum, tunc confice illud cum aqua coriandri humidi, aut cum aqua, et utere eo.

¶ Modus Emplastri alius fortioris in resolutione, quã istud primũ, quando accidit apostema durũ apud restaurationẽ membri.

Recipe radicis alteæ, & seminis lini, et balaustiæ, & melliloti, et sam

C fuci, & floris uiolarum, et camomillæ, omniũ ana, partem unam, terantur omnia, et conficiantur cum aqua falicis, aut cum aqua dulci, aut cum uino. Totum illud fecundũ caliditatem mẽbri, & quietem caloris eius. Hippocrates uero non dixit in libro fuo, quod ponatur fuper membrũ fractum apud reftaurationẽ eius, nifi cærotum factum ex cæra, & oleo: non aliud: & narrauit, ut fit mediũ inter groffitudinem & fubtilitatem. Galeno autem uifum eft, ut ponantur fuper membrũ fractum apud reftaurationem eius res, in quibus eft exiccatio caliditatis, ficut myrrha, & aloes, & olibanum, et fimilia eis ex eis quæ narrauimus.

¶ Modus Emplaftri quod confert ad læfionem & dolorem.

Recipe mugath, & ciceris, et capillorum hominis inciforum, aut pennæ auis, & alteæ, et falis partes æquales: terantur, & cribellentur, et confiantur: et fiat ex eo emplaftrũ. Quantitas aũt fecundum quam oportet, ut remaneat ligatura, deinde foluatur, eft, ut confideres tunc, fi non accidit infirmo dolor, neque pruritus, neq; mouetur os fractum a loco fuo: tunc non refoluas ipfum diebus multis. Quod fi accidat ei in loco pruritus uehemens, aut dolor inquietans, aut inflatio: tunc propera, & folue in hora ipfum, et aufer emplaftrum ab eo: & accipe pannũ lenem, aut fpongiam marinam lenem, humidam: & fubmerge eam in aqua tepida, & ablue cum ea locum, donec quiefcat pruritus, et fedetur dolor.

Quando ligamẽtum remouendum.

D Deinde dimitte membrũ quiefcere una hora. Deinde pone fuper ipfum lanam fuccidam, fubmerfam in aceto & oleo, aut oleo rofato: & liga fuper ipfum nocte una, donec fis fecurus ab apoftemate calido, et quiefcat inflatio membri, & remoueatur dolor eius. Deinde itera ipfum ad ftricturam fubtilem, et emplaftrum paruum: & non ftringas ipfum conftrictione tua prima, et fubtilia cum eo, donec fanetur. Quod fi uides, quod apoftema, & rubedo, et dolor, & inflatio, et omnia accidentia iam remota funt penitus, & indiges emplaftro & ftrictura, tunc itera illud ficut fecifti in primis æqualiter. Quod fi non accidit membro aliquid ex eis quę diximus, tunc non foluas ipfum, nifi poft tres dies, aut quatuor, aut quinque, aut feptem. Et quandoque dimittitur uiginti diebus totum illud, fecundum quod apparet tibi ex folutione membri, ficut diximus, donec quando adhęret fractura, & approximat cõagulatio carnis fuper eam: adde etiam tunc in ftrictura plus quam ftrictura tua prima tota: & adde etiam in ingroffatione cibi infirmi, fecundum quod præceffit rememoratio eius.

Si aũt uides locũ fracturæ iam exiccari, et extenuari plus quam oportet: tũc fcias, quod nutrimentũ prohibetur peruenire ad ipfum. Embroca ergo ipfum cũ aqua tepida apud omnem uicem qua foluis ipfum, & fit illud in omnibus tribus diebus, et alleuia ftricturã parũper. Per hanc ergo operationẽ currit ad membrũ nutrimentũ, et fanatur uelociter.

Illud autem quod faciũt ftolidi reftauratores ex fractura membri ui-

ce alia, quando non restauratur in primis, secundum quod oportet, & A
restauratur secundum tortuositatem, est error ex operatione eorum, et timor magnus: & si esset rectum, dixissent illud antiqui in libris suis, & operati fuissent cum eo. Et ego nõ uidi alicubi eorum uestigium in illo omnino, & rectius est, ut non fiat illud.

De fractura accidente in capite. Caput III.

SPECIES fracturæ sunt diuersæ, & figuræ eius multæ: et caussæ eius sunt distinctæ. Nam ex fractura est quæ fit a percussione cum ense: & percussio aufert os totum usquequo peruenit ad siphac, quod est sub osse, sicut facit axia in ligno: & propter illud nominatur hæc species fracturæ Axialis. Aut ensis incidit quiddam ossis; & incidit faciem eius, & non penetrat incisio usque ad ultimum eius: et nominatur hæc species fracturæ Kalaan, id est, Leuatio absolute. Et est uulnus duarum fracturarum, aut magnum, aut paruum. Et ex fractura est, quæ est contritio, aut attritio: & caussa eius est percussio cum lapide, aut casus super lapidem, aut eis similia. Et hæc fractura est etiam aut penetrans, quę iam appropinquat panniculo, quod est sub osse: aut est in facie ossis: & est uulnus harum duarum fracturarum etiam aut paruum, aut magnum. Et ex fractura est, quæ est occulta in osse in subtilitate capilli: & est fissura parua, et propter illud nominatur hæc species fracturæ Capillaris. Et ex eis est fractura, quæ fit a casu, aut percussione lapidis, & eis similium, quæ faciunt ingredi laminam ossis ad interiora, & fit loco concauitas: sicut accidit caldarijs æris, quando occurrit eis percussio, & ingreditur pars eorum ad interiora. Et plurimum quidem fit illud in capitibus humidorum ossium, sicut sunt capita puerorum. Et fiunt omnibus istis speciebus fracturæ satagiæ separatæ, & ego ueniam cum rememoratione illius totius in loco suo. Et cognoscimus omnes has species fracturæ per detectionem super eam, & inquisitionem earum cum tentis, et ablationem carnium corruptarum, quæ sunt super eas. Species uero Capillaris cognoscitur per hoc, quod detegitur super os, et abstergitur, & linitur super ipsum cum encaustro: fractura enim apparet nigra. In curatione autem fracturæ, considera in primis accidentia infirmi: tunc si uides ex accidentibus quod significet significatione manifesta super timorem, sicut uomitus choleræ, & extensio, et amissio intellectus, & abscisio uocis, et syncopis, et febris acuta, & egressus oculorum, & rubedo eorum, et similia eis ex accidentibus in pluribus dispositionibus, proculdubio non sanatur: & si uides accidentia non terrentia te, & speras salutem: tunc incipe curationem eius.

Species fracturarum capitis. B

Signa uulneris non curabilis.

Quod est, si uenit ad te uulneratus in primis cum uulneratur: & est

¶ Hoc Instrumento utimur, ubi caput in superioribꝰ cõtusum est, & ossa fracta depressa, ut cum eo illa commodius extrahamus.






¶ Hoc uero Instrumento utimur, ubi caput in lateribus tempo rum uulneratũ, & contusum est. Vnde labia eius latiora sunt priore. Extrahit enim subtilitate terebri, facilius fracturas ossium.


C illud in diebus hyemis, tunc oportet, ut ſtudeas in ablatione oſſis ante diem quartumdecimum ſecundum omnem diſpoſitionem. Et ſi eſt in diebus æſtatis, tunc oportet, ut properes remouere os ante diem ſeptimum, antequam corrumpatur quod eſt ſub oſſe ex panniculo, et accidant illa accidentia quæ narrauimus. Quod ſi fractura oſſis iam peruenit ad panniculum tangentem cerebrum, & eſt cum minutijs, & attractione: tunc oportet, ut incidas partem cōminutam, & attritam, ſecundum quod narro tibi. Et eſt, ut radas caput uulnerati: & detege ſuper os ſecundum quemcunqꝫ modum poſſibile eſt tibi: & ſecundum figuram uulneris, & quod leue eſt ſuper infirmum. Quod ſi accidat tibi apud detectionem oſſis fluxus ſanguinis, aut apoſtema calidum: tunc oppone ei cum eo quod oportet. Et eſt, ut impleas locum cum pannis infuſis in uino, & oleo roſato: et facias quieſcere uulnus, donec ſedetur apoſtema, & ſis ſecurus a fluxu ſanguinis. Deinde incipe in curatione oſſis, et ablatione eius. Et illud fit ſecundum unum duorum modorum. Modus quidem unus eſt, ut incidas os cum Inciſorio ſtrictæ aciei: & hæc eſt forma eius.

Inciſorium ſtrictum.



D Deinde adminiſtra Inciſorium aliud poſt Inciſorium latius eo parumper: & hæc eſt forma eius.


Inciſorium latius.



Deinde adminiſtra etiam Inciſorium aliud latius etiam quā ſecundum. Et modus ſecundus eſt, ut ſit apud te numerus Inciſoriorū diuerſorum: quorum quædam ſint latiora quibuſdam, & quædam eorum breuiora quibuſdam: & ſint in ultimo acuitatis extremitatum ſuarum, & ſint ex ferro indo, aut fuled: & utere facilitate in percuſſione ſuper Inciſorium, ut non concutiat caput, & lædat ipſum. Si autem os eſt forte, durum: tūc oportet, ut perfores in circumitu eius, antequam tu adminiſtres Inciſoria, cum Terebris quæ nominantur Terebra non profundantia: & non nominantur ita, niſi quoniam ipſa non pertranſeunt terminū oſſis carnei ad illud, quod eſt poſt ipſum: propterea, quod Terebro eſt extremitas rotunda ſuper illud, quod eſt ſub capite eius acuto, ſimilis margini, & circulus paruus prohibet ſubmergi, et pertranſire ſpiſſitudinem oſſis. Et cōuenit tibi, ut accipias ex iſtis Terebris numerū multum, quorum unumquodqꝫ conueniat quantitati ſpiſſitudinis oſſis, donec præſens ſit tibi omni craneo Terebrum: cuius extremitatis acutæ quantitas in longitudine & breuitate ſit, ſecundum quantitatem ſpiſſitudinis illius cranei. Et hæc eſt forma trium ſpecierum Terebrorum, uel Trepanorum.

Terebra non profundātia.

A




Terebra.

Qualitas autem perforandi in circumitu oſſis fracti, eſt: ut ponas Terebrum ſuper os, & reuoluas ipſum digitis tuis, donec ſcias, os iam penetratum eſſe. Deinde permuta Terebrum ad locū alium, et pone quod eſt inter omne foramen quantitatem groſſitudinis radij, aut circiter illud. Deinde incide cum Inciſorijs quod eſt inter omne foramen ex oſſe: & fac illud ſubtilius quàm potes ſuper illud ex fine leuitatis, ſicut diximus, donec eradices os, aut manu tua, aut cum aliquo alio ex quibuſdam inſtrumentis, quæ paraſti ad illud: ſicut tenaliæ, & forpices ſubtiles. Et oportet, ut caueas omni cautela, ne tangat Terebrum, aut Inciſorium aliquid ex ſiphac. Cum ergo circūieris os perforādo, et ſeparatum fuerit a ſiphac, ſi fuerit continuum cum eo, & extraxeris ipſum, oportet ut radas, et æques extremitatem eius quod remanet in oſſe cum inſtrumento alio ſimili Inciſorio. Verumtamen oportet, ut ſit tenuis & ſubtilis magis alijs Inciſorijs. Quod ſi remanet aliquid ex oſſibus paruis, & ſatagiæ: tunc accipe ea cum facilitate, cum eo quod eſt apud te ex inſtrumentis. Deinde cura uulnus poſt illud cum licinijs, & unguentis quæ diximus.

B

Et modus alius operationis eſt facilis, prorſus longinquus a timore: quem dixit Galenus, & laudauit ipſum laude magna: & iſte eſt ſermo eius. Neceſſe eſt tibi in primis, ut incipias detegere partem oſſis ex loco, in quo fractura eſt uehementior, & manifeſtior: donec quando detexeris illam partem, et poſueris ſub eo extremitatem huius Inciſorij lenticularis, cuius hæc eſt forma.

Operatio Galeni.



Inciſorium lenticulare.

Et pars lenticularis, lenis non incidit aliquid: et pars acuta eius in duabus lateribus eius uadens in longitudinem, ſicut uides: ut ſit pars lenticularis innixa ad ſiphac, facie eius incidēte acuta in oſſe. Deinde percute ſuper Inciſorium a parte una cum malleo paruo, donec incidas totum os cū facilitate, ſicut reuoluitur: & tu ſis ſecurus ex panniculo, quod non accidat in eo accidens, quod timeas prorſus. Et ſi medicans nō eſſet

C stultior hoīm, et magis ignarus eius, nec esset dormiens, tūc si remaneret aliquid annexum ossi ex panniculo in quibusdam locis, incideret ipsum ab eo cum extremitate incisorij lenticularis ipsius, & liberaret ipsum ab eo cum facilitate. Liberatur enim ab eo sine nocumēto, et absq; timore.

Et si fractura ossis non penetret usque ad panniculum, & illud quod abscinditur ab osse est facies eius; & remanent in ipso asperitas & sata-giæ subtiles: tunc oportet, ut radas illam asperitatem, et eradices illas sa-tagias cum rasorijs subtilibus ex quibus præparasti numerum diuersa-rum quantitatum, ut sit tibi possibile administrare ex eis in omni loco conuenientiora eorum, & rectiora ipsorum, secundum illud ad quod perducit te operatio, & ipsum os fractum, et figura eius. Et oportet, ut administres in rasione tua, qua in primis radis os, latius illorum rasorio-rum. Deinde utere post ipsum subtiliore eo. Et non cesses facere illud se-cundum continuitatem, donec peruenias ad administrandum tenuius, & subtilius eorum omnium. In unaquaq; autem fissurarum reliqua-rum paruarum capillarium, & fractura subtili, oportet ut administres curam, secundum illud quod perducit ad rectificationem eius. Et est res quæ non occultatur super omnē, cui in hac arte est quodlibet studium, & stetit super illud quod scripsimus, et ostendimus in fracturis magnis.

Si autem panniculus detectus retinetur, quando tu eradicas os: tunc
D oportet, ut accipias pannum lini, secundū quantitatem uulneris, et sub-merge ipsum in oleo rosa. & pone ipsum super orificium uulneris. De-inde accipe pannum alium duplicatum, aut triplicatum, et submerge i-psum in uino & oleo rosa. et pone ipsum super pannum primum: et fac illud quam facilius potes super illud, ut nō grauetur siphac. Deinde ad-ministra supra ipsum ligamentum latum: et non stringas ipsum, nisi per quantitatem quæ teneat uulnus tantum: & dimitte ipsum cum hac cura die uno, aut diebus duobus, donec sis securus ab apostemate calido. De-inde solue ipsum, et administra post illud medicinas cum quibus est su-perflua siccitas: sicut radices lilij, & farina herbi, et puluis thuris, & ari-stolochia, et similia eis: & est, ut facias ex istis medicinis puluerem, qui puluerizetur super uulnus sicut sunt siccæ. Et uniuersaliter administra in illo omnem medicinam de proprietate cuius est ut abstergat, & non mordicet. Et caue secundum tuam uirtutem, ut uulnus in curatione tua sit limpidum: neq; sit in ea sordes unguenti, neq; sordicies. Neq; dimit-tas uirus aggregari in eo omnino: quoniam quando uirus aggregatur super panniculum cerebri, corrumpit eum, et putrefacit ipsum; & acci-dit super infirmum post illud malicia magna: & iam accidit in siphac ca-pitis, cum mundificatur ab eo os, præcipue quando negligitur cura ei-us, nigredo in superficie eius. Considera ergo tunc, si accidunt infirmo accidentia quæ diximus, scias, quia est pernitiosum proculdubio. Et si nigredo non accidit, nisi a medicina quæ ponitur super ipsum, & est in

uirtute illius medicinæ, ut faciat illam nigredinem: tunc oportet, ut accipias ex melle partem unam, ex oleo rosato partes tres, & linias cum eis pannum. Deinde pone ipsum super siphac: postea cura ipsum cum speciebus curationis quæ conueniunt, donec sanetur. A

¶ De restauratione Nasi quando frangitur. Caput IIII.

SCIAS, quod non franguntur ex Naso nisi duæ partes eius superiores simul, aut una earum: propterea, quod ipsę sunt duo ossa: quoniam inferius eius est cartilaginosum, non frangitur, et non accidit ei nisi attritio, & tortuositas, et simitas. Si frangitur una duarum partium eius, tunc oportet, ut intromittas digitum paruum in foramen Nasi, & æques illam fracturam digito tuo indice, & pollice deforis, donec redeat Nasus super figuram suam naturalem: & fiat illud arte, cum facilitate. Et caue, ne accidat per operationem tuam illam super infirmum dolor. Quod si fractura est in superiore parte Nasi, & non perueniat ad illam digitus: tunc oportet, ut æquetur extremitate radij, in quo sit grossitudo parua. Si uero fractura est in duabus partibus, tunc fac simile illius: et propera cum restauratione eius in die primo fracturæ, si est possibile. Et si non, tunc post diem septimum, aut decimum apud quietem apostematis calidi. Deinde intromitte in extremitate Nasi licinium ex panno lini, si fractura est in parte una: aut intromitte duo licinia, si fractura est in duabus partibus: & sit in licinio grossitudo tantæ quantitatis, quæ impleat foramen Nasi. Et dixerunt quidam antiquorum restauratorum, ut infundantur licinia in butyro, et permutentur omni die. Illud uero non uidetur mihi, imo oportet, ut infundatur licinium in albugine oui, confecto cum puluere molendini. Deinde dimitte licinium, donec firmetur os, & induretur cartilago. Et quandoque intromittitur in Nasum loco licinij penna anseris, postquam inuoluitur super ipsam pannus lenis: & fit, quod ipsa tenet fracturam Nasi uehementius, & ut non prohibeatur infirmus ab inspiratione. Et non est hæc res necessaria. Si uis, fac illud: et si uis, fac licinia. Quod si accidat Naso iterum dum operaris apostema calidū, emplastra nasum cum cæroto, aut cum coto infuso in oleo rosato, aut modico ex dyaquilon. Si autem non accidit apostema calidum, tunc oportet, ut emplastres ipsum cum farina sisami, & puluere thuris confecti cum albugine oui. Deinde pone super ipsum stuppam lenem, & non liges Nasum cum aliquo omnino.

Ossa Nasi. B

Si uero franguntur ossa Nasi fractura parua, aut comminuūtur, tunc oportet, ut scindas super ea, & extrahas ipsa cum instrumentis quæ conueniunt eis. Deinde sue scissuram, & cura ipsum cum eo quod incarnat, & consolidat ex emplastris conuenientibus ad illud, uel unguentis.

Quod si accidat inter Nasum uulnus, tunc oportet, ut cures ipsum cum licinijs: & administres cannulam de plumbo, donec sanetur.

C

De restauratione Mandibulæ inferioris, quando disrumpitur. Caput V.

QVANDO disrumpitur Mandibula inferior; & fractura eius non est cum uulnere: conspice tunc si est fractura eius de foris tantum, & non frangitur in duo, et curuatur ad interiora: tunc cognitio eius est facilis. Oportet ergo, si est fractura eius in parte dextra, ut intromittas digitū indicē sinistræ in os infirmi: similiter si fractura est in mandibula sinistra, tunc intromitte indicē manus dextræ: & impelle cum eo gibbositatem fracturæ deintus cum facilitate ad exteriora cum manu tua altera ab interiori parte ossis decenter, & cum eo æqua ipsam. Quod si fractura mandibulæ iam separata est in duo, tunc oportet, ut adminiftres extensionem a duabus partibus, secundum rectitudinem: donec possibilis sit æquatio eius. Si autem iam accidit in dentibus commotio, aut disruptio: tunc stringe illos de quibus speras quod remaneant cum filo auri, aut argenti, aut seta. Deinde pone super mandibulam fractam cærotum. Deinde pone super ipsum pannum duplicatum, & pone super pannum astellam magnam decenter factam: aut frustum cutis soleæ æquale, in longitudinem mandibulæ. Deinde liga ipsum desuper, secundum quod præparatur tibi ligatura eius, et conuenit ipsius applicatio, donec non destruit: & præcipe infirmo, uti tranquillitate & quiete: et pone cibum eius sorbitiones lenes. Si autē æstimas, quod iam alteratur aliquid figuræ aliquo modorum: tunc propera, & solue ipsum in die tertio. Deinde rectifica quod alteratum est ex eo, & emplastra ipsum ex puluere molēdini, cum albugine oui, aut cum farina sisami, postquam tu abstuleris cerotum: & pone super emplastrum lanam lenem. Dum ergo permanet annexum illud emplastrum super ipsum, & non alteratur ossis dispositio, dimitte ipsum, ne soluas, donec sanet: aut stringe fracturam. Multotiens enim stringitur hæc fractura in tribus septimanis. Quod si interim accidat apostema calidum, tūc adminiftra illud quod diximus multotiens in sedatione eius, donec remoueatur illud apostema. Et si fractura est cum uulnere, considera. Nam si iam separatur ex osse frustum, aut a satagie: tunc subtilia te in hoc, ut auferas illa frusta satagiæ cum eo quod conuenit tibi in ablatione eorū ex instrumentis. Si uero orificium uulneris est strictum, tunc amplifica ipsum cum phlebotomo secundum quantitatem necessitatis tuæ. Deinde quando abstuleris illa satagie, et non remanserit ex eis aliquid, sue tunc orificiū uulneris, si est amplum: & si non, pone super ipsum ex emplastris quæ conueniūt ad illud, et incarnant illud, donec sanetur.


D

De restauratione Furculæ, quando frangitur. Caput VI.

PLVRIMVM quidem frangitur Furcula ab anteriore parte ex parte humeri, & fractura eius fit secundum unum trium modorum.

Aut enim frangitur & separatur in duo, preter quod accidant in ea satagiæ: et est facilius ad restaurationem eius. Aut ita, quod accidunt in osse satagiæ: & est difficilius ad restaurationem. Aut ita, quod est fractura cum uulnere. Et operatio in ea quando fractura est absque uulnere, est, ut facias præsentes esse duos ministros, ut teneat unus eorum adiutorium quod sequitur Furculam fractam, & alter extendat collum uersus partem. Deinde æqua fracturam digitis tuis, donec fiat forma eius, secundum quod oportet: & non sit in ea eminentia, neq; concauitas. A

Quod si indiges extensione plus, tunc oportet, ut ponas sub titillico infirmi spheram ex pãno, aut lana: & sit magnitudo eius secundũ quantitatem necessitatis tuæ: & extẽde, et eleua Furculam, & cõarta spheram manu tua, donec æques fracturam, secundum quod oportet. Quod si non potes trahere extremitatem Furculę ad exteriora: propterea, quia peruenit ad profundũ: tunc oportet, ut resupinetur infirmus super ceruicem suam: & ponas sub humero eius puluinar medium in magnitudine, & premat minister humerum eius ad inferiora, donec eleuetur os Furculæ quod est in profundo ad sursum: atq; tũc rectifica fracturam, & æqua eam digitis tuis. Si autem sentis sathaiatum ex Furcula, & mouetur: tũc oportet, ut findas super illud, & extrahas ipsum alsathaiatum cum facilitate. Si autem est retentum in osse, tunc ingenia in incisione eius cum uno Incisoriorum quæ præparasti ad illud, postquam tu posueris sub Furcula instrumentum quod seruat sifach: & est instrumentum ex ligno, aut ex ferro. Et hæc est forma eius. B



Assimilatur cochleari cui non est concauitas. Et sit latitudo eius secundum illud quo indiges eo ex magnitudine ossis, & paruitate eius. Longitudo uero eius etiam secundũ quod possibile est tibi ad operationem. Et habeat duas extremitates, sicut uides: & extremitas una sit ampla, & altera stricta. Si autem disruptio uulneris quod scidisti quando extraxisti sathaiatũ ossis, est ampla, et securaris ab apostemate calido: tũc aggrega duo labia uulneris cum sutura. Et si disruptio est parua, aut times apostema calidum: tunc imple uulnus cum pannis, & puluillis secundum quantitatem scissuræ uulneris. Quod si accidat apostema calidum, tunc infunde pannum in oleo rosato, & aceto, et uino, & pone super ipsum. Strictura uero ossis quando est absq; uulnere, et absq; sectione, est, ut ponas super os emplastrum factum ex farina molendini cum albugine oui. Et pone stuppam lenem super ipsum. Deinde pone spheram sub titillico eius, si indiges illa. Deinde accipe himematem, id est, rotam quam tenent Saraceni, quę sit longa ualde: & sit latitudo eius palmi unius, aut circiter illud. Deinde pone puluillum duplicatũ super stup-

C pam & emplastrũ. Deinde accipe astellam ex tabula subtili, cuius latitudo sit trium digitorũ, & in longitudine similiter. Deinde inuolue eam in panno. Deinde inuolue pannũ illum cũ astella in loco alhimemati qui cadit super fracturam & locũ. Deinde pone alhimemati super fracturam sicut reuoluit, & inuolue eam super collũ eius, et sub titillico eius sano, & sub titillico eius infirmo: et reduc eam super omnẽ partem, & quomodo uides quod strictura tenet fracturam strictura decenti: et est illud, qđ non occultatur super te, & totũ, ut non remoueat astella desuper os fractum. Et propter hoc oportet, ut aspicias infirmũ in omni die. Quotiens ergo mollificatur ligamentũ, & uides astellam iam remoueri: tunc rectifica illud, & stringe ligamentũ. Deinde pone somnũ infirmi super dorsum eius, & pone sub titillico eius apud somnũ eius puluinar paruũ in nocte, ut cum eo eleuetur adiutorium eius a latere ipsius. Eleuatur ergo fractura furculæ per eleuationem humeri. Aut liga brachium eius ad collum ipsius: & non soluas ligamentum, si non accidat in loco accidens ex pruritu, aut ab apostemate, usq; ad duodecim dies. Deinde renoua emplastrum, si uideris faciem eius ad illud. Et adde in strictura, et dimitte ipsum, donec restauretur & cõaguletur. Et fractura quidem furculæ stringitur & confortatur secundum plurimũ in uigintiocto diebus: & quandoq; fit in quibusdam hominibus in minore illo.

D ¶ De restauratione fracturæ Spatulæ.

Caput VII.

RARO frangitur Spatula, & in loco lato eius: & non franguntur ex ea nisi margines eius. Quando ergo frangitur ex eo locus, & frangitur in medio eius, & non cognoscitur illud nisi per tactum: tunc secundum quod est figura fracturæ conare præparatiõem eius. Et reduc eam super figurã naturalem omni modo ingeniј, quod est tibi possibile. Deinde pone super locum puluerem molendini cum albugine oui, et stuppam lenem, & pone desuper puluillum ex panno duplato. Deinde pone super ipsum astellam latam ex tabula subtili secundum quantitatem Spatulæ totius, aut ampliorem ea parũ. Si uero sub astella est concauitas in aliquo locorũ Spatulæ, tunc æqua illam concauitatem cũ stuppa leni, donec descendat astella secundum æqualitatem. Deinde stringe desuper cũ alhimemati longa, constrictione decenti, & firmitudine astellæ, donec non remoueatur a loco suo. Et considera ligamentũ in omni die. Quotienscunq; ergo mollificatur ligamentũ, stringe ipsum, et æqua astellam si remoueatur a loco suo: & iaceat infirmus super latus suũ sanum. Et Spatula quidem restauratẽ in uiginti diebus, aut in uigintiquinq; diebus. Quando ergo complet iste numerus, tunc solue ligamentũ: & tu sis in securitate, nam ipsa est ex ossibus quorũ communitio non timetur, neq; eorũ solutio. Si aũt procedat ex osse frustum, & pungit sub

cute: tunc scinde super ipsum, & aufer ipm. Et fac quod diximus in fractura furculæ ex sedatione apostematis calidi, si accidat ex eo aliquid. A

¶ De restauratione fracturæ Pectoris. Caput VIII.

PECTVS quandoq; frangitur in medio sui, & raro accidit illud. Extremitates eius quidem plurimũ franguntur, & comminuuntur ex accidentibus eius. Quando frangitur eius mediũ, quod declinat ad inferiora, & accidit ei dolor uehemẽs, & difficultas in anhelitu, & tussis: & fortasse euomit sanguinem, & declaratur concauitas in osse fracto, & non occultatur sensui, Restauratio eius est, ut resupinetur infirmus super dorsum suum: & pone inter Spatulas eius puluinar. Deinde preme humeros eius, & aggrega costas a duabus partibus uel lateribus cũ manibus: & subtiliare in æquatione eius, secundũ omnem modũ quo possibile est illud & cõuenit, donec redeat figura ossis, secundũ quod oportet. Deinde pone super ipsum emplastrũ & stuppam, et pone desuper astellam ex tabula subtili ex salice, aut chalingi, & ex eis similibus in leuitate, postquam tu inuoluis eam in panno. Deinde subtiliare in ligando eam super os fractũ, ut non remoueatur: & uade cum ligatura secũdum rotũditatem ad dorsum aliquotiens, & stringe ipsum strictura decenti. Deinde considera ligaturam in omni hora, & quotienscũq; mollificat, stringe eam: & si necessitas eius prouocat ad solutionem eius apud pruritũ, uel corrosionem quæ accidit in loco, aut dolorem, aut apostema: tunc propera, & solue eam, et eradica emplastrum, & rectifica quod accidit cum modo curationis eius. Deinde reduc emplastrũ, si uides ad illud faciem: & annecte ei stricturam, donec sanetur. B

¶ De restauratione Costarum, quando franguntur. Caput IX.

SCIAS, quod Costarũ fractura non accidit, nisi in locis grossis quæ sequuntur dorsum, & ex extremitatibus earum ab anteriori parte. Et non accidit eis attritio, nisi propterea, quia sunt cartilaginosæ. Et cognitio ipsius non occultatur sensui apud inquisitionem cum digitis. Et restauratio eius fit ita, ut æques fracturam cum digitis secundũ modum possibilem, donec æquetur figura, secundũ quod oportet. Deinde emplastra, & stringe os fractũ cum astella, si indiget illo. Et si fractura Costarum est decliuis ad interiora: tunc accidit infirmo dolor uehemens, & punctura, sicut punctura illa quæ accidit illi qui habet pleuresim: propterea, quod os pungit uelamen, et etiam ei accidit difficultas anhelitus, & tussis, et uomitus sanguinis multi: & hæc est difficilis curationis. Et iam ingeniati sunt antiqui in ea cũ ingenijs multis: & ex eis sunt qui dicunt, ut ponas cibos infirmi qui generent inflammationem & uentositatem, ut inflammetur uenter, et extendatur, & impellatur fractura ad exteriora. Nos uero abhorremus, ut nõ fiat caussa uelox ad faciendũ apo-

C stema calidum, si non accidit. Si autē iam accidit, tunc addit in eo. Et dixerūt quidam eorū: ponatur super locum uentosa, deinde sugatur cum fortitudine. & est similius ratiocinationi. Verūtamen timetur, quod attrahat uentosa superfluitates ad locum, propter dispositionem debilitatis. Et dixerunt quidam eorū: oportet ut cooperiat locus cum lana quæ iam submersa est in oleo calido: & ponantur pului̇lli inter Costas, donec impleatur: ut sit ligatura æqualis quando inuoluis eam secundum rotunditatem. Deinde curetur infirmus curatione pleuresis ex cibo & medicina. Quod si cōartat infirmum res uehemens, quam non tolerat, & os pungit uelamen punctura lædente, & timemus super infirmū: tunc oportet, ut scindamus super locum, & detegamus a Costa fracta. Deinde ponamus super ea instrumentum quod conseruat sifac, cuius rememoratio præcessit: & incidamus os cum facilitate, & incidamus ipsum. Deinde aggregemus duo labia uulneris, si est magnum cum sutura: & curemus ipsum cum emplastris, donec sanetur. Quod si accidat interim apostema calidum, tunc propera, & infunde puluillos in oleo rosato, et pone super locum: & curetur infirmus cum eo quod conuenit apostemati. Interim etiam resupinetur super latus super quod dormit, donec sanetur.

D ¶ De restauratione fracturæ Spondilium dorsi & colli. Caput X.

OSSIBVS quidem colli quandoq; aduenit fractura, & raro accidit eis attritio: et similiter Spondilibus dorsi etiam. Cum ergo accidit illud alicui, et uis scire, an sanetur, an non sanetur: tunc considera. Nam si uides manus eius iam mollificatas, et stupefactas, & mortuas: et non potest mouere eas, neq; extendere eas, neq; cōstringere eas: et quando constringis eas cum digitis tuis, et pungis eas cum acu, non sentit illud, & non sentit in eis dolorem: tunc scias, quia non sanatur, et in pluribus dispositionibus est mortale. Quod si mouet eas, & sentit in eis constrictionem cum digitis & puncturam: tunc scias, quia nucha ossis salua est, et quod infirmus sanabitur cum curatione. Quod si eueniat Spondilibus dorsi simile illius, et uis scire, an sanetur etiam, an non: tunc considera ad pedes eius: tunc si uides quod mollificati sunt, et accidit in eis illud quod accidit in manibus: deinde quando iacet super dorsum suum, egreditur uentositas & egestio absq; uoluntate: et quando resupinatur super uentrem suum, egreditur egestio sine uoluntate: et quando resupinatur super dorsum suum, et uult mingere, & non potest: tunc scias, quia est mortale. non ergo labores in curatione eius. Si uero non accidit ei aliquid ex illo, res est leuior. Et curatio eius quod accidit ex illo est, ut coneris sedationem apostematis calidi: ita, ut ponas super Spondilem attritam oleum rosatū solum: aut cum uitellis oui assati. Pone super ipsam illud aliquotiens in die, donec quando sedatur apostema ca-

lidum: tum pone super locum unum ex emplastris confortantibus, exsiccantibus, & stringe super ipsum cum ligamento: et præcipe infirmo, ut utatur quiete & tranquillitate. Nec dormiat super partem cum qua inuenit dolorem, donec sanetur. Quod si accidit apud attritionem ossis sathaiatum, aut aliquid quod iam separatū sit ex eo: tunc oportet, ut seces super cutem, & auferas illud. Deinde aggrega duo labia uulneris, si est magnum, cum sutura. deinde cura ipsum cum aliquo incarnatiuo, ex unguentis, donec sanetur. Si uero frangitur postremū ossis alhausos, & est finis caudæ: tunc oportet, ut intromittas pollicem manus sinistræ in anum, & æques os fractū manu altera, secundum quod possibile est, & secūda æquatione. Deinde pone super ipsum, et aufer ipsum: & cura uulnus cum curatione quæ præcessit, donec sanetur. A


De restauratione Anchæ. Caput XI.

RARO franguntur ossa Ancharum. Quod si frangūtur, tunc fractura eorum non est, nisi comminutio in extremitatibus ipsorum: & scinduntur in longitudine, et declinantur ad interiora: & accidit infirmo dolor in loco, et punctura: & stupescit crus quod frangitur. Et restauratio quidem eius est, ut extendas manum tuam super ipsum, donec stes super fracturam qualiter est figura eius.

Quod si fractura est in extremitatibus eius tantum, tunc æqua illam fracturam, secundum quod præparatur tibi ex æquatione, donec assimiletur figuræ suæ naturali. Si autē fractura est in longitudine, aut iam declinat ad interiora: tunc fac iacere infirmum super uentrem suum, donec preparet̄ tibi restauratio illius fracturę. Quando ergo æquaueris ipsam, pone super ipsam emplastrum: deinde pone super ipsam astellam ex ligno, aut ex cute: et stringe strictura super quam non timeas permutationem fracturæ, neq; remotiōem astellæ. Et æqua concauitatem illorum cum eo quod impleat eam, donec capiat eam strictura secundum æqualitatem: et precipe infirmo, ut dormiat super dorsum suū, aut super latus suū sanum. Si autem accidat ei apostema calidum: tunc cessa ab extensione eius, et ipsius restauratione, donec sedetur apostema calidum: & pone super ipsum quod sedet ipsum, secundum quod pręcessit. deinde redi ad restaurationem eius: & stringe ipsum sicut oportet. Si uero accidit in osse satagie, aut comminuitur, extrahe. B

De restauratione fracturæ Adiutorij. Caput XII.

ADIUTORIUM est illud, quod est inter cubitum usq; ad caput Spatulæ. Si ergo frangitur, tunc restauratio eius est secundum unum duorū modorum. Quorum unus est: ut accipias lignum planum mediæ grossitudinis, secundum hanc formam, quæ sequitur. Adiutorium.

C 

Et ligentur in duabus extremitatibus duo ligamenta. Deinde suspendatur ex loco eleuato: & sedeat infirmus super sedem. Deinde proijciat brachium suum fractum super lignum, donec perueniat ad titillicũ eius, in cuius medio sit annexa curuitas ligni. Deinde suspende desuper ipsum aliquid graue, ut extendat ipsum minister ad inferiora. Deinde æquet medicus fracturam manibus suis simul, donec redeat fractura, secundum quod oportet. Et modus alter est, ut resupinetur infirmus super ceruicem suam: & suspende manum eius a collo ipsius cum ligamento. Deinde præcipe duobus ministris, ut teneat unus eorum illud quod est supra fracturam cum manibus suis: & ut alter teneat inferius eius, & extendat unusquisque eorum ad partem suam. Et si uis, ut sit extensio fortior, tunc stringe sub fractura cum ligamento, & supra ipsam cum ligamẽto alio: & extendat ea unusquisque duorum ministrorum ad duas partes suas. Si ergo fractura est propinqua extremitati humeri, tũc oportet, ut ponatur unum ligamentum sub titillico, & alterum sub fractura uersus cubitum. Et similiter si fractura est propinqua cubito: tunc oportet, ut ponatur ligamentum super illum locum, & super cubitum

D ipsum. Deinde æqua fracturam cum facilitate absque labore, donec quando æquatur fractura secundum quod oportet, & applicatur applicatione bona: tunc stringe eam, si non accidit apostema calidum. Si uero accidit apostema calidum, tunc dimitte stricturam usque ad diem septimum. Et pone super ipsum lanam succidam imbibitam in aceto & oleo rosato, donec quando quiescit apostema: tunc stringe eam: & modus stringendi eam est, ut ponas emplastrum super fracturam. Deinde pone inuolutionem ex panno nouo super emplastrum. Deinde aggreget brachium super adiutorium ipsum, & ponat manum suam apertam super humerum suum. Et pone pannum, & stringe super adiutorium brachium, ut brachium stet loco astellarum: si non prohibet te ab illo aliquid, neque alteretur super te aliquid ex osse fracto. Quod si times, quod alteretur super te ex osse fracto aliquid, tunc utere astellis: & est, ut ponas super fracturam ipsam astellam quæ sit latior & fortior reliquis astellis. Et ponas inter omnẽ astellam latitudinem digiti: & sit longitudo astellarum secũdum fracturam cum additione trium digitorum ab omni parte. Deinde stringe super astellas strictura quã dixi in principio capituli. Et est, ut sit strictura tua super locum fracturæ strictior. Et quanto plus elongatur fractura, sit strictura minor. Si ergo uides situm astellarum & stricturam, sicut diximus, in hora qua restauras membrum statim, tunc fac: & si times apostema calidum, tunc dimitte stri-

cturam & astellas usque ad diem septimum, sicut diximus. Deinde considera ligamentũ in omnibus tribus diebus, ut non accidat in loco pruritus, aut inflatio, aut prohibeatur cibus peruenire ad membrum, propter dispositionem superfluitatis stricturæ. Rectifica ergo illud totum, secundum quod diximus. Si uero es super fiduciam, ut non accidat ex illo aliquid: tunc non soluas ligamentum, nisi post tres dies, aut plus. Et sit dormitio infirmi super dorsum suum, & manus eius super stomachum suum: & pone sub adiutorio culcitram plenam lana æqualiter. Et considera in omni hora noctis, aut diei, ut non soluatur figura membri fracta, aut mollificetur ligamentum. Rectifica ergo illud totum uirtute tua. Et pone cibum infirmi secundũ ordinem quem præmisimus, ita ut sit cibus subtilis in primis, donec incipiat os stringi: tunc oportet, ut ingrosses cibum eius. de consuetudine enim adiutorij & cruris est, ut stringatur in quadraginta diebus: tunc ergo oportet, ut soluatur, & administretur balneum, & medicetur cum unguẽtis quæ rectificant illud. Quod si fractura fuerit fœda, attrita: tunc non soluas ab ea ligamentum & astellas usq; ad quinquaginta dies, & usq; ad duos menses. A

¶ De restauratione fracturæ Brachij. Caput XIII.

BRACHIVM est compositum ex duobus ossibus, quæ nominantur duo focilia. Quorum unum est paruum: & est illud quod sequitur pollicem. Et alterum est magnũ, et est illud quod est positum sub paruo ab inferiori parte. Fortasse ergo frangitur focile maius solum, aut paruum: & fortasse franguntur simul. Quando ergo frangitur focile paruum superius, tunc restauratio eius est facilis, & sanatio eius est facilior. Et quando frangitur focile inferius, est fractura eius mala, & sanatio eius difficilis. Et deterior ea est, quando franguntur duo ossa simul. B Ossa Brachij.

Si ergo os quod frangitur est focile parum superius, tunc conuenit medico apud restaurationem eius, ut ponat extensionem paruam cum facilitate, donec æquet ipsum. Si uero focile magnum est illud quod fractum est: tunc oportet, ut ponat stricturam fortiorem ualde. Et oportet, ut ponat figuram manus apud restaurationem eius, & ipsius extensionem extensam super puluinar. Et sit pollex manus ad superiora altior omnibus digitis: & sit articularis inferior omnibus digitis, uel reliquis: & infirmus sedens quadratus super seipsum, et sit puluinar coram eo, uel in directo eius, in altitudine, ut non incurrat infirmus laborem. Deinde extendat minister Brachium ab inferiori parte, aut manu sua, aut cum ligamento. Et minister alius extendat desuper similiter. Deinde æquet medicus os, donec reducat ipsum secundum meliorem figuram quam potest. Quod si in fractura ossis sunt satagiæ, tunc conare reducere omne frustum in loco suo uirtute tua. Si uero apparet in

C eo ſathaiatum ſeparatum, & pungit cutem, et non eſt tibi ſpes in reſtaurationе eius: tunc ſinde ſuper ipſum, & aufer ipſum ſecundum modum quem diximus in eis quæ pręmiſſa ſunt. Si autem fractura eſt cum uulnere, ego iam feci ad illud capitulum ſingulare, ergo accipe curationem illius inde. Quod ſi accidat in principio tuæ reſtaurationis apoſtema calidum, tunc line pannum cum cæroto facto ex oleo roſato, & cæra alba, & ſit medium inter ſpiſſitudinem & ſubtilitatem: et ſtringe pannum ſuper ipſum ſtrictura ſubtili, donec quando ſedatur apoſtema: tunc remoue cærotum, & pone emplaſtrum præparatum ex puluere molendini cum albumine oui. Deinde pone aſtellas, & ſit aſtella quæ ponitur ſuper fracturam ipſam latior parumper, & fortior. Et ſcias, quod numerus aſtellarum Brachij eſt ſex in pluribus diſpoſitionibus: ſiue ſit fractura in focili uno, aut in duobus focilibus ſimul. Deinde pone ſtricturam tuam ſuper locũ fracturæ fortiorem & uehementiorẽ, & aliquanto plus cum ſtrictura ad ſuperiora fracturæ, aut ad inferiora eius: aut pone ſtricturam molliorem ſtrictura eius parumper, ſecundũ quod præceſſit rememoratio eius in principio capituli. Et ſint panni qui inuoluuntur ſuper fracturam, panni lenes, humidi: & non ſint duri, aſperi. Et ſit filum
D quo ſtringitur ex lino proprie, medium inter ſubtile & groſſum, ſicut narrauimus. Et conſidera membrum & ligamentum poſt dies.

Quod ſi accidat aliquid cuius rectificatio ſit neceſſaria, ſicut pruritus qui accidit membro: tunc oportet, ut embroces membrum cum aqua calefacta, donec quieſcat ille pruritus, & dimittas membrum non conſtrictum, donec quieſcat. deinde itera ſtricturam.

Quod ſi ſtrictura iam mollificata eſt, & os iam remotum, & ſimilia illis: tunc rectifica illud totum uirtute tua, & conſidera iterum. Nam ſi nutrimentum prohibetur peruenire ad membrum, propter ſuperfluitatem ſtricturæ, tunc oportet, ut mollifices ipſum parumper, & dimittas ipſum aliquot diebus, donec currat ad ipſum nutrimentum. deinde ſtringe ipſum. Si autem non accidit infirmo aliquid eorum quæ diximus, tunc non oportet, ut ſoluatur, niſi poſt uiginti dies, aut circiter hos. Deinde ſuſpẽdatur manus infirmi ad collum eius. Et ſit collum eius æquale, & cuſtodiatur uirtute ſua a motibus agitatiuis. Et fac eum dormire ſuper dorſum ſuum. Et ſcias, quod hæc fractura in triginta diebus, aut in triginta duobus diebus reſtauratur: & fortaſſe reſtauratur in uigintiocto diebus. totum illud eſt ſecundum diſpoſitiones complexionum, & diſpoſitiones uirtutis.

De reſtauratione fracturarum Manus. Caput XIIII.

SCIAS, quod pectini Manus, & nodis digitorum raro accidit fractura. Et non accidit ei, niſi attritio multotiens. Quando ergo accidit

plantę fractura, aut attritio: tunc oportet, ut sedeat infirmus quadratus: A
& coram eo sit sedes secundum æqualitatem. Deinde pone Manum eius super eam extensam. Deinde extendat minister ossa fracta, et æquet ea medicus, donec quando coniunguntur coniunctione bona. Tunc oportet, ut ponat emplastrum & stuppam, si non accidat apostema calidum. Deinde pone astellam desuper secundum quantitatem loci: & tu iam inuoluisti eam in panno lini. Si autē fractura est ad inferiora circiter uentrem plantæ, tunc fac simile sphæræ ex panno: & pręcipe infirmo, ut coartet super eam cum planta sua fracta: deinde stringat cum panno longo. Et sit astella ex corio, in quo sit lenitas, ut applicetur corium cum corpore plantæ: et stringe eam, secundū quod oportet. Si autem fractura est ad exteriora, tūc oportet: ut ponas astellam desuper, et astellam aliam ab inferiori in planta: & sit manus aperta recta. Deinde pone stricturam, sicut reuoluit manus: et extende inter digitos cum ligamēto.

Quod si accidat fractura alicui nodorum digitorum, tunc si est pollex, æquetur secundum quod oportet. Deinde stringatur cum planta: & si amas, pone ei astellam rectam, paruam: ut eleuetur fractura, & non moueatur. Si autem fractura est reliquis digitis, sicut medio, & indici, aut auriculari, & anulari, tunc æquetur, et ligetur cum digito sano qui se quitur eum: aut ligentur omnes secundum continuationem: & est melius. Aut pone super ipsum astellam paruam, sicut diximus in pollice. Et B
considera in restauratione tua, & post ipsam dispositionem apostematis calidi: & oppone cum eo quod oportet, quando accidit aliquid ex illo, secundum quod iteratur eius narratio.

De restauratione fracturæ Coxæ.

Caput XV.

OS COXAE multotiens frangitur, et declaratur sensui: quoniam conuertitur ad interiorem & posteriorem partem. Et restauratio eius fit ita, quod stringitur ligamentum supra fracturam, et ligamentū aliud sub fractura. Et infirmus prostretur super faciem suam. Deinde extendat omne ligamentū minister ad partem suam secundum æqualitatem: et hoc, quando est fractura in medio ossis. Si autem est fractura propinqua radici Coxæ, tunc sit ligamentum ad partem pectinis, ut cadat extensio ad sursum: & ligamentum aliud sub fractura. Et sic similiter si est fractura propinqua genu, tunc sit ligamentū propinquum genu, ut sit extensio ad inferiora. Deinde æquet medicus os utriusq; manibus suis, donec reducat ipsum secundum similitudinem figuræ naturalis: & coniugatur os coniunctione bona. Tunc oportet, ut ponas emplastrum & stricturam, si non accidit membro apostema. Quod si accidat in eo apostema: tunc dimitte ipsum diebus aliquot, donec sedetur apostema calidum. deinde redi ad curationem tuam. Strictura autē eius ita sit. Oportet ut inuoluas super fracturam imema duram, id est, bin-

C dam:& dupla eam bis,aut ter:et remaneat ex ea superfluitas. Deinde in
uolue crus,donec perueniat calcaneus apud radicem natis. Et intromit-
te filum longum inter Coxam & crus prope genu ad inferiora, & ueni-
ant extremitates fili a superiori parte duarum partium. Deinde reuol-
ue super Crus & Coxam quod superfluit ex alimema. Deinde pone su
per Coxam in loco fracturę ipsius astellas,& pone ex eis astellam unam
super os cruris. Deinde imple uacuitates inter crus & coxam cum pan-
nis lenibus,ut æquet̃ strictura. Deinde incipe cum strictura forti a me-
dio super locum fracturæ tribus inuolutionibus,aut quatuor. Et quan-
to plus elongaris cum ligamento a loco fracturæ, sit strictura tua mi-
nor & mollior,et lenior. Deinde intende ad duas extremitates fili,quod
tu intromisisti inter coxam & crus. Liga ergo cum utrisque tres astellas
quæ sunt desuper. Deinde uade cum duabus extremitatibus fili ad in-
feriora,donec peruenias ad cauillam pedis. Et cum utrisq; stringe etiam
extremitates astellarum a parte altera: ut non remoueatur ligamentum
ex loco suo. Deinde dimitte stricturam super illud,dum permanet, ita
quod non accidat membro corrosio,neq; apostema, neq; inflatio, & si-
milia eis. Quod si accidat aliquid ex illo. propera ergo cum solutione
eius,& rectifica illud quod accidit inde totum, secũdum quod diximus
D multotiens. Si uero in osse est frustũ ex osse quod pungat: tunc opor-
tet, ut æques illud, si est tibi possibile. Et si non, finde super illud, & re-
moue illud: & cura cum eo cuius præcessit rememoratio, donec sane-
tur. Et quandoq; stringitur hæc fractura Coxæ, pręter quod addantur
ei astellæ, sicut diximus in adiutorio & brachio. Verumtamen in re-
stauratione eius taliter fracta, non accidit infirmo claudicatio. Et si re-
stauratur sola, pręter quod applicetur ei crus alterum, tunc necesse est,
ut claudicet ille cuius est, semper. Et scias, quod Coxa stringitur in quin
quaginta diebus, uel additur parum, aut minuitur parum: totum illud
est secundum diuersitatem complexionum, & reli-
quarum dispositionum.

¶ De restauratione fracturæ Rotulæ genu. Caput XVI.

SCIAS, quod Rotulæ genu raro accidit fractura, sed accidit ei at
tritio multotiens. Si uero accidit ei fractura, tunc non nisi aut fissura, aut
foramen in partibus suis. Et est illud cum uulnere, & absq; uulnere. Et
statur super illud totum cum sensu. Et restauratio eius est ita, ut æque-
tur quod disruptum est ex partibus eius cum digitis, donec aggregetur,
& coniungatur secundum quod possibile est ex æquatione & facilitate,
& fabricatione. Deinde pone emplastrum ex farina sisami, uel molen-
dini, cum albumine oui: & pone super ipsum astellam rotundam, si in-
diges illa:& stringe desuper strictura cõueniente ad illud. Deinde con-
sidera omnes dispositiones quas narrauimus in reliquis fracturis; sicut

apostema calidum, & similia illi: ita, ut opponas omni accidenti cum eo quod conuenit ei, donec sanetur. A

¶ De restauratione fracturæ Cruris. Caput XVII.

SCIAS, quod Cruri sunt duo ossa, quorũ unum est grossum, & nominatur nomine Cruris: et alterum subtile, & nominatur Focile. Et accidit utrisque ex speciebus fracturæ quod accidit duobus ossibus brachij: & propter illud fit restauratio eius, sicut restauratio brachij æqualiter, & operatio est una. Quod si franguntur duo ossa simul, conuertitur Crus ad omnes partes. Et si frangitur os subtilius, conuertitur Crus ad anteriorem partem. Et si frangitur os grossius, inuenis illud inferius: et est ex eis quæ non occultantur tibi. Deinde administra extensionem, et æquationẽ, & ligationem astellarũ secundum illud æqualiter. Verũtamen oportet, si fractura Cruris est fractura fœda, habens sethagie multa: ut sit extensio minor, & lenior alleuiatiõe tua. Et in Crure quidem est ex operatiõe quiddam super brachiũ: et est, ut quãdo tu æquas astellas, & comples omnẽ operationem tuã, tunc accipe duas fascias ex ligno pini, quod administratur in fabricatione solariorũ quod ponitur sub tabulis: & fiunt ex spatulis palmæ: et elige ex eis quibus est grossitudo parua, & neque sint ex minutis: et sit longitudo earum secundũ longitudinem Cruris a genu usque inferius. Deinde inuolue super unamquamque pannũ duabus inuolutionibus secundum longitudinem eius. B
Et pone unam partem Cruris a parte una, & alteram a parte altera: & sint ex genu usque inferius pedis. Deinde liga duas fascias in tribus locis ex duabus extremitatibus & medio. Cum enim strictura prohibetur, Crus declinat ad dextram & sinistram, et stat statione bona. Etiam quidem administretur cunabulum ex ligno secundum longitudinem Cruris, & ponatur in eo Crus, ut conseruet ipsum a motu. Et plurimũ quidem oportet, ut facias illud in fractura quando cum ea est uulnus proprie. Deinde considera Crus in omni die, et stude cum eo studio ultimo ab apostemate, aut inflatione, aut reliquis alijs. Si ergo accidit aliquid ex illis, tunc oppone ei cum eo quod oportet, usquequo sanetur, si DEVS uoluerit.

¶ De fractura ossium Pedis, & Digitorum. Caput XVIII.

CALCANEO quidem nõ accidit fractura penitus. Ossibus uero Pedis accidit quandoque fractura, & Digitis parũ etiam accidit fractura: et nõ accidit eis nisi attritio in pluribus dispositionibus. Quod si accidit ossibus Pedis fractura, & uides illa ossa sublimari super se adinuicem, tunc ponat infirmus Pedem suũ super terram præparatam, sicut ambulans. Deinde sta tu, et pone Pedem tuũ super illud quod eleuat̃ ex illis ossibus: postea preme, uel calca eam: et æqua ipsam, donec redeat in

C locis suis. Deinde pone emplastrũ, et stuppam desuper: & pone sub uentre Pedis tabulam paruã, cui sint duo capita plana. Deinde stringe eam cum Pede strictura decenti, postquã tu inuoluis eam cũ pannis, & reliquis quibus indiget. Cum ergo pretereunt ei tres dies, aut quatuor, tunc solue ligamentum. Nam tu inuenies ossa æquata, siue sint fracta, aut sint dislocata. Operatio ergo in eis est, sicut uides. Si aũt frangũtur aliqui digiti, tunc restaura eos, et æqua ipsos secundũ quod narraui tibi in restauratione digitorũ manus. Deinde pone digito tuo astellam secũdum longitudinem digiti, & sit latior eo parumper: deinde pone sub Pede hanc tabulam quam narraui tibi, & stringe eam strictura decenti. Si uero quod frangitur ex ossibus est duo, aut tria, aut plus, tunc pone super omnem digitum astellam suæ quantitatis, inuolutam in panno lini: & stringe tabulam in inferiori Pedis: & sit stans super unum capitum tabulæ extra uentrem Pedis, ut teneat retentione bona. Et conuenit tibi, ut non obliuiscaris, quin consideres omnia quæ dixi tibi in reliquis fracturis ex accidentibus quæ diximus: & oppone omni accidenti cum eo quod oportet.

¶ De fractura Vuluæ mulieris, & ossis pectinis, et uirgæ uiri. Caput XIX.


QVANDO frangitur Vulua mulieris, tũc fac eam sedere quadratam. Deinde inclina eam ad partem dorsi ipsius parum=
D per, & teneatur retro. Deinde impleat obstetrix Vuluam eius coto, donec impleat eam: et fiat in Vulua ex eo sicut sphera. Deinde concutiatur mulier, & eleua dorsum eius paulatim. Illud enim cotum egreditur, donec fiat ante portam Vuluæ sicut sphera, et os fractum redit. Deinde pone puluillum super dorsum eius. Quando ergo uult mingere, remoueat cotum cum facilitate, deinde mingat: et reduc ipsum secundum modum, quo intromisisti ipsum in primis: deinde redeat ad puluillum suum primum. Faciat illud septem diebus, aut circiter. os ipsum enim restaurat. Et si uis, accipe uesicã ouis, & stringe super foramen eius cannulam arundinis, et intromitte uesicam totam in Vuluam eius. Deinde suffla in cannulam cum uirtute, donec infletur uesica intra Vuluam. fractura enim redit. Deinde impleatur cum coto, & stet aliquot diebus, secundum quod narrauimus, donec sanetur. Et quando frangitur os Pectinis uiri, aut mulieris, tunc administra in restauratione eius, & ipsius æquatione illud quod narrauimus in osse Anchæ. Et non occultatur rectum in his fracturis propinquis, quæ parum contingunt, præcipue cui est quiddam studĳ, uel usus. Et intellige librum meum istum multum. quoniam fractura ipsa significat tibi in pluribus dispositionibus uiam rectam in restauratione sui, & strictura sui: intellige ergo.

In Virga autem uiri quando frangitur, accipe guttur anseris: & intromitte uirgam in ipso. Deinde pone super ipsum inuolutionem ex


panno, & inuoluatur, et dimittatur tribus diebus, aut circiter eos, & sanabitur, si DEVS uoluerit. A

¶ De restauratione fracturæ ossium, quando est cum uulnere. Caput XX.

CONVENIT ei cui accidit fractura cum uulnere, precipue si est magnum, sicut os coxæ, aut adiutorij, aut simile illi, ut properes, & phlebotomes ipsum statim: si attestantur tibi conditiões phlebotomiæ, sicut præmisimus. Quod si uulnus effluit sanguinem, tunc oportet, ut properes ad abscisionẽ eius, ita ut pulverizes super ipsum zegi tritum: si non est tibi præsens aliud. Deinde incipe restaurare fracturam in illo eodem die: & non postponas illud, si non accidit apostema. Si uero accidit apostema calidum, tunc dimitte restaurationem eius usq; ad diem nonum, donec sedetur apostema. Et non appropinques ei in die tertio, & quarto omnino. nam tu faceres ei accidere accidentia mala. Si autem os fractum est eminens super cutem detectum: tunc oportet, ut coneris reducere ipsum, et æquare ipsum manibus tuis cum facilitate & extensione parua. Si autem non præparatur extensio eius, & ipsius æquatio manibus tuis: tunc reduc ipsum cum isto instrumento. Et est instrumentum quod fit ex ferro, cuius longitudo est quantitas septem digitorum, aut octo: & eius latitudo est secundum quantitatem uulneris. Et propter illud necesse est medico, ut accipiat ex eis tria, aut quatuor secundum quantitatem qua indiget ad illud ex curatione in omni specie fracturæ. Et sit rotundum: & sit in eo grossitudo parua, ut non duplicetur apud compressionem super ipsum in hora operationis: & sit acutæ extremitatis, cui sit margo in extremitatibus suis. Et sit superius eius ad grossitudinem ex medietate eius usque ad inferiora. Et hæc est forma eius. B



OPORTET IN HAC OPERATIONE, ut ponatur extremitas eius acuta curuata super extremitatem ossis eminentis: & impelle ipsum cum eo uice una, donec quando redit os & æquatur quadam æquatione. Conare ergo æquare extremitates fracturæ adinuicem. Quod si extremitates eius fracta est subtilis, & non accipit eam instrumentum accæptione bona, tunc oportet, ut incidas extremitatem illius ossis, donec instrumentum potestatem habeat eius. Si uero non potes reducere eos cum eo quod narrauimus omnino, tunc incide ipsum cum eo quod conuenit ei ex Incisorijs quæ diximus: aut serra ipsum cum una serrarum quocunq; modo possibile est tibi.

C 

Deinde rade illud quod remanet in osse ex asperitate & corticibus minutis. Cum ergo reducitur os, & inuenit infirmus post reductionem eius dolorem uehemẽtem lædentem, tunc scias, quod os non rediit ad locum suum naturalem. Fac ergo illud. Nam tu confers infirmo iuuamentum magnũ, cum completur restauratio tua quam facis ossi. Tunc submerge pannum in uino stiptico, nigro. Et proprie si est in æstate. Et non ponas super uulnus cærotum, neq; aliquid in quo sit oleum: ut non faciat accidere in ipso putredinem & corruptionem. Deinde administra astellas in hora complementi tui a restauratione ossis. Et dimitte uulnus detectum: ita, ut incidas cum forficibus foramen in inuolutionibus secundum quantitatem uulneris. Et caue omni cautela, ne stringas uulnus cum fractura. Multotiens enim fecerunt istud stolidi medici: & fecerunt accidere super infirmos suos aut mortem, aut corrosionem, aut zuchem, id est, saniem. Et sit strictura tua mollis, lenis, diuersa stricturæ fracturarum reliquarum. Quod si uulnus est malum, aut est uulnus magnum, & times super ipsum quædam accidentia mala quæ narrauimus, & inuenis dolorem in loco suspensum: tunc non oportet, ut ponas super ipsum astellas. Et fac eis inuolutiones ex pannis duris in loco astellarum, & stringe ipsum cum eis. Cum autẽ est post diem unum, aut dies duos, & uides uulnus iam incipere, ut in eo generetur pus: tunc aufer desuper ipsum pannum quem posuisti super ipsum cum uino. Deinde administra licinia, et unguenta cum quibus de consuetudine nostra est, ut medicemur uulnera: sicut unguentum tetrapharmacon, et similia illi. Et conuenit tibi, ut soluas ligamentum. Et considera uulnus in omni die mane & uespere, donec consolidetur, et sanetur. Et oportet, ut præparetur membrum taliter, ut currat ex eo pus ad inferiora cum facilitate.

D

Quod si prætereunt uulneri dies multi, et non consolidatur, neq; abscinditur pus ab eo: tunc scias, quod illic sunt fatagie ossis parua. Quare oportet, ut inquiras uulnus cum tenta. Quot uero ex illis alsatagie sunt separata, remoue ea, & extrahe ipsa. Et quæ ex eis sunt non separata, & pungunt membrum, & faciunt accidere dolorem, conare incidere ea, & auferre ea omni modo quo possibile est tibi illud. Quod si accidat uulneri zuchen, aut ekileten, id est, estiomenus, aut species alia corruptionis & putrefactionis: tunc oportet, ut opponas unicuiq; ex eis cum eo quod conuenit ei ex curatione, cuius præcessit narratio in capitulo suo. Et ex eo in quo oportet ut stet sermo meus, & cui facias præsentem mentem tuam quando frangitur os, & eminet super membrum, sicut os coxæ, & adiutorij, et similia eis ex membris magnis, est, ut non præsumas attractionem eius, multotiens enim accidit ex illo mors, imo dimitte

ipſum, donec putrefiat. Fortaſſe enim cadet per ſe poſt uiginti dies, A
aut triginta. Tunc ergo cura uulnus, ſi uidetur tibi: & ſi
non, dimitte ipſum.

❡ De curatione Nodationis in ueſtigio fracturæ. Caput XXI.

MVLTOTIES accidit hæc Nodatio in ueſtigio ſanationis fracturæ. præcipue, quæ eſt prope iuncturas: & fœdatur ex ea figura membri. Et fortaſſe prohibet membrum ab operatione ſua naturali. Conſidera ergo tunc, ſi nodatio eſt recens: adminiſtra in ea medicinas quæ ſtipticitatem habent, ſicut aloe, & olibanum, et myrrha, & ſarcocolla, & acacia, et ſimilia eis. Ita, ut accipias ex iſtis quaſdam, aut omnes eas: & confice eas cum uino ſtiptico, aut cum albumine oui, aut cum aceto: et pone eas ſuper nodationem in ſtuppa, et ſtringe eas ſuper ipſam ſtrictura bona. Et dimitte ſtricturam, nec ſoluas eam diebus multis. Deinde ſolue eam, & itera aliam, donec remoueatur nodatio. Aut ſtringe ſuper ipſam laminam plumbi decenter. Plumbo enim eſt proprietas remouendi omne quod timetur ex membris. Si autem nodatio iam in lapidem conuerſa eſt, & ſtricta eſt, et feſtine prouocat neceſſitas ad auferendum eam: tunc finde ſuper eam ex ſuperiori parte eius, & incide ſuperfluitatem eminentem: aut rade eam cum quibuſdam raſorijs, donec remoueatur: & cura ipſam, donec ſanetur. B

Plumbi uirtus.

❡ De curatione quando reſtauratur, & remanet membrum poſt illud ſubtile, non ſecundum naturam ſuam. Caput XXII.

QVANDO reſtauratur fractura oſſis, & remanet membrum poſt illud ſubtile, debile: tunc nõ fit illud niſi propter cauſſas multas. Quarum una eſt, multitudo ſolutionis ligamenti & ligationis eius non ſecundum quod oportet: aut propter ſuperfluitatem ſtricturæ ligamentorum, donec prohibeatur nutrimentũ currere ad membrum: aut propter multitudinem embrocationis ſuperfluæ in non ſua hora: aut propter paucitatem ſanguinis in corpore infirmi, & debilitatem eius. Et curatio illius eſt, cibare infirmum, & tenerum facere corpus eius, donec multiplicetur ſanguis in eo. Et adminiſtra balneum. Et intromitte gaudium & lætitiam ſuper eum. Deinde pone picem ſuper membrum: ut attrahat pix ad ipſum nutrimentum multum. Et aſſiduet embrocationem eius cum aqua tepida, donec currat nutrimentum, & redeat ad figuram ſuam naturalem.

❡ De curatione oſſium fractorum quando reſtau-

C rantur tortuose. Caput XXIII.

QVANDO accidit membro iam restaurato post sanationem eius tortuositas, & eminentia ossi fracto, aut nodatio: & fœdatur per illud forma membri, uerumtamen membrum non prohibetur ab operatione sua naturali: tunc non oportet ut recipias sermonem eius, qui existimat, ut frangatur membrum denuo. Etiam fuerunt multi stolidorum medicorum & restauratorum, qui fecerunt illud in terra nostra. Et hæc quidem operatio est uituperabilis ualde, perducens ad mortem, uel timorem magnum, ut scilicet sit mortalis. Verum si claudicatio & nodatio sunt recentes: tunc oportet, ut embrocetur cum aqua tepida, in qua decoctæ sint herbæ mollificantes. sicut folia alteæ, & radix eius, & mellilotum, et illis similia. Et fiat ei emplastrum cum emplastro mollificatiuo. sicut dyachilon decēter factum. Aut sumatur mucilago radicis alteæ, & concutiatur cum adipe gallinæ, aut oleo sisamino: & emplastretur cum eo. Aut sumantur ficus pingues, & terantur cum fimo columbino, & similibus eis quæ nominantur ex medicinis diminuentes consolidationem. Et quandoq; soluitur nodatio cum fricatione assidua, antiqua, & leni, quæ fit cum manibus humidis. Et administretur motus membri ad omnem partem in horis omnibus.

D Si autem tortuositas iam antecessit, & fortis facta est, et conuersa est in lapidem, & prouocata est necessitas ad curationem eius cum ferro: tunc oportet, ut secetur superius eius, & soluatur continuatio ossis, et incidatur quod superfluit ex nodatione aut osse cum Incisorijs subtilibus: & administretur facilitas in illo cum sollicitudine & studio.

¶ De sermone in Dislocatione. Caput XXIIII.

Dislocatio quid.

DISLOCATIO est exitus alicuius iuncturarum a loco suo. Quare prohibetur a motu suo, & fœdatur figura membri. Et facit accidere super infirmum dolores, & læsiones uehementes. Quando ergo accidit alicui dislocatio, tunc oportet festinare ad restaurationem eius: neq; tardet eam omnino. Nam si tardatur, apostematur locus, & fortasse cum eo reductio dislocationis. Propter illud ergo non oportet, ut moueatur, neq; extendatur in hora apostemationis eius. quoniā multotiens facit accidere spasmum, et dolores lædentes. Verum quando accidit illud, tunc oportet, ut properes ad phlebotomiam infirmi. Deinde dimittatur, donec quiescat apostema. Deinde embrocetur membrum cum aqua calida & oleo. Deinde reducatur cum facilitate. Et curetur omne membrum cum eo cuius rememoratio ueniet in loco suo. Ego quidem iam ordinaui capitula dislocationis, etiam secundum quod præcessit in fractura, a superiori parte corporis usq; ad inferiorem eius.

De cura dislocationis Mandibulæ inferioris. Caput XXV.

A

PARVM dislocantur duæ Mandibulæ nisi raro. Et dislocatio ambarum fit secundum unum duorũ modorum. Aut enim remouentur a locis suis remotione parua, & mollificãtur parumper. Aut dislocantur dislocatione integra, completa, donec mollificentur ad partem pectoris, donec currat saliua infirmi, & non possit tenere eam, neq; possit claudere os suum, & inuoluatur lingua eius cum sermone. Quando autẽ dislocatio eius est parua, tunc redit in pluribus dispositionibus per se cum paucitate. Si uero est dislocatio completa, integra: tunc oportet, ut administretur reductio eius uelociter, et non tardetur penitus: & est, ut teneat minister caput infirmi: & intromittat medicus pollicem manus suæ unius in radicem Mandibulæ dislocationis inter os eius, si dislocatio est a parte una. Aut intromittat duos pollices suos simul, si dislocatio est a duabus partibus. Et reliqui digiti manuũ eius sint extra, quibus æquet. Et præcipe infirmo, ut mundificet Mandibulas suas, & absoluat eas ad manducandũ ad omnem partem. Et medicus æquet Mandibulam, et impellat Mandibulam, donec redeat ad locum suum.

Quod si difficilis sit reductio eius, præcipue si sunt ambæ Mandibulæ simul: tunc administra uaporationem cum aqua calida, & oleo, donec fiat facilis reductio ambarum: neque tardes reductionem ambarum omnino, sicut diximus. Cum ergo redeunt & æquantur, et clauditur os infirmi, et non mollificantur: tunc pone super eas puluillos pannorum, cum cæroto quod fit factũ ex cæra: & oleo rosato. Deinde ligetur cum facilitate cum ligamentis mollibus. Et sit somnus infirmi super dorsum suum: & caput eius sit stans inter duo puluinaria, ut non moueat ipsum ad dextram & sinistram: neque conetur, uel cogatur masticare aliquid: imo ponatur cibus eius sorbitio lenis, donec quando remouentur dolores, & nodatur Mandibula: tunc comedat quod uult, et administretur illud cum facilitate. Non laboret super operationem oris sui apud comestionem & potum, & oscitationem, donec nodetur Mandibula, & sanetur. Quod si difficilis fiat reductio duarum Mandibularũ, quando dislocantur in hora aliqua, & non conuertuntur ad loca sua: tunc multotiens accidunt inde febres, & soda assidua: et fortasse soluitur uenter infirmi, & fortasse uomit choleram puram. Cum ergo uides illud: tunc scias, quia est perditio, & multotiens moritur ille cui accidit illud in decem diebus. B

De reductione dislocationis Furculæ, & extremitatis humeri. Caput XXVI.

FVRCVLA quidem non dislocatur ex latere intrinseco, propter continuationẽ suam cum pectore. Et dislocatᷣ quandoq; ad exterio-

C ra:& declaratur illud ſenſui. Et reſtauratio eius eſt, ut iaceat infirmus ſuper dorſum ſuũ, & extendat brachia ſua. Deinde cōarta locum cum palma tua cōartatione forti. nam ipſa redibit. Deinde pone ſuper ipſam emplaſtrũ, & puluillos, et ſtringe eam. Extremitates uero eius quæ ſequuntur cubitum, et continuantur cum eo, non diſlocantur, niſi raro. Quod ſi diſlocatur die aliquo: tunc oportet, ut reducatur & æquetur ſecũdum quod diximus, & quod præparatur tibi. Deinde pone ſuper ipſam emplaſtrum, & puluillos, et ſtricturam. Et præcipe infirmo, adhęrere tranquillitati et quieti, donec ſanetur. Et cum hac eadem curatione reducitur extremitas Humeri, quando ſeparatur etiam a loco ſuo.

¶ De reductione diſlocationis Humeri. Caput XXVII.


SCIAS, quod Humerus non diſlocatur, niſi ſecundum tres modos. Quorum unus eſt, ut diſlocetur ad partem titillici ad inferiora. Secundus eſt, ut diſlocetur ad partem pectoris. Et fortaſſe diſlocatur ad ſuperiorem partem Humeri:& illud fit raro. Et non diſlocatur ad poſteriora, propter ſpatulam. Et non diſlocat̃ ad anteriora, propter neruos. Et plurimũ quidem diſlocatur & egreditur ad inferiora uerſus titillicũ:præcipue in illis, quorũ carnes ſunt paucę. quoniam egredit̃ in eis uelociter, & ingreditur uelociter. In illis autem quorũ carnes ſunt multæ, eſt econtrario illius, ſcilicet quia egredit̃ cum difficultate, et ingreditur cum difficultate.

Diſlocationes Humeri.

D Et fortaſſe accidit quibuſdam hominibus percuſſio, aut caſus, et apoſtemat̃ Humerus apoſtemate calido, & putatur propter illud, quia iam diſlocatus eſt. Oportet ergo, ut experiaris illud, donec ſtes ſuper certitudinẽ eius, & tũc procedas in curatione eius. Et cognoſcitur diſlocatio, quando eſt ad inferiora uerſus titillicũ:& diſtinguas inter Humerum diſlocatum, et humerũ ſanum. Nam tu inuenis inter eos diuerſitatem manifeſtam, & inuenis in capite Humeri concauitatem, et ſub titillico apud tactum caput humeri quaſi ipſum ſit ouũ: & non poteſt infirmus reducere manũ ad aurem ſuam, neq; mouere eam omnibus motibus. Et ſimiliter, ſi diſlocat̃ uerſus pectus, aut ad ſurſum: tunc inuenis manifeſtũ tactum, neq; occultatur. Et huius quidem diſlocationis fit facilis reductio, quando eſt recens, aut infirmus eſt puer. Et reductio eius eſt, ut eleuet miniſter manũ ſuam ad ſuperiora. Deinde pone tu pollices tuos ſub titillico eius, & eleua iuncturam cum fortitudine ad ſurſum ad locum ſuũ: et miniſter eleuet manũ ſuam, & extendat eam ad ſurſum. Deinde ponat eam inferius. ipſe enim redit uelociter. Si autẽ non redit per illud quod diximus, & ſunt a principio quo accidit diſlocatio dies multi: tunc oportet, ut balneetur infirmus in aqua calida, & adminiſtretur embrocatio quæ mollificat & lenit. ſicut ſi decoquant̃ radices alteæ, & fœnugræcum, & mellilotum in aqua, et adminiſtretur. Deinde reſupinetur infirmus ſuper dorſum ſuum: & ponatur ſub titillico eius ſphera

& lana, quę sit æqualis inter lenitatem & stricturam. Deinde ponat medicus calcaneum suum super spheram, & eleuet caput humeri cum uirtute, & attrahat manum infirmi ad inferiora. Et minister alius teneat caput infirmi, ut non moueatur ad inferiora: ipse namq; redit statim. Et si uis, reduc eum secundum modum hunc: & est, ut facias esse præsentem uirũ qui sit longior infirmo, & stet a parte lateris, & intromittat humerum suum sub titillico infirmi: & eleuet titillicum eius ad superiora, donec sit infirmus suspensus in aëre. Et minister alius trahat manum infirmi ad inferiora uentris eius. Si autem infirmus est leuis: tunc oportet, ut suspendatur cum eo aliquid aliud, ut grauet ipsum: nam redit dislocatio statim. Et reducitur etiam secundum modum alium: & est, ut figatur in terra lignum longum, cuius caput sit rotundum figura: sicut manica mortarij: quod non sit grossum, neque subtile. Deinde ponatur sub infirmo postquam ponuntur super caput ligni panni lenes: & infirmus sit stans secundum longitudinem ligni. Deinde extendatur manus eius ad inferiora a parte altera, & extẽdatur corpus eius ab altera parte cum fortitudine: nam iunctura redit ad locum suum cum uelocitate. A

Quod si difficilis sit eius reductio per omnia quæ diximus, tunc utere hac cura: & est, ut accipias lignum cuius longitudo sit quantitas duorum brachiorũ, & eius latitudo quantitas quatuor digitorum, & grossitudo eius quantitas duorum digitorum: cui sit caput rotundum, ut alleuietur introitus eius in profundum titillici, secundum hanc formam. B



Deinde ligentur super caput rotundum panni lenes, ut non lædat lignum infirmũ. Deinde ponatur sub titillico infirmi, ut extendatur manus, aut brachium super lignum usq; ad inferiora: & ligetur lignum super adiutorium & brachium & extremitatem manus. Deinde ponatur brachium super gradum scalæ per latitudinem, & extendatur manus ad inferiora, & dimittatur reliquum corpus suspensum a parte altera. Iunctura enim ingreditur statim. Cum ergo completur introitus eius secundum quemcunq; modum possibile est: tunc oportet, ut ponas sub titillico spheram æqualis quantitatis ex lana. Deinde pone emplastrum pręparatum ex puluere molendini cum olibano, et albumine oui super humerum totum, sicut reuoluitur desuper. Deinde stringe sub titillico strictura decenti: et reuoluatur ligamentum super emplastrum desuper: & annectatur manus eius ad collum ipsius, & dimittatur, neque moueatur manus eius septem diebus. Et oportet, ut ponatur cibus infirmi

C paucus, donec confortetur membrum: quoniam est uelocius ad sanationem eius. Deinde ponatur amplior post septem dies, aut quinque, & exercitetur cum motu. Si ergo firmatur & non mollificatur, tunc iam sanatus est. Si uero iunctura dislocatur multotiens, propter humiditatem quæ accidit ei, aut propter caussam aliam: tunc oportet, ut administretur in ea cauterium cum tribus foraminibus, secundum quod præmissum est in capitulo de cauterio. Quod si fiat hoc totum, & soluatur ligamentum post septem dies, & non confirmetur iunctura, & reducatur emplastrum & strictura super ipsum aliquotiens, & non firmetur, & cadat, & non possit eleuare ipsum ad superiora: tunc scias, quod nerui eius qui sunt ad caput humeri, iam incisi sunt, aut extensi, aut mollificati: & scias, quod iunctura nunquam figetur in loco suo.

Dislocationis autem quę fit uersus pectus & mammillam, aut ad posteriora reductio, fit cum impulsione & extensione cum manibus: donec redeat, & administretur in ea reliqua strictura & cura, donec sanetur. Quod si accidat post sanationem grauitas in membro, & tarditas in motu eius, tunc utatur infirmus balneo multotiens, donec leniatur illa grauitas, & redeat ad naturam eius primam.

De curatione dislocationis Cubiti. Caput XXVIII.

D SCIAS, quod iunctura Cubiti dislocatur cum difficultate, & similiter redit cum difficultate etiã: & ipsa quidem dislocatur ad omnes partes, & præcipue ad anteriorem, aut ad posteriorem. Et eius dislocatio non occultatur tibi: quoniam est cadens sub uisu, & sub tactu, secũdum quamcunque figuram dislocetur. Et quando coniungis cubitum dislocatum cum sano, declaratur tibi illud manifeste. concauatur enim iunctura, & non potest duplicare brachium, neque tangere cum eo humerum suum. Et oportet, ut properes, & reducas dislocationẽ statim, antequam accidat ei apostema calidum. Nam si accidit ei apostema calidum, difficilis fit eius reductio: & fortasse non sanatur omnino, præcipue quando est ad posteriora. est enim deterior omnibus speciebus dislocationis, & uehementioris doloris eis: & multotiens descendit cum ea mors. Et restauratio eius quando est ex eis quæ possibile est reducere, est, ut extendatur manus eius cum duabus manibus: & brachium eius fit expãsum, & manus medici sint supra cubitum & sub eo, & ipse impellat iuncturam cum pollicibus manuum suarum simul, aut cum radice palmę suæ, donec redeat ad locum suum. Aut uero dislocatio est ad anteriora: tunc redit ita, ut duplicet manum cum manu sua, donec percutiat cum radice palmæ suæ cubitũ qui est dislocatus. Quod si non obedit dislocatio ad reductionem, tunc administra extensionem uehemẽtem, fortem ualde: & est, ut extendant brachium duo ministri: & teneant ipsum

duo ministri etiam, ut non remoueatur apud extensionem. Deinde re- A
uoluatur brachium ad omnē partem postquā inuoluitur super manum eius pannus duplicatus longus, aut ligamentū latum. Et quando tangit medicus manu sua iuncturam, inungat ipsam cum oleo: ut sit illud ex eis quæ adiuuant in lubricitate iuncturæ cū facilitate. Deinde impellat iun- cturam impulsione uehementi, donec redeat. Et post reductionem eius oportet, ut ponatur super ipsam emplastrum, in quo sit stipticitas, et ex- iccatio cum albugine oui: & stringatur strictura decenti. Et suspendatur brachium a collo infirmi: & dimitte diebus aliquot. Deinde soluatur. Si ergo firmatur iunctura in loco suo, tunc solue ligamentū ab ea, & di- mitte ipsam. Et si uides iuncturam non bene stringi, tunc itera empla- strum, & ligamētum, et dimitte ipsam diebus aliquot, donec stringatur. Deinde solue ipsam. Si autem accidit ei grauitas post reductionem iun- cturæ, & dispositio sit in motu: tunc administra humectationem in bal- neatione, & fricationem subtilem, et compressionem, donec liniatur, aut pone super iuncturam iliati, id est, natem arietis pinguem. Deinde lige- tur, & dimitte ipsam super eam die & nocte. Deinde aufer eam, et intro- mitte ipsum in balneum. Cum ergo sudat, tunc frica iuncturam fricatio- ne temperata. Deinde itera super ipsam aleliati uice una, & secunda, & tertia cū introitu balnei, donec leniatur. Et si uis, pone super ipsam ster- cus uaccinū, humidum, calefactum cum butyro, & stringe super ipsum. Fac illud aliquotiens. ipsa namq; lenitur, & redit ad dispositionem suam. B

¶ De curatione dislocationis Almahassem. Caput XXIX.

MAHASSEM manus multotiens dislocat̄, id est, iunctura quæ est inter brachium & manum. Et reductio dislocationis eius est fa- cilis. Econtrario reliquarum iuncturarum. Verumtamen oportet, ut ue locitas sit in reductione dislocationis eius in hora in qua dislocatur, an- tequam apostemetur locus: aut accidat in eo apostema calidum. Et redu- ctio dislocationis in eo est, ut ponas Mahassem manus infirmæ super ta bulam, & extendat minister manum eius: & ponat medicus palmam su am super eminentiam iuncturæ, & impellat eam, donec redeat. Verum- tamē oportet, ut consyderetur, si palma iam recessit ad uentrem manus: tunc ponat infirmus dorsum manus suæ super tabulam apud extensio- nem & reductionem: & si dislocatio est procedens ad dorsum manus, tunc sit positio manus eius intrinsece super tabulam, id est, interior pars manus eius super tabulam ponatur, ut cadat manus medici super ipsam eminentiā iuncturæ. Si ergo redit statim, bonum est: & si non, tunc strin ge eam cum emplastro sedante apostema: & dimitte ipsum, neque iteres illud. Nam si non tolerat, neque potes super reductionē eius, postquam prætereunt ei dies, uerumtamen iunctura remanet secundum tortuosi-

C tatem suam: & nõ nocet infirmo aliquid, nisi quod mollificatur manus, & non potest stringere aliquid: tunc scias, quod nerui sunt abscissi, aut attriti. Non est ergo ingenium in ea, nisi ut stringatur cum cauterio prope casum eius. Et fortasse non confert illud aliquid. Cum ergo non redit Almahassem, tunc pone super ipsum emplastrum, quod narrauimus. Deinde stringatur, & dimittatur quinque diebus: postea soluatur & dimittatur, et exercitetur manus. Si autem priuatur motus eius, & accidat in ea aliquid grauitatis: tunc leni eam cum aqua calefacta, & fricatione aliquotiens, donec leniatur.

¶ De curatione dislocationis Digitorum. Caput XXX.

QVANDO dislocatur ex eis Digitus ad omnem partem, uel ex eis Digitus ad dorsum palmæ, aut uentrem eius: tunc extende Digitum, & impelle dislocationem pollicibus tuis, donec redeat. Deinde sustenta caput Digiti, & suspende ipsum uersus partẽ ad quam dislocatur, & dimitte ipsum duobus diebus. Deinde suspende eum, & extende ipsum, donec æquetur rectus in illo die suo. Cum ergo fuerit nox, liga ipsum secundum narrationem ipsam: & non cesses soluere ipsum in die: & exerce eum cum motu: & liga ipsum in nocte. fac illud
D diebus aliquot, donec stringatur. Et similiter fac cum eo, si dislocatur ad uentrem manus: & liga eum ad partem ipsam, & fac cum eo operationem tuam primam, donec sanetur. Et similiter fac cum eo quando dislocatur ad reliquas partes.


¶ De curatione dislocationis Spondilium dorsi. Caput XXXI.

QVANDO accidit alicui Spondilium dorsi, aut colli dislocatio completa, aut remouentur Spondiles multæ a locis suis: tunc non est in ea curatio. quoniã mors properat infirmo. Et signum illius est, quod egestio infirmi egreditur absque uoluntate, neque potest tenere eam: & multotiens mollificãtur ex eo quædam membra eius, aut duo crura eius, aut duo brachia ipsius, aut unum eorum: aut remouetur Spondilis una de loco suo. Multotiens enim remouetur, quod multotiens fit remotio earum ad quatuor partes. Illa ergo quæ remouetur ad posteriora, nominatur Gibbositas. Curatio uero eius est, ut consyderes tunc, si Gibbositas accidit a puericia: tunc non est in ea curatio, neque ex ea est sanatio omnino. In illa autem quæ accidit a casu, aut percussione, aut similibus illis, iam dixerunt antiqui modos curationis sermone prolixo. Cuius plurimum non redit cum proficuo. Ego uero iam abbreuiaui ex illo, cuius parum excusat a multo eius ex propinquitate mea ad intentionem: & expositione mea qua exposui illud, & formaui in-

Gibbositatis curatio.

ſtrumentum eius diuerſo modo ab eo quo oſtenderunt illud, & expo- A
ſuerunt ipſum. Dico ergo, quod in gibboſitate quæ accidit ab anteri-
ori parte, non eſt ingenium, neque ſanatio ex ea. Et ſimiliter in illa quæ
fit ad duo latera etiam. Et non curatur ex eis, niſi illa quæ accidit in dor-
ſo proprie, cum eo quod ego narro: & eſt, ut extendatur infirmus ſuper
faciem ſuam ſuper podium æquale prope parietem: & expandatur ſub
eo ſtramentum humidum, ut non lędatur pectus eius. Deinde ponatur
lignum rectum fixum in fouea in terra, in extremitate podij, circiter ca-
put eius: & lignum aliud circiter pedes eius in extremitate altera podij:
& miniſter teneat lignum, et ſit non firmatum in fouea. Et miniſter alter
teneat alterum. Deinde inuolue ſuper caput infirmi, & ſub titillicis eius
ligamentũ lene, firmum: & extende extremitatem ligamenti ad lignum
quod eſt apud caput eius: & liga ipſum in eo. Deinde ſtringe ligamen-
tum aliud ſupra anchas eius, & ſupra genua ipſius, & apud cauillas ei-
us. Deinde aggrega ligamenta omnia, & liga ea in ligno altero quod
eſt apud pedes eius. Deinde extendat omnis miniſter ad partem ligni
ligamẽtum, & non remoueantur duo ligna ex locis ſuis in quibus ſunt
fixa: uerumtamen non ſint firmata, ſicut diximus. Et medicus ponat
palmas ſuas ſuper Spondilem cum fortitudine, donec redeat: aut ponat
ſuper eam tabulam. Deinde annectat ſuper tabulam pedes ſuos, donec
redeat. Si autẽ non redit per hanc curationem, tunc accipe tabulam cu
ius longitudo ſit circiter tria brachia. Et caua in pariete de quo diximus
quod eſt prope infirmum, locum in quem ingrediatur extremitas tabu B
læ. Deinde pone medium tabulæ ſuper Spondilem. Et ponat pedes ſu-
os medicus ſuper extremitatem alteram. Et ſtringat bene, donec cõar-
tetur Spondilis, et redeat ad locum ſuum. Deinde ſi uis, operare cum
torno quod inuoluitur cum manu tua: & eſt, ut figas in terram apud ca
put infirmi in poſtremo podij duo ligna, quorum longitudo ſit bra-
chij unius: & apud caput eius in poſtremo podij duo ligna. Et ſit lon-
gitudo quæ eſt inter omne lignum palmus unus: & iam factum eſt in
omni loco foramen, in quo currit tornum: & firmetur lignum omne in
terra multum, ne moueatur omnino. Et intromittatur lignum rotun-
dum: & eſt tornum in quo reuoluitur ligamentum in duobus forami-
nibus duorum lignorum. Et in extremitate eius eſt foramen, in quo fir
matur lignum, cuius longitudo eſt palmus cum eo quod reuoluitur:
& in duobus lignis alijs eſt ſimiliter illius. Deinde ſtringe ligamenta
quæ ſtrinxiſti in pectore infirmi torno quod eſt apud caput eius: & li-
gamenta quæ ſtrinxiſti in cruribus eius in torno quod eſt apud pedes
eius. Deinde ſtet apud omne tornum miniſter, qui torqueat manum
ſuam cum licinio, cum quo reuoluitur tornum: & medi-
cus æquet Spondilem, ſecundum quod dixi-
mus. Hæc eſt forma torni, quæ ſequitur.

C



Deinde postquam redit Spondilis, & æquatur locus, tunc oportet, ut ponas emplastrum exiccatiuum cum albumine oui. Deinde stuppam. Postea pone supra emplastrum astellam ex tabula, cuius latitudo sit trium digitorum, aut circiter eos. Et longitudo eius quantitas quæ capiat locum Gibbositatis, & super partē Spondilis sanæ. Deinde ligetur cum ligamento quod diximus. Et utatur infirmus nutrimento subtili, donec

D sanetur. Quod si remaneat quiddam eminentiæ in loco in fine sanationis: tunc oportet, ut administrentur medicinæ quæ mollificant, & leniunt, cum administratione tabulæ quam narrauimus tempore longo. Et iam administratur in illo lamina plumbi. Et quandoq; accidit eminentia in postremo Spondilium dorsi: & putatur per eam dislocatio, & est illud os quod iam eminet. Quare nō oportet, ut præsumptio fiat ei cum hac medicina: fortasse enim accidere faciet mortem.

¶ De curatione Anchæ dislocatæ. Caput XXXII.

SCIAS, quod iuncturæ Anchæ, & iuncturæ humeri, non accidit, nisi dislocatio tantum: neque accidit eis quod accidit reliquis iuncturis ex remotione parua, & concauitate. Et iunctura quidem Anchæ dislocatur secundū quatuor partes. Quod est, quia dislocatur ad anteriora, & ad posteriora. Et plurimū quidem dislocatur ad interiora: & parum dislocatur ad anteriora, et ad posteriora. Et curatio dislocationis eius ad interiora, est: quia quando tu coniungis crus infirmi sanum cum infirmo, est longius: & est genu eius eminens plus quam sani, & non potest infirmus duplicare pedem suum apud inguen: & est locus qui sequitur inguen apostematus apostemate calido, propterea, quod caput coxæ iam peruenit illic. Et signum eius cui accidit dislocatio ad exteri-

Dislocatio Anchæ quadruplex.

ora est, quod sunt accidentia eius contraria istis accidentibus. Et signum eius cui accidit dislocatio ad anteriora, est, quia expandit crus sanum secundum complementum: uerumtamen non duplicat ipsum absq; dolore qui est in genu: & si conatur ad ambulandum, non potest super illud ad anteriora: & retinetur urina eius, & apostematur inguen eius, & apud ambulationem est calcatio eius super calcaneum. Et signum eius cui accidit dislocatio ad posteriora est, ut non expandat genu, neq; possit duplicare ipsum antequam duplicet inguen: & est crus eius etiam breuius altero: & inguen est mollificatũ, & est caput coxæ apud locum ilij. A

Reductio uero huius dislocationis specierum est, ut consyderes tunc, si dislocatio est uetusta, quæ iam antiquatur cum habente ipsam. Deinde si tu administres reductionem eius, & remanet secundum dispositionem suam: tunc non est in ea curatio omnino. Non ergo oportet, ut præsumptio fiat ei penitus. In illo autem cuius dislocatio est recens, & est ex una specierum quatuor dislocationis: tunc propera ad hoc, ut uoluas iuncturam, & extendas ipsam ad interiora & ad exteriora, & moueas eam dextra & sinistra: fortasse enim redit, & non indiget alia cura. Si autem non redit hoc modo, tunc oportet, ut præpares ministrum fortem, & extendat crus eius ab inferiori parte: aut cum manibus suis, aut cum ligamento, quod ligetur super crus eius supra genu: & minister alius extendat manum eius desuper, ita ut intromittat manus suas sub titillicis eius. Deinde stringat cum ligamento leni super radicem coxæ, & teneat extremitatem ligamenti alterius. Et sit extensio eius aut ab anteriori parte inguinis ad partem furculæ, aut a posteriori ad partem dorsi. Et sit extensio eorum omnium uice una, donec eleuetur infirmus cum corpore suo a terra, & remaneat pendens. Et hæc enim species extensionis est species communis specierum quatuor. Si ergo redit dislocatio cum eo quod diximus, est bonum: & si non, tunc necesse est omni speciei illud quod dicam de curatione propria. In reductione quidem eius propria quando dislocatio est ad interiora, oportet, ut resupinetur infirmus super latus suum sanum. Deinde ponat ligamentum super radicem coxæ, in eo quod est inter caput coxæ, & locum qui est sub inguine. Deinde extende ligamentum ad sursum a parte inguinis ad altiorem partem corporis, ad partem furculæ. Deinde accipiat minister alius fortis brachia eius, & minuat locum grossum coxæ infirmæ, & extendat ad exteriora extensione uehementi. iam enim redit ad locum suum. Et hæc species est facilioris reliquis speciebus curationis, qua reducitur hoc membrum. B

Si autem excusatur super te, & non obedit tibi ad introitum cum hac specie curationis omnino: tunc oportet, ut ligentur duo pedes infirmi simul cum ligamento forti, leni, super duos calcaneos, & super duo genua: & sit longitudo cuiusque a compare suo quantitatis qua-

C tuor digitorum: & sit crus infirmum extensum plus altero quantitate duorum digitorum. Deinde suspendatur infirmus super caput ligni, quod sit in domo: & sit longitudo eius a terra quantitas duorum brachiorum. Deinde præcipe iuueni forti, ut muniat caput coxæ: & suspendatur cum infirmo iuuenis alius: & impellat iuuenis alius, muniens coxam cum fortitudine. nam iunctura redit ad locum suum cum uelocitate. In reditione autem eius propria, quando est dislocatio ad exteriora, oportet, ut iaceat infirmus super podium, secundum quod narrauimus in habente gibbositatem. Et stringatur ligamentum super crus eius, infirmum proprie, & super pectus eius. Deinde ponantur duo ligna, unum apud pedes eius, & alterum apud caput ipsius. Deinde ponatur lignum additum in medio podij, fixum bene: super quod inuoluti sint panni humidi, ut non lædat infirmum: & sit lignum inter coxas eius, ut non attrahatur ad inferiora apud extensionem. Deinde extendat omnis minister ad partem suam, & medicus æquet reductionem manu sua. Si ergo obedit ad reuersionem, erit bonum. Et si non, pone super ipsam tabulam, & preme ipsam, sicut diximus in gibbositate, æqualiter. Verumtamen oportet, ut iaceat infirmus super latus suum sanum. Et quando dislocatio est ad anteriora, tunc oportet, ut extendatur crus infirmi uelociter: & est secundum hanc eandem narrationem

D super podium: & ponat medicus palmam manus suæ dextræ super inguen infirmum. Deinde coartet ipsum cum manu altera, & cum illa coartatione pone ipsum extensum ad inferiora ad partem genu.

Et si dislocatio est ad posteriora: tunc non oportet, ut extendatur infirmus ad inferiora, & sit eleuatus super terram: imo oportet, ut sit positus super rem duram, sicut oportet, ut fit etiam si dislocatur ancha eius ad exteriora, secundum illud quod diximus de accubitu eius super duas anchas: & est super faciem eius, & ligamenta extensa: secundum quod diximus nuper. Et oportet, ut administretur compressio cum tabula etiam super locum ad quem egreditur iunctura, cum completur reductio secundum quod oportet. Et signum reditionis eius non occultatur tibi: & est, ut extendas duo crura infirmi: & quando uides ea æqualia, & infirmus stringit crus suum, & expandit ipsum absque excusatione: tunc scias, quia iam redit membrum, secundum quod oportet: tunc coniunge duas coxas, & pone emplastrum, & stringe cum imemati, id est, rota: ita, ut non moueatur ancha ad aliquam partium: & adhæreat infirmus quieti tribus diebus, aut quatuor. Deinde solue ligamentum, & emplastrum, & compara crus cum altero: tunc si uides ea æqualia in statu, tunc scias, quod dislocatio iam firmata est: absolue ergo infirmum ad ambulandum. Et si uides aliquid mollificationis: tunc redi, & emplastra illud, & stringe illud secundum stricturam tuam primam: & dimitte illud etiam tribus diebus. Deinde sol-

ue illud & fac ipſum tardare in ambulatione ſuper utrumq; aliquot die bus, donec confortetur bene. A

¶ De diſlocationis Genu. Caput XXXIII.

GENV diſlocatur ſecundum tres modos. Diſlocatur ad exteriora, ad interiora, & ad inferiora, ſcilicet ad poſteriora. Et non diſlocatur ad anteriora. Et ſignum diſlocationis eius, eſt, ut præcipias infirmo, ut applicet crus ſuum ad coxam ſuam. Si autem nõ adhæret cum coxa: tunc ſcias, quod Genu eſt diſlocatum. Et reſtauratio omnium modorum diſlocationis eius eſt, ut facias ſedere infirmũ rectum, ita ut iam extendat crus ſuum ſi poteſt ſuper illud, & adhæret dorſum tuum ad faciem eius: & pone pedem eius inter pedes tuos. Deinde adhærere fac Genu eius cum palmis tuis, & recta eas inter digitos tuos ſuper Genu eius. Deinde applica cum palma tua duo latera Genu eius cum fortitudine. Et miniſter alius extendat pedem eius, donec redeat Genu ad locum ſuum. Et ſignum reditionis eſt, ut adhæreat crus cum coxa in lenitate, non laborioſe. Deinde emplaſtra ipſum, & adhærere fac crus cum coxa. Deinde liga ea ſimul cum uitta tribus diebus, aut quatuor. Deinde ſolue ea. Et non utatur infirmus ambulatione aliquot diebus, donec ſanetur. Si autem recuſatur tibi reductio eius, tunc adminiſtra extenſionem fortem cum ligamentis, quorum præceſſit narratio in curatione anchæ, donec redeat. B

¶ De curatione diſlocationis Calcanei. Caput XXXIIII.

CALCANEVS quandoq; remouetur remotione parua, & quandoq; diſlocatur ſecundum complementum. Et diſlocatio eius fit, aut ad interiora, aut ad exteriora. Et ſignum diſlocationis eius eſt, quod uides Calcaneum inflatum, procedentem ad partem ad quam diſlocatur. Curatio autem remotionis eius, eſt facilis reditionis: & eſt, ut extendatur cum facilitate cum manibus, et æquetur, donec redeat. In curatione autem eius quando diſlocatur ſecundum complementum, oportet, ut facias ſedere infirmum rectum: & teneat ipſum miniſter fortis ualde a poſteriori parte dorſi eius, in medio ipſius. Deinde tene tu cum manu tua dextra pedem eius a ſuperiori parte eius, & cum manu tua ſiniſtra ab inferiori parte pedis eius loco cauillę. Deinde trahe pedem ad te cum manu tua dextra. Deinde cum ſiniſtra duabus uicibus. Deinde extende cum ſiniſtra, & impelle pectus pedis cum dextra uerſus crus abſque labore. Fac illud bis, ſicut narrauimus. Deinde impelle pectus pedis ad crus in uice tertia, & tu trahis cauillam. Si ergo redit in uice una, aut in duabus ſecundum hunc modum, & uides pedem æquatum, eſt bonum: & ſi non, tunc itera operationem ſuper ipſum: quoniam ipſe redit. Si autem prohibetur tibi reductio eius cum eo quod narraui-

C mus: tunc fac iacere infirmum super dorsum suum super terram, & fige paxillum in terra firmatum ualde, ut cadat inter coxas eius: & tu iam inuoluisti super ipsum pannum, ut non lædat infirmum. Deinde accipiat minister coxam eius: postea extendat minister alter pedem, aut cum manibus suis, aut cum ligamento quod liget super collum pedis. Deinde extendat omnis minister contra extensionem comparis sui: & paxillus sit stans inter duas coxas infirmi retinens eum, ut non attrahatur corpus eius ad inferiora apud extensionē. Deinde æquet medicus dislocationem manibus suis, & minister alter teneat crus sanum ad inferiora. Nam dislocatio redit cum uelocitate. Quando ergo redit dislocatio, & declaratur tibi sanitas reditionis eius: tunc pone emplastrum & stuppam, & stringe ipsam cum ligamentis firmiter, & liga pedem cum ligamento ad crus. Et oportet, ut caueas uel timeas de neruis, qui sunt supra calcaneum posterius, ut non sit ligamentum super eos uehemens, & lædat eos. Deinde dimitte ipsum duobus diebus, aut tribus. Quod si mollificatur ligamētum, stringe ipsum: deinde solue ipsum in die tertio, aut quarto: & prohibe infirmum ab ambulatione quadraginta diebus. Si uero conatur ambulare ante illud spacium, non fit securitas quin dissoluatur super ipsum dislocatio, & corrumpatur, & non recipiat post illud curationem. Quod si accidat ei apostema calidum: tunc oportet, ut ad- D ministres in sedatione eius illud, in quo præcessit narratio nostra in alio loco ex curatione, & embrocationem, donec remoueatur.

De dislocatione Digitorum pedis, & cura. Caput XXXV.

OPORTET, ut æquetur quod dislocatur ex eis cum extensione pauca absq; labore: & illud quidē non est difficile, imo est facile. Si autem dislocatio est in quibusdā nodis dorsi pedis: tunc oportet, ut faciat sedere infirmus pedem suū super locū æqualē terræ, aut super tabulam: & est stans sicut ambulans. Deinde tu sta, & pone pedem tuum super illud quod eminet ex illis iuncturis. Deinde calca illud cum pede tuo cum uirtute, donec redeat, & uideas ipsum iam æquatum, & non appareat in loco eminentia. Deinde pone sub uentre pedis eius tabulam quæ capiat pedem totum, cui sint duo capita. Deinde stringe ipsum strictura decenti tribus diebus. Deinde solue ipsum, & fac quiescere eum ab ambulatione diebus multis, donec stringatur & securetur a reductione.

De speciebus dislocationis cum uulnere uel fractura. Caput XXXVI.

QVANDO accidit aliquid ex illo, & conaris curationem eius, & ipsius restaurationem, multotiens succedit mors: & propter illud non oportet, ut præsumat super curationem eius, quod est

huiuſmodi, niſi qui eſt prudens in arte longi uſus, miſericors, pius, tardus, non audax, necꝫ præſumptuoſus: & ut utatur in incæptione medicinis quæ ſedant apoſtemata calida tantum: & dimittat infirmum diuino iudicio. Niſi uideas, aut ſperas ſalutem a perditione cum lenitate ægritudinis, & in quo apparet quiddam ſpei. Conare ergo reductionem eius ſtatim in principio rei, antequam accidat apoſtema calidū. Si ergo redit membrum, ſecundum quod uolumus, tunc adminiſtra regimen quod ſedat apoſtema: & cura uulnus cum eo quod cōuenit ei ex unguentis deſiccatiuis. Quod ſi diſlocatio eſt cum fractura, & accidunt in oſſe ſatagię ſeparatę, tunc conare ablationem earum, & fac in illo quod diximus in ægritudinibus ſimplicibus ex eo quod præceſſit in locis earum. Et caue ſecundum tuam uirtutem, et cuſtodi teipſum ab introitu in uiam timoris: ſecundum quod præceſſit prædicatio mea tibi. Nam illud eſt melius tibi apud Creatorem tuum, & magis permanens ad gloriam tuam, & magis ſaluum tuo corpori apud illos in tuo tempore. A

¶ Explicit Liber Chirurgiæ, quem tranſtulit Magiſter Gerardus Cremonenſis in Toleto, de arabico in latinum: qui Liber eſt triceſima particula libri Azaragi, quē compoſuit Albucaſim. B

¶ ARGENTORATI apud Ioannem Schottum librarium. XXVI. Febr. Anno M. D. XXXII.

☞ CVM Gratia & Priuilegio Imperatoriæ Maieſtatis ad Quinquennium.

1500